


Długosz

GME

Joannis DŁUGOSZ Senioris

Canonici Cracoviensis

OPERA OMNIA.

CURA

ALEXANDRI PRZEZDZIECKI

EDITA.

Joannis DŁUGOSZ Senioris

Canonici Cracoviensis

OPERA OMNIA.

CURA

ALEXANDRI PRZEZDZIECKI

EDITA.

Tomus IX.

JOANNIS DŁUGOSZ

SENIORIS

CANONICI CRACOVIENSIS

LIBER BENEFICIORUM

DIOECESIS CRACOVIENSIS

NUNC PRIMUM E CODICE AUTOGRAPHO

EDITUS.

TOMUS III.

M O N A S T E R I A.

CRACOVIAE

EX TYPOGRAPHIA KIRCHMAJERIANA

MDCCCLXIV.

SERIES CAPITUM TOMI TERTII.

Monasteria Sacri Sepulchri Dominici Hyerosolimitani.

Monasteria fratrum hospitaliorum ordinis S. Augustini, de Saxia.

Monasteria ordinis Praemonstratensis.

Monasteria ordinis fratrum Beati Pauli, primi eremitae.

Monasteria ordinis canonicorum regularium Beati Augustini.

Monasteria ordinis S. Benedicti.

Monasterium ordinis S. Brigittae de Scotia.

Monasteria ordinis S. Clarae.

Monasteria ordinis Cisterciensis.

Monasteria ordinis praedicatorum.

Monasteria ordinis minorum.

Monasteria ordinis fratrum de poenitentia Beatorum Martyrum.


Monasteria ordinis Beati Augustini.

Monasterium fratrum Carmelitarum.

Monasteria ordinis minorum de observantia.

MYECHOVIENSE.

Primum monasterium Sacri Sepulchri Dominici Hyerosolimitani, in dioecesi Cracoviensi.



rdo et religio fratrum resurrectionis Sacri Sepulchri Dominici Hyerosolimitani, canonicorum regularium, rubeam geminatam crucem in mantellis deferentium, et sub regula Beati Augustini viventium, tria loca habet in dioecesi Cracoviensi consistentia; quorum primarium in oppido Myechow, quinque milliaribus a Cracovia distans, consistit, monasterium habens famosum et insigne, foecundam et amplam habens dotem, a regibus, principibus et proceribus Poloniae illi collatam, quod propter sui excellentiam ac vetustatem, non solum omnium coenobiorum suae generationis et ordinis, quae in regno Poloniae extant, sed etiam omnium, quae in Galliis, Hispaniis, Anglia, Dacia, Napulia et Hungaria consistunt, potest iuste et recte vocitari et censeri, vertex, cardo et caput, cum omnia ab hoc uno originem acceperint et generationem. In quod summi pontifices singularibus gratiis et

favoribus usi, plurimas loco illi, et universo ordini praefato, per universa climata mundi diffuso, contulerunt indulgentias, libertates, exemptiones et immunitates, quae non alibi, quam in loco praefato originaliter sub bullis apostolicis continentur, ordinis et loci excellentiam et praerogativam attestantibus. Coepit autem ordo ipse primum apud Hyerosolimitanam urbem, dum ortum et sepulchrum Christi duplicem Christianorum portum, qui hactenus non sine saeculi nostri et aetatis crimine et dedecore perpetuo, canum calcatur pedibus, reges, principes, optimates et milites tenerent christiani, et amplissimam illic pro ea tempestate habens dotem, hospitale illic habebat insigne, in quo et milites propugnatoresque fidei et religionis christianae habitabant, et peregrini ex transmarinis partibus ad defensionem terrae Sanctae advenientes, cum pietate recolligebantur, in quo et patriarcha in ordine eodem habebatur pro capite, multis facultatibus Apostolicis suffultus, et fratres plurimi pro membris, inter quos etiam nonnulli milites in defensionem civitatis et terrae Sanctae fovebantur. Verum cum exigentibus facinoribus christianorum civitas inclyta Hyerusalem et loca sacra per Agarenos capta foret, et barbarica spurcitie foedata, monasteriumque praefatum ab Agarenis una cum inhabitatoribus et lapidibus sanctuarii deletum, summa et vertex ordinis praefati in Myechoviensi monasterio relicta remansit, et in hanc diem favore divino perseverat, cui etiam omnia monasteria ordinis praefati in Poloniae, Hungariae et Bohemiae regnis consistentia subsunt, parent et obediunt, a praeposito Myechoviensi provisiones et institutiones, destitutionesque locorum et charismata suscipiunt. Cuius quidem Myechoviensis monasterii primus et principalis fuit fundator, nobilis et insignis satrapa et miles Jaksza de Myechow ex Poloniae ortus regno, et de prosapia nobili Poloniae militum originem ducens. Qui cuius familiae, domus et generis fuerit, et ex qua nobilitate genitus, licet nonnulli illum propter nomen Jaksza de Griffonum domo genus traxisse, per solam coniecturam, fallibilem tamen et tenuem, cum et in aliis domibus et familiis regni Poloniae id ipsum quoque reperiatur nomen, asserant, incertum habemus. Is itaque Jaksza miles polonicus, cum et ipse cum caeteris militibus et propugnatoribus orthodoxis, in defensionem Terrae Sanctae Hyerosolimam advenisset, sub tempore, quo militiam suam cum aliis Poloniae militibus illic exercuit, grandem devotionem ad ordinem et religionem fratrum Dominici Sepulchri Hyerosolimitani ex conversione diuturna, et ex vita fratrum religiose apud Hyerusalem acta, concepit, dum monasterii praefati Hyerosolimitani frater Monachus nomine, foret patriarcha. Qui in Poloniam reversus, ardorem devotionis effundens, Christum patrimonii sui haeredem relicturus, in villagio principali patrimonii sui Myechow, quod nunc in populosum oppidum videmus excrevisse, de consensu et speciali scientia

Getcze alias Gedeonis episcopi Cracoviensis, monasterium resurrectionis Sancti Sepulchri Dominici, canonicorum regularium, anno nativitatis Domini 1180.... fundat, eique in dotem tres villas patrimonii sui, videlicet Myechow, cum ecclesia parochiali in ea consistente, et proventibus ad eam pertinentibus, item Zagorzicze et Comorow perpetua donatione consignat, tradens villas praefatas et ecclesiam in Myechow fratri Martino, quem ex monasterio Hyerosolimitano Poloniam secum adduxerat, et quem Gedeon episcopus Cracoviensis monasterio fundato, primum praepositum instituerat, qui etiam Gedeon episcopus amplius incrementum eidem monasterio Myechoviensi novae fundationis adiecturus, de mensa episcopatus sui Cracoviensis, capitulari consensu accedente, quatuor decimas manipulares, in quatuor villis, videlicet: in Myechow, Zagorzicze, Comorowo et Coczcha est largitus. Boleslaus insuper princeps et monarcha Poloniae pingvem et munificam loco et omnibus villis et haereditatibus monasterio collatis et conferendis, ab omnibus tributis, daciis, angariis et expeditionibus et quibuslibet oneribus, censibus et solutionibus ordinariis, plenam et omnimodam perpetuo duraturam contulit libertatem. Nec una donatione decimarum Gedeon episcopus Cracoviensis contentus, secundam adiecit, et in villis quinque, videlicet: Skarzeszow, ubi nunc oppidum cernitur, item in Modralancz, Wirzbicza, Szdmyechowicze et Krampa, decimas manipulares mensae suae episcopalis de consensu capitulari donavit; verior fundator et dotator monasterii Myechoviensis, quam Jaksa, quoniam maiora eidem dinoscitur contulisse, censendus. Contulerunt et alii proceres, comites, barones et nobiles Poloniae eidem monasterio Myechoviensi plures villas, haereditates, census, proventus; quos omnes in suis locis ne repetitio legentibus fastidium ingerat annotabimus, sempiternam memoriam nominibus eorum, pro pietate liberali per praesentia scripta, ut caeteri eorum animentur exemplo, daturi. Sed et germani fratres Boleslai, videlicet Myeczslaus et Kazimirus, qui eidem in principatu et monarchia Polonici regni successerunt, confirmata fratris Boleslai libertate, suas et ipsi libertates monasterio adiecerunt. Ut autem donatio monasterio praefato Myechoviensi per quos episcopos, principes, proceres, barones et milites Poloniae facta sit, etiam apud posteros innotescat, singillatius universa in subsequentibus subiciemus.

Monasterium Myechoviense iuxta oppidum Myechow situm est, et adeo oppido contiguum, ut ex circo ad coemeterium et deinde ad monasterium sit immediatus ingressus; omnes fere partes monasterii ex muro nobiliter fabricatae sunt, et officinae coenobii satis decenter dispositae. Praepositus autem et fratres monasterii et horas explent canonicas tam diurnas quam nocturnas sonore et in cantu, et curam universae parochiae animarum,

et administrationem spiritualium et temporalium gerunt. Tam foecundos autem et uberes habet monasterium praefatum Myechoviense redditus, ut centum fratres alere singulis annis sufficienter posset, aut ad minus sexaginta; sed multo rescisiorem numerum fratrum fovet. Est etiam praepositus Myechoviensis quilibet honore infulae insignitus, et tam ad infulam, quam ad baculum per episcopum Cracoviensem consecratur. Mos autem pessimus in monasterio praefato a diuturno tempore introductus, animas et praepositi et fratrum foedans et corrumpens, etiam usque ad hanc diem viget; singuli enim fratres proprietates, quibus in professione renuntiaverant iureiurando, sectantur publice, et cibis, qui de conventuali popina eis apponuntur parum contenti, singulares sibi praeparari ordinant cibos et fercula in civitate, quibus hora prandii et coenarum vescuntur in refectorii loco; duo insuper ex fratribus, vicarias plebis et parochiae gerentes, speciales habent introitus; custos etiam, thesaurarius, procuratorque et caeteri officiales monasterii, habent introitus privatos sibi usurpatos, quos in privatas utilitates convertunt, sub hoc colore et specie, scelere et labe proprietatis, superioribus id tolerantibus, se inquinant.

Myechow, oppidum quinque milliaribus distans a Cracovia, habens ecclesiam parochialem et coenobialem muratam in se, cuius omnis proprietas ad monasterium Myechoviense pertinet. In hoc oppido sunt lanei oppidanorum et quilibet solvit de laneo pro censu monasterio per quatuordecim scottos communes. Item sunt in eodem oppido septuaginta domus, et quaelibet ratione domus et areae, solvit monasterio unum grossum, et ratione *guthowe* unum grossum, laneus autem quilibet solvit pro census monasterio.... Item horti sunt sedecim in eodem oppido et quilibet solvit.... et unum diem in septimana laborare...... Item de quolibet laneo civili ratione *ossyep*, tenetur quilibet solvere unam mensuram siliginis et unam avenae. Item omnes agri oppidanorum solvunt et conducunt decimam manipularem pro monasterio Myechoviensi, et valor eius aestimatur ad centum triginta marcas. Item decimam canapalem non solvunt. Item molendina duo, de quibus metretae solvuntur monasterio, in flumine Czycha. Macella carnificum viginti sex, et quodlibet solvit monasterio viginti unum grossum, et de sepo unum lapidem. Macella sutorum viginti, et quodlibet solvit..... Item praedium est ibi optimum de cuius agris monasterium Myechoviense tollit decimam. Macella pistorum, quodlibet solvit per tres grossos, ad quaelibet quatuor tempora. Confinat cum Zagorzicze, Jakszicze, Syedliska, Wolya Kalinska, Zagorow, Psztroszicze, Comarow. Donatum monasterio per Jaksza militem.

Zagorzycze, villa sub parochia ecclesiae de Myechow sita, cuius proprietas ad monasterium Myechoviense pertinet. In qua sunt decem et

octo lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu unam marcam, item ova triginta, item gallos quatuor, item caseos duos, item laborat quilibet de laneo unum diem in septimana proprio curru aut aratro, item *powabam* utramque laborant, pro vere videlicet et hyeme, item *osszyep* non solvunt; item taberna una habens agros et prata, et solvit pro censu duas marcas; item hortulani, item praedium est ibi coenobiale, de quo nulli monasterium dat decimam, sed eam pro se tollit. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro monasterio Myechoviensi, et valor eius aestimatur ad duodecim marcas. Item molendinum est ibi in flumine Czycha, et solvit pro censu sex marcas. Notandum autem, quod anno 1456 sub regimine Thomae Szadowsky praepositi Myechoviensis, in praedio coenobiali villae Zagorzicze tanta provenerat tritici ubertas, septem millia casularum, res monstrosa et nonnisi ab his qui viderunt, credita. Confinat cum oppido Myechow, Syedliska, Psztroszicze. Donata monasterio per Jaksza militem.

Komorow, villa sub parochia de Myechow sita, cuius proprietas ad monasterium Myechoviense pertinet. In qua non sunt aliqui lanei cmethonales, sed hortulani, et quilibet solvit sedecim scottos pro censu, item ova triginta, item gallos quatuor, item caseos duos, item laborat quilibet pedestri labore unum diem in septimana, interdum curru; item *powabam* utramque laborant, pro vere et hyeme; item *osszyep* non solvunt; item tabernae non sunt, item hortulani, item molendinum est ibi in flumine Czicha, et solvit pro censu sex marcas; item praedium coenobiale est ibi, de cuius agris monasterium tollit decimam manipularem. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro monasterio Myechoviensi, et valor eius aestimatur ad duas marcas. Confinat cum Biskupicze, Myechow, Lgothka. Donata monasterio per Jakszam militem.

Chotlya Inferior, villa sub parochia de Superiori Chotlya sita, cuius proprietas ad monasterium Myechoviense pertinebat. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit ......, item ova, item gallos, item caseos, item labor, item *powabam*, item *osszyep*, item taberna, item hortulani, item praedium, item molendinum. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro monasterio Myechoviensi, et valor eius aestimatur ad ...... marcas. Donata monasterio per Svanthoslaum militem, alienata a monasterio, sita in dioecesi Gneznensi. Asseritur, quod villam praefatam nunc habet in sua proprietate Stanislaus de Lubin, palatinus Podoliae nobilis de domo Powalya.

Chotlya superior, villa habens parochialem ecclesiam Sanctae Mariae dicatam in se, cuius proprietas ad monasterium Myechoviense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit ....., item ova, item gallos,

item caseos, item labor, item *powabam*, item *osszyep*, item taberna, item hortulani, item molendinum, item praedium. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem. Donata monasterio per Stephanum comitem, alienata a monasterio, sita in dioecesi Gneznensi, quae fuit autem villa olim, sed nunc est oppidum, in ditione et tenuta militari, et asseritur quod teneat illud Stanislaus de Lubin palatinus Podoliae de domo Powalya, iuxta fluvium Proszna situm.

Jakszycze, villa sub parochia de Myechow sita, cuius proprietas ad monasterium Myechoviense pertinet. In qua sunt duodecim lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu unam marcam; item ova triginta, item gallos quatuor, item caseos duos, item laborat quilibet de laneo unum diem in septimana, proprio curru aut aratro; item *powabam* utramque laborant, item *osszyep* solvunt; item taberna una habens agros, et solvit unam sexagenam, item hortulaniae duae sunt habentes agros. Item molendinum est ibi et solvit pro censu quatuor marcas. Item praedium est ibi optimum, de cuius agris soli tollunt decimam. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro monasterio Myechoviensi, et valor eius aestimatur ad quindecim marcas. Confinat cum Rzeszuszno, Crampa et Minori Czyaplye. Donata monasterio per Nicolaum comitem palatinum.

Rzeplycze, villa sub parochia de ..... sita, cuius proprietas ad monasterium Myechoviense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales et quilibet solvit ...., item ova, item gallos, item caseos, item labor, item *powabam*, item *osszyep*, item taberna, item hortulani, item praedium, item molendinum. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem.... Donata monasterio per Nicolaum comitem palatinum; alienata a monasterio.

Lanthkowycze, villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam, cuius proprietas in fundationis primordio poterat ad monasterium Myechoviense pertinere; sed villa praefata a monasterio Myechoviensi dudum abstracta est et alienata, vel forte iusta permutatione cambita. Erat autem annis plurimis in sorte et proprietate regia, sed Vladislaus Secundus Poloniae rex eam Johanni de Thanczin vel donavit, vel obligavit. In qua sunt triginta lanei cmethonales et solvit quilibet .... Item viginti tabernae habentes agros, et quaelibet solvit ..... Item de agris cmethonalibus solvitur decima manipularis et canapalis praebendae Cracoviensi, quae appellatur Lanthkowska, et valor eius aestimatur ad octuaginta marcas. Item de agris tabernarum solvitur decima manipularis ecclesiae in Lanthkowicze. Donata monasterio per uxorem Gnyewomiri et filium eius. Alienata

a monasterio Myechoviensi sub tempore, quando germanus praepositi Myechoviensis Albertus, existens advocatus Cracoviensis fraudem fecit in Vladislao rege Poloniae Loktek, tradendo civitatem Cracoviensem Boleslao Opoliensi duci, quam ipse servare non valens, Vladislao Loktek restituit; 1312 ablata, et ab illo tempore nunquam monasterio restituta.

Byalobrzesze, villa sub parochia de Msticzow sita, cuius proprietas ad monasterium Myechoviense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit ...., item ova, item gallos, item caseos, item labor, item *powabam*, item *osszyep*, item taberna, item hortulani, item praedium, item molendinum. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem.... Donata monasterio per Vladimirum militem fratrem Leonardi; alienata a monasterio.

Lubnya, villa sub parochia ...... sita, cuius proprietas ad monasterium Myechoviense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu ....., item ova, item gallos, item caseos, item labor, item *powabam*, item *osszyep*, item taberna, item hortulani, item praedium, item molendinum. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem...... Donata monasterio per Lyasszotham militem. Alienata a monasterio.

Kosczyradzycze, villa sub parochia ...... sita, cuius proprietas ad monasterium Myechoviense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales; et quilibet solvit ...., item ova, item gallos, item caseos, item labor, item *powabam*, item *osszyep*, item taberna, item hortulani, item praedium, item molendinum. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem..... Donata monasterio pro Vladimirum fratrem Lyasszothae. Alienata a monasterio.

Czarnkow, villa sub parochia ...... sita, cuius proprietas ad monasterium Myechoviense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales et quilibet solvit ...., item ova, item gallos, item caseos, item labor, item *powabam*, item *osszyep*, item taberna, item hortulani, item praedium, item molendinum. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem...... Donata monasterio per Johannem militem Gerlach et eius consortem et duos filios. Alienata a monasterio.

Wolicza, villa sub parochia de Obichow sita, cuius proprietas ad monasterium Myechoviense pertinet. In qua septem lanei cmethonales, quilibet solvit pro censu mediam sexagenam, viginti ova, duos gallos, arant *iutrzyni*, *osszep* solvunt decem choros avenae, duos siliginis mensurae Zarnoviensis; taberna una habens agros, solvit unam cum media marcam pro censu; hortulaniae duae, de quibus omnibus ecclesiae in Obichow decimatur, et valor ad quatuor marcas.

Oluza, villa sub parochia de Kydow sita, cuius proprietas ad monasterium Myechoviense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales; et quilibet solvit per quatuordecim scottos, item ova triginta, item gallos quatuor, item caseos duos; item laborat quilibet unum diem in septimana, proprio curru aut aratro; item *powabam* utramque laborant in frumentis; item *osszyep* solvunt. Item taberna una habens agros, in strata publica, et solvit unam cum media marcas. Item hortulania una habens agros. Item praedium est ibi coenobiale, de quo monasterium Myechoviense solvit decimam. Item molendinum est ibi in flumine Byalya de quo solvuntur duae marcae. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro monasterio Myechoviensi, et valor eius aestimatur ad duodecim marcas. Item ibi piscina bona monasterii in borra. Item sunt ibi mellificia monasterii.

Confinat cum Solcza..... Donata monasterio per Gerlach militem et eius uxorem et duos filios.

Golczowo, villa sub parochia ..... sita, cuius proprietas ad monasterium Myechoviense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales et quilibet solvit ....., item ova, item gallos, item caseos, item labor, item *powabam*, item *osszyep*, item tabernae, item hortulani, item praedium, item molendinum. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem.... Donata monasterio per Wscheborium militem. Alienata a monasterio.

Byeganowo, villa sub parochia ..... sita, cuius proprietas ad monasterium Myechoviense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales et quilibet solvit ...., item ova, item gallos, item caseos, item labor, item *powabam*, item *osszyep*, item taberna, item hortulani, item praedium, item molendinum. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem..... Donata monasterio per Canimirum militem. Alienata a monasterio.

Karoe villa sub parochia ...... sita, cuius proprietas ad monasterium Myechoviense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales et quilibet solvit......, item ova, item gallos, item caseos, item labor, item *powabam*, item *osszyep*, item tabernae, item hortulani, item praedium, item molendinum. Item omnes agri villae solvunt decimam manipularem et canapalem.... Donata monasterio per Jacobum comitem Sandomiriensem. Alienata a monasterio.

Chelm, villa in colle eminentiori, super fluvium Raba sita, habens in se ecclesiam parochialem ligneam. In qua sunt aliqui lanei cmethonales, sed sunt tantummodo septem hortulaniae habentes agros speciales, et censum iuxta quantitatem agrorum diversimode solvunt; nam aliqui solvunt per fertonem, aliqui per septem scottos, aliqui per decem. Item villa praefata

cum sua proprietate pertinet ad monasterium Myechowiense. Item plebanus ecclesiae praefatae habet agros proprios largos, pro suo praedio, de quibus non solvit alicui decimam manipularem. Item iuspatronatus praefatae ecclesiae integre pertinet ad praepositum et monasterium Myechoviense. Item omnes agri septem hortulaniarum villae praefatae, solvunt et conducunt decimam manipularem pro ecclesia in Chelm, et valor eius aestimatur ad octo marcas. Item non solvunt hortulani avenam, neque ova, neque gallos, neque caseos, sed quilibet unum diem pedester in septimana laborat. Item non est ibi praedium, neque molendinum, neque taberna. Confinat cum Stanislawicze, Mosczenicza, Thargowiska. Donata monasterio per Michora militem.

Mosczenicza, villa sub parochia de Chelm sita, cuius proprietas ad monasterium Myechoviense pertinet. In qua sunt sex cum medio lanei, et quilibet solvit novem scottos pro censu. Item non faciunt aliquos labores septimanatim, sed pro aestate et hyeme duos dies *powabam* laborant, et fruges insertas metunt, colligunt et in horreum inducunt; item ova non dant, item gallos non solvunt, item caseos non dant, item *osszyep* non solvunt. Item est ibi una taberna habens agros, et solvit quinque marcas. Item cmethones foenum et pratum coenobiale falcastrare tenentur. Item praedium non est ibi. Item est ibi molendinum, quod solvit octo scottos, habens agros. Item sunt ibi duae hortulaniae habentes agros. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro vicaria praebendae Cracoviensis, quae vocatur Lyasszowska, et valor eius aestimatur ad duodecim marcas. Confinat cum Stanislawicze, Lapszicze, Gedzicze, Syedlyecz, Chelm.

Targowyska, villa sub parochia de Chelm sita, cuius proprietas ad monasterium Myechoviense pertinet. In qua sunt tredecim lanei cum medio, et quilibet solvit unam marcam, item triginta ova, item duos gallos, item duos caseos; item laborare tenetur quilibet quatuor dies in septimana, proprio curru aut aratro; item ratione *osszyep* solvit unam mensuram siliginis, duas avenae mensuras confertas, quatuor grossos et sex denarios. Item non sunt tabernae in eadem villa. Item sunt tres hortulaniae habentes agros, et quaelibet unum fertonem solvit, et unum diem pedester laborat. Item praedium est ibi coenobiale bonum, de quo nulli decimat, sed monasterium pro se decimam tollit. Item agri villae varie solvunt decimam manipularem: nam de sex laneis et medio laneo et una quarta solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro monasterio Myechoviensi, et valor eius aestimatur ad decem marcas; de aliis vero septem, minus quarta, laneis, solvitur et conducitur pro praebenda Cracoviensi, quae appellatur Bozowska, et valor etiam eius aestimatur ad decem marcas.

Item in flumine Raba molendinum, de quo pro monasterio duae metretae, pro molitore tertia; et decima agrorum, pro monasterio. Item pro ecclesia in Chelm quilibet tenetur de laneo solvere unam mensuram siliginis. Confinat cum Lyaszkowicze, Grothkowicze, Lysszekanye, Szarow, Klay, Stanislawicze et Chelm et ubique *ugiazdy*. Donata monasterio per Michoram militem.

Taberna et theloneum supra Rabam, sub parochia de Chelm sita, cuius proprietas ad monasterium Myechoviense pertinet, iuxta quam fluvius Raba, habens circa oppidum Uszcze ostia, in Wislam decurrit, cuius alveus quam frequentius inflatur aquis, ex Alpibus Pannonicis et Polonicis confluentibus, saepe invadosus et periculosus est transeuntibus; quapropter monasterium Myechoviense fabricat super illum pontem, et ratione illius habet theloneum pontale, et tenetur quilibet ...... Item taberna habet agros ex utraque parte fluminis Rabae, et de agris quidem versus Bochnyam, solvit decimam manipularem plebano in Chelm, de agris vero trans Rabam versus Thurek tabernam sitis, solvit decimam ..... Item ratione census, et ratione thelonei quod arendat, solvit monasterio viginti quatuor marcas, et pro quibuslibet quatuor temporibus sex mensuras salis cocti minuti. Donata monasterio per Michoram militem.

Thurek, taberna sub parochia de Chelm sita, cuius proprietas ad monasterium Myechoviense pertinet. Quae habet de agris plus quam medium laneum et prata, et solvit pro censu sex marcas. Item non solvit ova, neque gallos, neque caseos. Item de agris tabernae medietas decimae manipularis solvitur pro monasterio Myechoviensi, et medietas pro praebenda Cracoviensi, quae vocatur Bodzowska.

Klay, villa regia sub parochia de Nyepolomicze. In qua praeter laneos regios et praeter tabernam regiam, de quorum agris solvitur decima manipularis et canapalis pro praebenda Cracoviensi, quae vocatur Bodzowska, sunt ibi duae hortulaniae habentes agros, quarum proprietas ad monasterium Myechoviense pertinet, et quaelibet solvit monasterio decem scottos, et unam diem pedester in septimana laborat. Item agri hortulaniarum praefatarum solvunt et conducunt decimam manipularem pro praebenda Cracoviensi, quae vocatur Bodzowska.

Msczaczin, villa sub parochia de Pobyednik sita, cuius proprietas ad monasterium Myechoviense pertinet. In qua sunt indistincti lanei cmethonales, et quilibet solvit censum, sed diversimode; nam aliqui per sex, aliqui solvunt per decem, aliqui per octo scottos, item ova triginta, item gallos duos, item caseos duos; item non faciunt aliquos labores in septimana, neque ducturas; item *osszyep* solvunt; item tabernae non sunt, item hortulaniae non sunt, item praedium non est aliquod coenobiale in eadem

villa, item molendinum non est. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro ecclesia et plebano in Pobyednik, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas.

Nyesszkowo, villa sub parochia de Podgrodze prope oppidum Novae Sandecz sita, cuius proprietas ad monasterium Myechoviense pertinet. In qua sunt septem lanei cmethonales, et quilibet solvit unam sexagenam latorum grossorum, item ova triginta, item gallos duos, item caseos duos, item labor, item *powabam*, item *osszyep* solvunt. Item non sunt in villa praefata aliquae tabernae, item hortulaniae non sunt. Item praedium non est aliquod coenobiale, item molendinum non est. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro secunda praebenda Sandeczensi, quae vocatur Nyeszkowska, et valor eius aestimatur ad quindecim marcas. Item veniente praeposito Myechoviensi ad villam, procuratur cum omni comitantia per cmethones omnibus necessariis tribus diebus. Donata monasterio per Michoram militem.

Sal in Bochnia primum; habuit in principio fundationis suae monasterium Myechoviense specialem fundum, seu puteum, ad proprietatem suam pertinentem, de quo habebat uberes introitus; sed alienatus est a monasterio Myechoviensi, nec illum amplius habet monasterium Myechoviense. Donatum per Michoram militem monasterio.

Sal secundum in Przenyechan; habuit et alium fundum sive puteum salis monasterium Myechoviense in villa sive loco Przyenyechan, in quo tunc vena salis foecunditer proveniebat; sed vena salis dispereunte, ille etiam redditus salis periit. Donatum monasterio per Michoram militem.

Tertium sal in Szydzyna: habuit et tertium puteum salis monasterium Myechoviense in villa Szidzina prope Wyeliczkam; sed ille quoque puteus siccatus et exterminatus est, et a monasterio Myechoviensi alienatus. Donatum monasterio per Michoram militem.

Sthudzanka, taberna donata monasterio per Michoram militem. Alienata a monasterio.

Bawol, villa sub parochia de S. Jacobo in Kazimiria sita, cuius proprietas ad monasterium Myechoviense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit . . ., item ova, item gallos, item caseos, item labor, item *powabam*, item *osszyep*, item tabernae, item hortulaniae, item praedium, item molendinum. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem .... Donata monasterio per Andream militem fratrem Mathaei. Alienata a monasterio.

Ad huius villae proprietatem capitulum Cracoviense commutatione, incertum est, vel pretio pervenerat; quam cum annis pluribus tenuisset, Casimirus

Secundus Poloniae rex villa ipsa a capitulo empta vel cambita, oppidum ex suo nomine Kazimirz in ea fundavit, Cracoviensi urbi confrontatum.

SKARZESCHOW, oppidum in terra Sandomiriensi prope oppidum Radom situm, de quo originem duxit vir insignis magister Jacobus, decretorum doctor famosus, decanus Vratislaviensis et canonicus Cracoviensis qui Beatissimi Stanislai martyris et pontificis Cracoviensis maximo studio et labore canonisationem procuravit; habens in se ecclesiam parochialem ligneam. In qua sunt lanei civiles, et quilibet solvit de laneo per octo grossos. Item sunt in eodem oppido domus, et quilibet solvit unum grossum et ratione *guthowe* unum grossum. Item est ibi curia optima et praedium coenobiale, de cuius agris decimam tollit monasterium Myechoviense. Item omnes agri oppidi solvunt et conducunt decimam manipularem pro ecclesia parochiali Skarzeszoviensi, cuius valor aestimatur ad viginti marcas. Item est ibi molendinum in flumine Kobylyanka, et solvit metretas pro monasterio, circa quod est piscina optima piscibus foecunda. Confinat cum Kobilany, Boguslawicze, Makow, Chomathow, Modrzewicze, Gamborzow. Donatum monasterio per Radoslaum comitem.

THWAROGOWA WOLYA, villa sub parochia de Skarzcszow sita, locata in cruda radice, in sylvis et mericis ad Skarzeszow spectantibus cuius proprietas pertinet ad monasterium Myechoviense. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit unum fertonem, item ova viginti quatuor, item gallos quatuor, item caseos duos; item laborat quilibet unum diem in septimana, proprio curru aut aratro, item *powabam*, item *osszyep* solvunt; item taberna non est, item hortulaniae non sunt, item praedium non est aliquod in eadem villa, sed scoltetia est, habens duos laneos. Item piscina est optima et foecunda piscibus, et in ea molendinum optimum, in flumine Kobilanka, et solvit pro censu septem marcas. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad unam marcam, pro una maiori parte; et alia minor pars pro ecclesia et plebano in Skarzeszow. Confinat cum Odanchow, Crziszanowicze, Kobylyani, Modrzewicze, Skarzeszow.

SLAWNO, villa sub parochia de Nova Czirkew sita, cuius proprietas ad monasterium Myechoviense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu sex grossos, item ova triginta, item gallos duos, item caseos duos, item laborant diem in septimana; item *powabam*, item *osszyep* solvunt monasterio. Item tabernae duae habentes agros, quarum una novem scottos minus medio solvit, altéra tres fertones. Item hortulaniae sex, quaelibet solvit quatuor grossos. Item praedium est ibi coenobiale, de cuius agris decimam tollit monasterium. Item molendinum non est. Item omnes

agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro monasterio Myechoviensi, et valor eius aestimatur ad quindecim marcas. Item quilibet cmetho, quantumcumque agrorum habens in Slawno, sive etiam agrum desertum arendans, tenetur, dum decimatur decima in Slawno, dare quatuor gallos, sive sit nobilis, sive etiam cmetho. Confinat cum Nova Czirkew, utraque Keszkow, Garño.

Census monetae. Contulit autem in dotem et circa fundationem eius praefato monasterio Myechoviensi, Kazimirus Sandomiriensis dux, de thesauro fisci sui ducalis, et de officina monetali sui ducatus, tres marcas numismati argenti, quem censum annis multis monasterium Myechoviense percipiebat; sed is census dudum abolitus et extinctus est. Donatus monasterio per Casimirum ducem Sandomiriensem, alienatus a monasterio.

Census de plaustris salis. Item idem Casimirus Sandomiriensis dux, dotando monasterium Myechoviense praefatum, de quolibet plaustro salis quinquaginta capita salis habente, in oppidum Skarzeszow ducto vel ducendo, donavit monasterio Myechoviensi duodecim capita salis, quae ipse accipere iure suo ducali consveverat; census tamen ipse omnis disperiit. Donatus per ducem Casimirum Sandomiriensem monasterio, alienatus a monasterio.

Census de allecibus. Item praefatus Casimirus dux Sandomiriensis, filius Boleslai Crziwousti, ducis et monarchae Poloniae, dotem monasterii aucturus, de quolibet vase allecum, a quinquaginta halecibus, duodecim alleces in oppido Skarzeszow, monasterium Myechoviense iure suo ducali percipere inscripsit et donavit; sed et is quoque census, tanquam onerosus, abolitus periit. Donatus per ducem Casimirum Sandomiriensem monasterio. Alienatus est a monasterio.

Rzepina, villa sub parochia . . . sita, cuius proprietas ad monasterium, Myechoviense. In qua sunt lanei cmethonales et quilibet solvit . . . item ova, item gallos, item caseos, item labor, item *powabam*, item *osszyep*, item tabernae, item hortulani, item praedium, item molendinum. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem... Donata per Radoslaum comitem; alienata a monasterio.

Szamogoscz, villa sub parochia . . . sita, cuius proprietas ad monasterium Myechoviense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit . . ., item ova, item gallos, item caseos, item labor, item *powabam*, item *osszyep*, item taberna, item hortulani, item praedium. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem... Donata monasterio per Ziram militem et uxorem eius et filium eius Otthonem; alienata a monasterio.

Zythna, villa sub parochia de... sita, cuius proprietas ad monasterium

Myechoviense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales et quilibet solvit ....., item ova, item gallos, item caseos, item labor, item *powabam*, item *osszyep*, item taberna, item hortulani, item molendinum, item praedium. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem... Donata monasterio per Ziram et uxorem eius et filium eius Ottham; alienata a monasterio.

Dzerskow, villa sub parochia de Skarzyeszow sita, cuius proprietas ad monasterium Myechoviense pertinebat. In qua sunt quatuor lanei cmethonales et quilibet solvit unum fertonem pro censu, item ova viginti quatuor, item gallos quatuor, item caseos duos, item laborat quilibet unum diem in septimana, proprio curru aut aratro, item *powabam*, item *osszyep* solvunt pro monasterio. Item tabernae non sunt, item hortulaniae non sunt. Item molendinum est ibi in flumine, et solvit quatuor marcas. Item praedium non est ibi. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro ecclesia parochiali et eius plebano in Skarzeszow, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Confinat cum Crziszanowicze, Skarzeszow, Modrzewicze. Donata monasterio per Ottham de Wyrzbicza militem.

Notandum autem, quia fundatorum et dotatorum primariorum, quoad oppidum Skarzeszow, Slawno et Dzerskow villas, videlicet Radoslai comitis et Otthae de Wirzbicza militis, principalis fuit intentio, quum villas et oppidum praefata domui et monasterio Myechoviensi contulerunt, ut in praefato oppido Skarzeszow speciale coenobium fieret, praepositusque specialis cum duodecim fratribus illud inhabitarent, qui rem divinam et omnes horas nocturnas et diurnas explerent; sed non sunt potiti voto suo.

Groszkowycze, villa sub parochia de ...... sita, cuius proprietas ad monasterium Myechoviense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit ..., item ova, item gallos, item caseos, item labor, item *powabam*, item *osszyep*, item taberna, item hortulani, item molendinum, item praedium. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro monasterio Myechoviensi, et valor cuius aestimatur...

Zdanow, villa sub parochia de ... sita, cuius proprietas ad monasterium Myechoviense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit ....., item ova, item gallos, item caseos, item labor, item *powabam*, item *osszyep*, item taberna, item hortulani, item molendinum, item praedium. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro monasterio Myechoviensi, et valor eius aestimatur ... Voyslaus miles de domo Griffonum, frater Gethcze episcopi Cracoviensis, donavit monasterio duas villas in terra Vratislaviensi, quae decambitae fuerunt ab

episcopo Vratislaviensi Frankone, pro villis Groszkowicze et Zdanow et earum decimis, cum monasterio Myechoviensi.

Krzeslawicze, villa sub parochia de Plyeszow, super fluvium Dlubnya, prope Mogilam sita, cuius proprietas ad monasterium Myechoviense pertinet. In qua sunt duodecim lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu per unam marcam, item ova triginta, item gallos duos, item caseos duos, item labor, item *powabam* utramque in frumentis laborant; item *osszyep* solvit quilibet monasterio. Item est ibi una taberna habens agros, et solvit sex marcas pro censu, in strata publica. Item sunt septem hortulaniae habentes agros, et quaelibet solvit pro censu octo grossos et unum diem in septimana laborat. Item molendinum in flumine Dlubnya, quod habens agros, solvit pro censu septem marcas. Item est praedium optimum coenobiale, de cuius agris non solvitur alicui decima, sed monasterium eam pro se tollit. Item molendinum secundum in flumine Dlubnya habens agros, quod solvit . . . Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro praebenda Cracoviensi, quae vocatur Krzeslawska, et valor eius aestimatur ad triginta quatuor marcas. Confinat cum Byendzicze, Mogila, Lubocza. Donata monasterio per Buginin militem.

Grodzyszko, villa habens parochialem ecclesiam in eadem villa sitam, cuius proprietas ad monasterium Myechoviense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit per octo grossos, item ova triginta, item gallos duos, item caseos duos, item labor, item *powabam*, item *osszyep* solvunt pro monasterio, item taberna..., item hortulani..., item molendinum est in flumine Proszna, quod solvit metretas: unam pro monasterio Myechoviensi, alteram pro scoltetia, tertiam pro molendino. Item praedium... Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem, pro monasterio Myechoviensi sita. Donata pro monasterio per ducissam Gneznensem, sita in maiori Polonia post Kalisch, prope oppidum Plesszow, et habet proprium praepositum.

Wroczyrzysz, villa habens ecclesiam parochialem in se: haec villa ex antiquo ad ecclesiam et episcopatum Lubuczensem pertinebat, sed anno 1394. Stanislaus decretorum doctor, praepositus Myechoviensis quinta Novembris, de consensu speciali Vladislai Secundi Poloniae regis, emit praedictam villam a Johanne et capitulo Lubuczensi, pro sexingentis marcis laterum grossorum Pragensium, una cum lacu qui vocatur Dobrowoda. In qua sunt duodecim lanei cmethonales, et quilibet solvit mediam alteram marcam, item ova triginta, item gallos duos, item caseos duos, item labor, item *powabam*, item *osziep* solvunt pro monasterio; item tabernae duae habentes agros, quarum una solvit duas marcas, altera marcam pro monasterio; item

hortulani, item molendinum habens agros, solvit decem marcas. Item naulum in flumine Nida, quod solvit quatuor marcas, et habet in flumine ius piscandi. Item praedium, de cuius agris solvitur decima ecclesiae in Wroczyrzysz parochiali. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro ecclesia et plebano in Wroczyrzisch, et valor eius aestimatur ad quindecim marcas. Confinat cum Yedlcza, Pawlowicze, utraque Zagayow, Sandziwoyowycze, Thur. Empta pro monasterio ab episcopo Lubuczensi Johanne, per Stanislaum praepositum Myechoviensem, pro sexcentis marcis latorum grossorum.

Mychalowycze, villa sub parochia de Wyanczslawicze sita, cuius proprietas ad monasterium Myechoviense pertinet. In qua sunt viginti quatuor lanei cmethonales, et quilibet solvit quatuordecim scottos pro censu, item ova triginta, item gallos quatuor, item caseos duos; item laborant *iutrzynam*, item *powabam* utramque laborant, pro vere et hyeme, item *osszyep* solvunt; item tabernae duae habentes agros et prata, una solvit sex marcas, altera octo marcas. Item hortulaniae septem, quaelibet solvit sex scottos, et laborat unum diem in septimana. Item molendina duo in flumine Dlubnya, quae solvunt pro censu, quinque marcas unum, aliud quatuor marcas. Item praedium coenobiale, quod nulli solvit decimam, sed eam pro se tollit, coempta scoltetia ordinatum. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem, pro praebenda Cracoviensi, quae vocatur Czechowska, et valor eius aestimatur ad quadraginta marcas. Confinat cum Maszlomyącza...

....., villa ante Rudam, donata monasterio per Tutonem Theutonicum, alienata a monasterio ...

Unyeow, villa habens in se ecclesiam parochialem, Sancto Vitto dicatam, lapide albo fabricatam, cuius proprictas ad monasterium Myechoviense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit per octo scottos, item ova triginta, item gallos quatuor, item caseos duos. Item laborat quilibet unum diem in septimana proprio curru aut aratro. Item *powabam* utramque laborant, pro vere et hyeme. Item *osszyep* solvit quilibet pro monasterio. Item taberna una habens agros, et solvit pro censu .... Item hortulaniae quinque, et quaelibet solvit unum fertonem monasterio, et laborat unum diem in septimana. Item molendinum non est, sed piscina est monasterii bona. Item praedium coenobiale est ibi bonum, de cuius agris monasterium Myechoviense tollit decimam. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem, pro monasterio Myechoviensi, et valor eius aestimatur ad sedecim marcas. Confinat cum Marczinowicze, Pogwisdow, Charsznicza, Swoyczjani.

Chodow, villa habens in se ecclesiam parochialem ligneam, Sancto

Johanni Baptistae dicatam, cuius proprietas ad monasterium Myechoviense pertinet. In qua sunt decem lanei cmethonales, et quilibet solvit mediam sexagenam pro censu, item ova triginta, item gallos quatuor, item caseos duos. Item laborat quilibet duos dies in septimana, item *powabam* utramque laborant, pro vere et hyeme, proprio curru aut aratro. Item *osszyep* solvunt pro monasterio. Item taberna una habens agros, quae solvit pro censu unam cum media marcam. Item hortulaniae quatuor, et quaelibet solvit unum fertonem et unum diem laborat. Item molendinum non est ibi. Item praedium est ibi coenobiale, de quo solvitur decima manipularis ecclesiae in Chodow. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem, pro ecclesia parochiali in Unyeow, nunc illam tollit monasterium Myechoviense, et valor eius aestimatur ad decem marcas, aliquando ad duodecim. Confinat cum Charsznicza, Vithowicze, Falnyow Psztroszicze. Haec villa empta est per Michaelem tunc praepositum Myechoviensem, pro monasterio Myechoviensi, a nobili Dobeslao de Grzybow, de domo Rosze milite.

Stawyany, villa sub parochia de Kygye sita, cuius proprietas et dominium ad monasterium Myechoviense pertinet. In qua sunt duodecim lanei cmethonales, et quilibet solvit . . ., item ova triginta, item gallos duos, item caseos duos, item labor, item *powabam*, item *osszyep* solvunt pro monasterio. Item sunt ibi quatuor tabernae habentes agros. Item hortulaniae habentes agros, et quilibet solvit unum fertonem, et laborat unum diem in septimana. Item est ibi praedium coenobiale, de cuius agris decima nulli solvitur, sed eam monasterium pro se tollit. Item est ibi molendinum, habens agros ex praedio sibi largitos, quod decimat pro monasterio et solvit... Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem, pro praebenda Kelcziensi, quae vocatur Zydowska, et valor eius aestimatur ad duodecim marcas. Confinat cum Kygye, Szandziwoyowycze. . .

Gotharthowicze, villa sub parochia de Kygye sita, cuius proprietas ad monasterium Myechoviense pertinet. In qua sunt septem lanei cmethonales, et quilibet solvit . . ., item ova triginta, item gallos duos, item caseos duos, item labor, item *powabam*, item *osszyep* solvunt pro monasterio. Item ibi una taberna, habens agros ex praedio sibi largitos, et solvit . . . . Item est una hortulania habens agros. Item est unum molendinum habens agros, de quo solvitur . . . . . Item est ibi unum praedium coenobiale, de cuius et tabernae agris, solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Kygye. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro praebenda Kelcziensi, quae vocatur Zydowska, et valor eius aestimatur ad septem marcas. Confinat cum Kygye, Szandziwoyowicze...

Sadowye, villa sub parochia de Kygye sita, cuius proprietas pertinet ad monasterium Myechoviense, in qua sunt septem lanei cmethonales, et quilibet solvit ...., item ova triginta, item gallos duos, item caseos duos, item labor, item *powabam*, item *osszyep* solvunt pro monasterio. Item tabernae non sunt in eadem villa, neque hortulaniae, neque molendinum. Item est in eadem villa unum praedium coenobiale, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Kygye. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem, sed eius perceptio diversificatur: nam de una medietate agrorum percipit illam praebenda Kelcziensis Zydowska, de altera vero medietate percipit illam ecclesia parochialis in Kygye. Confinat cum Kygye, Szandziwoyowicze.

Jadowniky, villa sub parochia de Swyanthomarza prope Bodzanczin sita, cuius proprietas ad monasterium Myechoviense pertinet. In qua sunt septem lanei cmethonales, et quilibet solvit unam marcam, item ova triginta, item gallos duos, item caseos duos. Item laborat quilibet proprio curru aut aratro in septimana... Item *powabam* non laborant. Item *osszyep* solvunt pro monasterio. Item sunt in eadem villa duae tabernae habentes agros, et quaelibet solvit per marcam. Item sunt duae hortulaniae habentes agros, quaelibet solvit sex grossos, et laborat diem unum in septimana proprio curru. Item est unum praedium coenobiale, de cuius agris decima manipularis solvitur praepositurae Kelcziensi in *gonithwam*. Item non est molendinum. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro praepositura Kelcziensi, et valor eius aestimatur ad octo marcas. Confinat cum Brzeszye...

Yedlcza, villa sub parochia ecclesiae de Wroczirzisz sita, cuius proprietas et dominium ad monasterium Myechoviense pertinet. In qua sunt tres lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu mediam marcam, item ova triginta, item gallos duos, item caseos duos, item laborant diem in septimana proprio curru aut aratro. Item *osszyep* solvunt pro monasterio. Item *powabam* non laborant. Item tabernae non sunt. Item hortulaniae non sunt. Item molendinum non est in eadem villa. Item praedium non est coenobiale in eadem villa. Item post omnes agros villae solvitur decima manipularis et canapalis, pro ecclesia in Wroczirzisch parochiali et eius plebano, et eius valor aestimatur ad duas marcas. Confinat cum Wroczirzisch, altera Yedlcza militari, Zagayow.

Orlow, villa sub parochia de Prandoczin sita, cuius proprietas ad monasterium Myechoviense pertinet. In qua sunt octo lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu unam sexagenam pro monasterio Myechoviensi; item ova triginta, item gallos quatuor, item caseos duos. Item laborat quilibet unam diem mediam in septimana, proprio curru aut aratro, per totum

annum. Item *osszyep* quilibet solvit pro monasterio. Item *powabam* laborant pro vere, et hyeme non laborant. Item una est taberna in eadem villa, non habens agros, solvit unam sexagenam. Item hortulaniae duae habentes agros, quaelibet solvit unum fertonem et unum diem laborat. Item molendinum non est, sed piscina bona est sub curia coenobiali. Item praedium est in eadem villa coenobiale, de cuius agris solvitur decima manipularis pro ecclesia in Tarnowa prope Chrzelow. Item post omnes agros villae solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis; una pars pro monasterio Myechoviensi, secunda pars decimae solvitur pro episcopatu Cracoviensi, et tertia pro monasterio in Mogila. Confinat cum Sczepanowicze, Szmrokow. Donata monasterio per Nyemyerzam de Chrzelow custodem Sancti Floriani canonicum Cracoviensem de domo Vulpium 1427.

Podlesna Wolya, villa sub parochia de Myechow sita, cuius proprietas ad monasterium Myechoviense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu mediam sexagenam, item ova triginta, item gallos quatuor, item caseos duos, item laborant diem in septimana. Item *powabam* utramque tenentur pro vere et hyeme. Item *osszyep* solvunt pro monasterio. Item taberna una habens agros, et solvit pro censu unam sexagenam. Item hortulania una habens agros, solvit unum fertonem, laborat diem in septimana. Item praedium coenobiale non est in eadem villa. Item molendinum. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro monasterio Myechoviensi, et valor eius aestimatur ad duodecim marcas. Consignata autem est per praepositum et conventum Myechoviensem pro magistro scholae in Myechow, in sui laboris solarium, qui eam annis singulis tollit et percipit, et de illa disponit. Confinat cum Pszostroszicze, Syedliska.

Brzuchanya, villa sub parochia de Myechow sita, cuius proprietas ad monasterium Myechoviense pertinet. In qua sunt septem lanei, sive hortulaniae cmethonales, et solvit quilibet pro censu sex scottos, aliqui per decem, item ova triginta, item gallos quatuor, item caseos duos. Item laborant quilibet proprio curru aut aratro unum diem in septimana, per totum annum. Item *powabam* utramque tenentur pro vere et hyeme. Item *osszyep* non solvunt. Item tabernae non sunt ibi. Item hortulaniae non sunt. Item praedium est bonum coenobiale in eadem villa, de cuius agris monasterium Myechoviense decimam pro se tollit. Item sciendum, quod medietas tantummodo villae Brzuchanya, sed maior, pertinet ad proprietatem monasterii Myechoviensis, minor autem medietas pertinet ad milites, videlicet ad Jacobum Pix et Johannem Slawiczsky. Item decima manipularis post homines monasterii Myechoviensis, pertinet ad episcopum Cracoviensem, et valor eius aestimatur ad......; post homines autem militares, cedit monasterio

Myechoviensi. Confinat cum Kalina, Bukowska Wolya, Strzeszow, Thocholow.

Przeczslawycze, villa sub parochia de Myechow sita, cuius proprietas ad monasterium Myechoviense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu quatuordecim scottos, item ova triginta, item gallos quatuor, item caseos duos, item laborant *iutrzini*, item *powabam* utramque tenentur pro vere et hyeme. Item *osszyep* solvunt monasterio. Item taberna una, quae solvit pro censu ..... Item hortulaniae non sunt. Item praedium coenobiale ibi non est. Item omnes agri villae solvunt decimam manipularem et canapalem, et conducunt eam pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad viginti marcas. Confinat cum Jaxicze, Smrokow et Minori Czyaplye.

Kamyenczycze, villa sub parochia de Myechow sita, cuius proprietas ad monasterium Myechoviense pertinet. In qua sunt septem lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu unam sexagenam, item ova triginta, item gallos quatuor, item caseos duos, item labor, item *powabam* utramque tenentur, pro vere et hyeme. Item *osszyep* solvit quilibet pro monasterio. Item taberna una habens agros, quae monasterio pro censu solvit .... Item hortulania una, solvit fertonem, laborat diem in septimana. Item praedium coenobiale non est in eadem villa. Item molendinum coenobiale non est in eadem villa. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem, pro monasterio Myechoviensi, et valor eius aestimatur ad septem marcas. Confinat cum Jaxicze, Przeczslawicze et Myechow.

Rozpirzchow, villa sub parochia de Myechow sita, cuius proprietas ad monasterium Myechoviense pertinet. In qua sunt quatuordecim lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu quatuordecim scottos, ova triginta, duos capones, duos caseos; item laborat duos dies in septimana, proprio curru aut aratro. Item ibi taberna una habens agros, quae decimat pro monasterio Myechoviensi, et solvit censum. Item omnes lanei cmethonales et agri tabernae, solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem, pro monasterio Myechoviensi, cuius valor ad quindecim marcas. Item praedium non est ibi. Item *osszyep* non solvunt.

Strzesow, villa sub parochia Myechoviensi sita, cuius proprietas ad monasterium Myechoviense pertinet. In qua sunt quatuordecim lanei cmethonales, et quilibet solvit unam sexagenam pro censu, item ova triginta, duos capones, duos caseos; item laborat duos dies in septimana proprio curru aut aratro, per totum annum. Item sunt ibi quinque hortulaniae, habentes agros, de qualibet solvitur unus ferto pro censu, et unus dies in

septimana pedester laboratur. Item tabernae ibi non sunt. Item est ibi praedium coenobiale bonum, de quo, et de omnibus laneis cmethonalibus et hortulaniarum agris, solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro monasterio Myechoviensi, et valor eius ad viginti sex marcas. Item *osszyep* non solvunt.

Szmrokow, villa sub parochia ecclesiae de Maiori Czaplye sita, cuius proprietas et dominium ad monasterium Myechoviense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu quatuordecim scottos, item ova triginta, item gallos quatuor, item caseos duos, item laborant *iutrzyni* pro vere et hyeme. Item *osszyep* solvunt mensuras duas siliginis confertas, quatuor grossos, et sex denarios. Item *powabam* utramque tenentur pro vere et hyeme laborare. Item taberna una habens agros, et solvit pro censu duas marcas. Item hortulaniae tres habentes agros, quaelibet solvit unum fertonem, laborat unum diem in septimana. Item praedium est ibi coenobiale, de cuius agris solvitur decima manipularis monasterio de Mogila ordinis Cisterciensis, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Item post omnes agros cmethonales solvitur et conducitur decima manipularis, pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad triginta, aliquando ad quadraginta marcas. Item *meszne* solvunt plebano in Maiori Czyaple, quilibet de laneo duos choros avenae et duos siliginis. Confinat cum Maiori Czyaplye.

Przedmyesczska Wolya, villa sub parochia ecclesiae de Myechow sita, cuius proprietas et dominium ad monasterium Myechoviense pertinet. In qua sunt novem lanei cmethonales, et quilibet solvit quatuordecim scottos, item ova triginta, item gallos quatuor, item caseos duos, item laborant *iutrzini*, sed non dies. Item *osszyep* solvit quilibet..... Item *powabam* utramque tenentur laborare in frumentis. Item tabernae non sunt. Item hortulaniae non sunt. Item praedium non est ibi. Item duo molendina in flumine Czicha, de quibus metretae...... Item post omnes agros solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro monasterio Myechoviensi, et valor eius aestimatur ad decem marcas. Confinat cum oppido Myechow, Falnyow, Syedliska.

Bukowska Wola, villa sub parochia de Myechow sita, cuius proprietas et dominium ad monasterium Myechoviense pertinet. In qua sunt sedecim lanei cmethonales, et quilibet solvit per quatuordecim scottos, item ova triginta, item gallos quatuor, item caseos duos. Item laborant *iutrzini*, sed non dies, item *ossyep* solvit quilibet.... Item *powabam* utramque tenentur in frumentis laborare. Item tabernae non sunt. Item hortulaniae non sunt. Item praedium ibi non est, sed scoltetia est, habens duos laneos liberos.

Item post omnes agros solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro monasterio Myechoviensi, et valor eius aestimatur ad duodecim marcas.

Chalyna, villa sub parochia ecclesiae de oppido Myechow sita, cuius proprietas ad monasterium de Myechow pertinet. In qua sunt sedecim lanei cmethonales, et quilibet solvit per quatuordecim scottos, item ova triginta, item gallos quatuor, item caseos duos. Item non laborant duos dies et in hyeme et in aestate in septimana, proprio curru aut aratro, sed *iutrzini*. Item *osszyep* quilibet solvit..... Item *powabam* utramque in frumentis tenentur laborare. Item taberna una habens agros, quae monasterio pro censu solvit duas marcas. Item hortulaniae duae habentes agros. Item praedium est ibi coenobiale, de cuius agris monasterium Myechoviense pro se tollit decimam, et in horreum suum inducit illam. Item de omnibus agris solvitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Myechoviensi, et valor eius aestimatur ad quindecim marcas. Item molendinum est ibi, et solvit unam sexagenam pro censu. Confinat cum Kalina Militari, Zarogoow, Wolya Podlyeszna, Myechow, Syedliska.

Sczepanowycze, villa sub parochia ecclesiae de Myechow sita, cuius proprietas et dominium ad monasterium Myechoviense pertinet. In qua sunt decem et novem lanei cmethonales, et quilibet solvit per quatuordecim scottos et *iutrzini* laborat. Item ova triginta, item gallos quatuor, item caseos duos, item laborant quatuor cmethones de quatuor laneis, quidquid eis mandatur, et solvit quilibet unam sexagenam. Item *osszyep* quilibet solvit pro monasterio. Item *powabam* duplicem laborare tenentur. Item tabernae duae habentes agros, una solvit duas marcas, altera unam sexagenam. Item hortulani quinque, duo solvunt per sexagenam et tres per marcam, et laborant *iutrzini* et fimum educunt. Item praedium ibi coenobiale, de cuius agris monasterium Myechoviense percipit decimam. Item de omnibus agris solvitur decima manipularis et canapalis, pro monasterio Myechoviensi, et valor eius aestimatur ad quinquaginta marcas. Item molendinum est ibi, et solvit duas sexagenas. Item aliud molendinum in fluvio Srzenyawa, quod sex marcas solvit. Item duo scoltetiam tenentes cmethones, quilibet solvit tres marcas, et equitat quo sibi mandatur. Confinat cum Parkoszowicze, Orlow, Prandoczin.

Parkoszowicze, villa sub parochia de Slawicze sita, cuius proprietas et dominium ad monasterium Myechoviense pertinet. In qua sunt septem lanei cmethonales, et quilibet solvit per unam sexagenam pro censu, item ova triginta, item caseos solvit quilibet duos, item gallos, alias capones quatuor. Item laborant et hyeme et aestate duos dies proprio curru aut aratro in septimana. Item *ossyep* solvit quilibet, tres choros avenae et

unum tritici confertos, mensurae Myechoviensis. Item *powabam* laborant duplicem pro frumentis et hyemalibus. Item taberna una habens agros, de qua solvitur census una sexagena. Item hortulaniae tres habentes agros, quaelibet solvit octo scottos, et laborat diem unam in septimana. Item praedium bonum ibi coenobiale, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Slawicze. Item duo lanei, qui erant praediales, in quibus unus cmetho residet, de quo decimat ecclęsiae in Slawicze, et valor ad sex marcas utriusque. Item de omnibus agris solvitur decima manipularis et canapalis, pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad marcas viginti. Item est molendinum sed non habet agros, quod solvit pro censu novem fertones. Confinat cum Slawicze, oppido Myechow, Orlow, Sczepanowicze.

Falnyow, villa sub parochia de Myechow sita, cuius proprietas ad monasterium Myechoviense pertinet. In qua sunt sedecim lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu per quatuordecim scottos, item ova triginta, item gallos quatuor, item caseos duos. Item laborant duos dies in hyeme et aestate in septimana, proprio curru aut aratro. Item *powabam* tenentur duplicem laborare in frumentis. Item *osszyep*. Item taberna una habens agros, solvit pro censu monasterio unam sexagenam. Item hortulaniae tres, quaelibet solvit per fertonem, laborat unum diem in septimana. Item praedium est in eadem villa coenobiale, de cuius agris monasterium Myechoviense pro se tollit decimam. Item molendinum est ibi; et solvit pro censu monasterio .... Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem, pro monasterio Myechoviensi, et valor eius aestimatur ad duodecim marcas. Confinat cum Withowicze, Rzeszuszno, Biskupicze.

Pstroschycze, villa sub parochia de Myechow sita, cuius proprietas ad monasterium Myechoviense pertinet. In qua sunt decem et octo lanei cmethonales et quilibet solvit pro censu ...., item ova triginta, item gallos quatuor, item caseos duos. Item laborant duos dies in septimana in hyeme et aestate proprio curru aut aratro. Item *powabam* utramque tenetur laborare in frumentis. Item *oszyep*. Item taberna una ibi est habens agros, et solvit .... Item hortulania. Item praedium ibi coenobiale bonum, de cuius agris monasterium Myechoviense pro se tollit decimam. Item molendinum est ibi, et solvit pro censu ..... Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem, pro monasterio Myechoviensi, et valor eius aestimatur ad quindecim marcas. Confinat cum Chodow....

Syedliska, villa sub parochia de Myechow sita, cuius proprietas ad monasterium Myechoviense pertinet. In qua non sunt aliqui lanei cmethonales, sed sunt hortulaniae novem, habentes agros, et quaelibet solvit

sex scottos, item ova triginta, item gallos quatuor, item caseos duos, item laborat quaelibet duos dies in septimana, proprio curru aut aratro. Item *powabam* duplicem tenentur in frumentis laborare. Item *osszyep* non solvunt. Item tabernae non sunt. Item molendinum non est. Item praedium est ibi coenobiale, de cuius agris decimam manipularem monasterium Myechoviense tollit, et valor eius aestimatur ad octo marcas. Item piscinae ibi bonae duae, et prata sufficientia. Confinat cum Myechow, Zagorzicze, Pszostroszicze.

Wolya Kalinska, villa sub parochia de Myechow sita, cuius proprietas ad monasterium Myechoviense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu . . . ., item ova triginta, item gallos quatuor, item caseos duos, item labor, item *powabam* utramque tenentur laborare in frumentis, item *osszyep*, item tabernae non sunt, item hortulaniae, item molendinum non est. Item praedium coenobiale non est. Item omnes agri villae solvunt decimam manipularem, et conducunt eam pro monasterio Myechoviensi, et valor eius aestimatur ad . . . . Confinat cum Kalina, Zarogow, oppido Myechow.

Grochuthow, villa sub parochia de Grodzisko sita, cuius proprietas ad monasterium Myechoviense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu octo scottos, et decimam manipularem post omnes laneos pro monasterio Myechoviensi. Item praedium non est ibi, neque molendinum. In maiori Polonia post Kalisch prope oppidum Plyeschow.

Jankow, villa sub parochia de Grodzisko, cuius proprietas ad monasterium Myechoviense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet eorum pro censu solvit octo scottos; et decima manipularis post omnes cmethones pro monasterio Myechoviensi. In maiori Polonia prope Plesszow.

. . . ., villa sub parochia de Grodzissko sita, cuius proprietas ad monasterium de Myechow pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet eorum solvit pro censu octo scottos; et decima post laneos monasterio praedicto. In maiori Polonia prope Plesszow.

Branischowycze, villa habens parochialem ecclesiam ligneam, Sanctae Mariae dicatam in se, cuius proprietas ad monasterium Myechoviense, vel potius Sancti Johannis in Gnezna pertinebat, et pro eius hospitali. Nunc autem est sub ditione saeculari, et tenet eam Gregorius miles, nobilis de domo . . . . . In dioecesi Gneznensi. Alienata . . . . .

Notandum autem, quod fundatoris et dotatoris primariae, videlicet ducissae Gneznensis...., quae villas quatuor suprascriptas in maiori Polonia, videlicet: Grodzisko, Grochutow, Jankow et . . . . domui et monasterio

Myechoviensi donavit, principalis fuit intentio, ut in praefata villa Grodzisko speciale coenobium fieret, praepositusque specialis cum duodecim fratribus illud inhabitaret, et rem divinam, horasque nocturnas et diurnas per cantum explerent; sed fraudata est in suo desiderio.

Decimae manipulares monasterii Myechoviensis, donatae eidem per Gedeonem alias Gethkonem episcopum Cracoviensem:

Myechow oppidum, Yakszicze, Olusza, Targowyska, taberna Turek pro medietate, Slawno, Groszkowicze, Zagorzicze, Zdanow, Grodzisko, Kalina, Sczepanowycze, Unyeyow, Orlow, Podlyeszna Wolya, Komorowo, Kamyenczicze, Przedmyesczska Wolya, Chotlya, Bukowska Wolya, Falnow, Pstroszicze, Syedliska, Wolya Kalinska, Grochuthow, Roszpyrzchow, Strzyeszow.

Wythowycze et Gothprzydowicze, duae villae unam habentes appellationem, Wythowicze autem pertinet in Myechow, Gothprzydowicze in Srzenyewa, pro maiori medietate pertinet ad parochiam Myechow, pro minori in Srzenyawa; cuius haeres Stanislaus Pyenyazek de domo Gelythonum. In qua sunt decem et novem cmethonales lanei, item tabernae duae habentes agros, item hortulaniae tres habentes agros, item molendinum duplex; de quibus omnibus, solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praeposito et monasterio Myechoviensi, et valor eius aestimatur ad viginti marcas. Item praedium est ibi militare bonum, de cuius agris decima manipularis solvitur pro monasterio, etiam praeposito Myechoviensi, et valor utriusque ad triginta marcas.

Modralancz, villa sub parochia de ... sita ...

Wyrzbycza, villa sub parochia de ... sita ...

Szmyechowicze, villa sub parochia de ... sita ...

Crampa, villa sub parochia de ... sita ...

Pankoslaw, villa sub parochia de Jslza sita, cuius haeres Johannes Pankoslawszky de armis Habdank. In qua sunt lanei cmethonales, item tres tabernae habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Myechoviensi, et valor eius aestimatur ad decem marcas. Item est in eadem villa praedium militare, de quo decimatur ecclesiae et plebano in Jslza.

Staroszyedlicze, villa sub parochia de Jszlsza sita, cuius haeres Johannes Starosydsky de Habdank. In qua sunt lanei cmethonales,

de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis monasterio Myechoviensi, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas.

Krzizanowycze, villa habens parochialem ecclesiam in se, Sanctae Mariae et Omnibus Sanctis dicatam, cuius haeres Crziszanowsky de armis Dambno. In qua sunt lanei cmethonales, item taberna una habens agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Myechoviensi, et valor eius aestimatur ad septem marcas. Item ibi unum praedium militare, una taberna, et duae hortulaniae habentes agros, de quibus decimatur ecclesiae parochiali Omnium Sanctorum in Crziszanowicze.

Notandum autem et pro memoria futurorum est scribendum, quod religio Sacri Sepulchri Dominici Hyerosolimitani, sub regula Beati Augustini militans, habebat priscis temporibus habitum a moderno habitu valde elongatum et diversum, humilem et religiosum, singuli enim fratres professi ordinis praedicti, incedebant adinstar fratrum ordinis Sancti Benedicti, tunica nigra, duabus crucibus rubeis signata, cappa superimposita: patriarcha ordinis praefati Hyerosolimitanus et in Hyerosolima habens sedem, et in Hyerosolima residens, in albo habitu incedebat, duabus aureis crucibus signato, et monasterium Myechoviense erat illi immediate subiectum, solvebatque patriarchae praefato Hyerosolimitano annis singulis pro pensione, sexaginta florenos; nunc vero patriarcha ordinis praefati Romae habet sedem, et se nihilominus patriarcham Hyerosolimitanum scribit, titulat et nominat, tenues, atque statui suo parum dignos habens proventus, nec illum praepositus et monasterium Myechoviense aliqua pensione, aut aliqua re, vel obedientia, aut subiectione, patriarcham suum et sui ordinis, multis iam annis transactis, recognoscunt. Asseritque praepositus Myechoviensis, qui ab ordinario Cracoviensi instituitur, ad praesentationem et electionem fratrum, et credit patriarchalem apud se consistere facultatem.

Privilegium pro monasterio Myechoviensi.

In nomine Sanctae et Jndividuae Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti Amen. Monachus Dei gratia Sanctae Resurrectionis Ecclesiae patriarcha, et totum eiusdem Ecclesiae capitulum universis archiepiscopis, episcopis, abbatibus, praepositis et caeteris ecclesiarum praelatis, ducibus, comitibus, baronibus, militibus, et caeteris Sanctae Matris Ecclesiae filiis, per ducatum Poloniae constitutis, et in posterum constituendis, ad quorum notitiam praesentia scripta pervenerint, salutem et patriarchalem benedictionem. Cum labilis sit memoria hominum, cui non suffragatur perpetuitas litterarum, universitati vestrae praesentibus litteris innotescat. Quod cum dominus

J a c x o vir bonae memoriae, Dominicum adiret Sepulchrum, et in loco, ubi steterint pedes Domini, adoraret, inter alia devotionis suae insignia, rogavit, ut Ecclesia Sancti Sepulchri unum de canonicis suis socium in Poloniam mitteret, quatenus ad solvendum votum quod fecerat, cum quibusdam haereditatibus investiret. Quia cum esset vir christianissimus et praecipue circa Sepulchrum Dominicum devotus, ecclesiam nostram suis voluit dotare patrimoniis, et apud remotas illius provinciae gentes, Christi patrimonium ampliare; ut dum eius patrimonium amplificaret in terris, aeternae civitatis haeres a Christo conscribetur in coelis. Cum ergo quendam canonicum secum in Poloniam perduxisset, egregii domini B o l e s l a i ducis consensu ac voluntate omnimoda, tres villas, videlicet M y e c h o w, Z a g o r z y c z, C o m o r o w o, in perpetuam eleemosynam canonico et suis successoribus assignavit. Et ne aliquis successorum suorum donationes eius posset in irritum ducere, seu villas praenominatas a Hyerosolimitanae Ecclesiae dominio revocare: futurorum paci providens et quieti, praedictum ducem B o l e s l a u m dominum suum familiariter adiit, et eius confirmationem familiari precum instantia requisivit. Dux vero praestantissimus has preces devotas axaudiens, villis ab eo donatis suam confirmationem adhibuit, et talem insuper ecclesiae nostrae libertatem, et perpetuae immunitatis praerogativam concessit, ut omnes haereditates, quas Hyerosolimitana Ecclesia ibi posset acquirere propter Dominici Sepulchri reverentiam, ab omnibus publicis exactionibus et servitiis, quae in ducatu Poloniae fuerint, essent penitus absolutae; statuit siquidem, quod homines in villis nostris habitantes ad expeditionem non eant, castrum non aedificent, *poradlne* et *strozne* non dent, monetario non obediant, *powoż* et *podwode* non tribuant; propter quod ecclesia nostra, tam eum, quam successores suos, orationum et beneficiorum, quae apud nos fuerint, participes esse concessit. Cui cum confrater noster M e s c o successit in honorem regiminis, factus est particeps pietatis, dum libertatem, quam prior contulit, sequens nihilominus confirmavit. Post cum frater eius dux K a z i m i r u s priorum exempla secutus, donum libertatis a fratribus editum ratum habuit, et illud suo privilegio roboravit; unde factum est, ut processu temporis multi viri nobiles eleemosynas suas Ecclesiae nostrae conferrent, et haereditates ac villas Dei intuitu largirent, quorum nomina duximus annectenda. Inprimis dominus G e t h k o venerabilis Cracoviensis episcopus, pro anima sua et successorum suorum, dedit Ecclesiae Sancti Sepulchri in eleemosynam decimas istarum quatuor villarum, scilicet: M y e c h o w, Z a g o r z y c z e, C o m o r o w o et C o c z c h a. Dominus S v a n t h o s l a u s dedit C o c z c h a m I n f e r i o r e m. Dominus comes S t e p h a n u s dedit C o c z c h a m S u p e r i o r e m. Comes N i c o l a u s palatinus dedit duas villas, J a c x y c z et R z e p l y c z e; frater C r o c o l c h a dedit villam, quae est iuxta M e c h o w;

Hugoldus clericus dedit sortem unam, quae erat super Coczcham; uxor Gniewomiri cum filio suo, dedit Lanthkowicze. Dominus Lassota dedit Lubnam. Dominus Leonardus dedit villam iuxta Coczcham Inferiorem. Frater eius Vlodimirus dedit Byelobrzesze. Johannes dedit villam, quae decambita fuit a fratre eius Matthaeo pro Costiradzicz. Dominus Gerlach et uxor eius cum filiis suis, dederunt duas villas, scilicet Czarnkow, Oluzam. Uxor Vscheborii, pro eius anima et sua et filiorum suorum, dedit villam, quae dicitur Golczowo cum suis pertinentiis. Dominus Casimirus dedit Byeganowo. Comes Jacobus Sandomiriensis dedit villam, quae dicitur Caroe. Dominus Michora dedit nobis super Rabam villam, quae dicitur Chelm, cum ecclesia et decimis et forum et tabernam, et aliam villam Moszczenicza. Iterum addidit sal de Bochna, aliud sal in Prenechan, tertium sal Sidignam et aliam tabernam Studzanka. Andreas frater Matthaei dedit Bawol in Sandomirensi provincia. Comes Radoslaus pro anima sua dedit nobis Szkareszow et ecclesiam, forum et tabernam. Praedictus vero dux Kazimirus talem huic foro contulit libertatem, ut ad ipsum venientes morantes et exercentes mercimonia, libere contrahere possunt. Insuper consilio usus, et prece monetariorum rogatus, tres marcas manualis argenti de domo Dei monetariis dari decrevit; domino vero terrae, de quolibet plaustro salis, quinquaginta capita, demum vero duodecim capita salis accipere constituit, de alleciis vero totidem allecia: hanc ergo supradictam libertatem, domino patriarchae et caeteris fratribus per litteras suas demandavit. Eandem etiam libertatem coram Sdzizslavo archiepiscopo in Pascha Domini in Spnezon, multis ibidem nobilibus adstantibus, Domino Kazimiro iubente, dominus Luppus episcopus in communi praedicavit, tunc etiam scripto et sigillo suo confirmavit, decimas vero ipsius ecclesiae, praedictus episcopus Gethko addidit, scilicet decimam de commemorato Skarischow, et aliarum quatuor villarum: Modralancz et Wirzbicze, Smyechowicze et Krampa. Iterum praedictus comes Radoslaus dedit Rzepinam, et homines morantes in ea. Dominus Ziro et uxor eius cum filio suo Otthone, dederunt duas villas, Szamogoscz, quae est super Vislam et prope Kyge, aliam Christo dedit Zythnam, quam decambivit praefatus Kazimirus pro Borowna et Comeon. Ottho de Werbicz dedit Dzyerszkow. Woislaus frater domini Gethkonis episcopi in Wroczlaviensi provincia dedit duas villas, quae decambitae fuerunt ab episcopo Vroczlaviensi pro villa, quae dicitur Groszkowicze, et pro Zdanow et earum decimis. Bugiwoy dedit Crzeslawicze. In Gnezne, frater Preslaus dedit ecclesiam cum duabus villis. Ducissa de Gnezne dedit Grodzyszko cum taberna. Tuto theutonicus dedit villam,

quae est ante Rudam. Igitur, quoniam a filiis non debet revocari in irritum, quod a patribus ob animarum suarum salutem tam solenniter est concessum, et quia donationes istae confirmatae a ducibus, perpetuam debent stabilitatem habere, universos, qui Deo et Sancto Sepulchro dederunt eleemosynas, et ipsorum haeredes ac filios, patriarchali qua fungimur auctoritate monemus, diligentius obsecrantes, ut eleemosynas ecclesiae nostrae a patribus concessas ratas habeant, et quod ab eis statutum est, nullatenus violare praesumant, scientes, quod si filii patrum donationes ratas habuerint et illaesas, omnium orationum et beneficiorum, quae in nostra fuerint Ecclesia, erunt participes, bonum a Christo praemium recepturi. Si vero libertates infringere, vel possessiones auferre illicita temeritate praesumserint, noverint se ante tribunal Jesu Christi districtum subituros iudicium, et ab ipso, quem in crucis suspensum patibulo adoramus, cuius patrocinia invaserunt, in extremo examine fortiter puniendos. Effectum est hoc Anno Dominicae incarnationis 1198.

IN STRADOMIA, SIVE PONTE REGALI.

Secundum monasterium fratrum ordinis Sacri Sepulchri Dominici Hyerosolimitani, canonicorum regularium, duplicem crucem rubeam in habitu suo deferentium, in dioecesi Cracoviensi.

Kazimirus Secundus Poloniae rex, condito oppido Kazimiriensi iuxta civitatem Cracoviensem, ad fluenta Vislae, et nomine ei suo imposito, in quo et universitatem atque studium generale, magnificaturus illud, fundare, erigere et fabricare coeperat, volens etiam meditullium inter Cracoviam et Kazimiriam iacens, quod hactenus Stradomia vocatur, frequenti hominum habitatione implere, in decus et honorem Beatae Hedvigis electae, Vratislaviensis ducissae, ex cuius sangvine et ipse satus erat, Hedvigis enim filia Boleslai Pii ducis Calissiensis, ex Jolenta filia Belae regis Hungariae, et sorore germana Beatae Kunegundis ducissae Cracoviensis, Boleslai Pudici relicta, illum genuerat, Bela autem rex Hungariae, pater praefatarum Kunegundis et Jolentae, nepos germanus Beatae Elizabeth, neptis germanae ex sorore Beatae Hedvigis erat, monasterium fratrum ordinis Sacri Sepulchri Dominici Hyerosolimitani, sub regula Beati Augustini viventium, dato loco spatioso pro ecclesia et monasterio, et pro hospitali infirmorum, anno Domini 1360. creat, erigit et fundat, ecclesiamque et monasterium, atque hospitale infirmorum muro complectitur,

aedificans habitacula et cellas pro fratribus et reclinatorium pro infirmis et miserabilibus personis. Videns autem et sciens, monasterium Myechoviense eiusdem ordinis haereditatibus et proventibus abundare, et ad servandum duplum numerum fratrum, quam qui hactenus in Myechoviensi claustro servatur, sufficere, aliquas villas a monasterio Myechoviensi, iuxta Rabam fluvium iacentes, abstraxit, et monasterio Sanctae Hedvigis novae fundationis in Stradomia perpetuo adiunxit, videlicet: Chelm, Mosczenicza, Thargowiska, tabernam et theloneum supra Rabam, item Thurek tabernam, Klay, Msczaczyn, Michalowicze, Krzeslawicze et Jugowicze villas, instituens et decernens, ut in praefato monasterio Sanctae Hedvigis novae fundationis, praepositus tanquam rector et caput, cum duodenario numero fratrum sui ordinis, assidue manere, rem divinam agens et horas canonicas nocturnas et diurnas voce sonora cantans, infirmorum curam et fratrum gerens, et monasterium praefatum in spiritualibus et temporalibus administrans, perpetuo degat. Deliberaverat autem coenobium praefatum regiis munificare libertatibus, donationibus et gratiis, et omnem populum utriusque sexus in Stradomia habitantem, praefati monasterii subdere parochiae et ditioni; sed interim morte intempestiva subtractus, opus suum laudabile imperfectum reliquit, sed et institutionis atque decreti sui norma, qua certas villas a nobis notatas a monasterio Myechoviensi seiunctas, et dicto monasterio Sanctae Hedvigis unitas, per praepositos Myechovienses rescissa et violata est, et monasterium Sanctae Hedvigis sua dote suisque villis, absque quibus monasterium Myechoviense aeque bene administrari posset, nudatum est et spoliatum, successore Kazimiri Ludovico Primo Poloniae et Hungariae rege, hanc Dei et Beatae Hedvigis et sui avunculi germani Kazimiri iniuriam, negligenter ut alias ferente. Processu tamen temporis, per praepositos Myechovienses villa Jugowicze dicto monasterio Sanctae Hedvigis reddita est, et haec una ex priori omni dote, ne omnino vacuus et desertus remaneret locus, cum tribus areis in Stradomia, et quatuor domibus in Cracovia, salva remansit. Elizabeth deinde Poloniae et Hungariae regina, relicta Caroli Hungariae, genitrix Ludoviei Poloniae et Hungariae, et soror germana Casimiri, filiaque Vladislai Loktek Poloniae regum, germani sui Casimiri regis opus monasterii praefati, quod imperfectum et neglectum morte sua sequuta remanserat, resuscitatura, ad petitionem Benedicti Gneznensis, et Martini Myechoviensis, praepositorum ordinis praefati, per litteras suas speciales, quarum inferius subiciemus exemplar, Anno Domini 1375 monasterii praefati Sanctae Hedvigis fundationem, a fratre suo Casimiro factam, innovavit, et illud in possessionem, potestatem et ditionem praepositi Myechoviensis et fratrum ordinis eiusdem subiecit. Sub temporibus autem Vladislai

Secundi natione Lithvani, qui Ludovico successit, Poloniae regis, anno Domini 1300 ..... Michael praepositus Myechoviensis, qui et Michalko appellatur, vir sagax, factivus et industrius, egestati praefati monasterii Sanctae Hedvigis compassus, et tam monasterio, quam miserabilibus personis in hospitali suo degentibus, provisurus, in oppido regio Bochnya, in quo sales bancati effodiuntur, censum terrestrem liberum et nulli obnoxium, et qui solis fovearum novarum impensoribus et salium repertoribus debetur, *barchrat* vulgari vocabulo appellatum, singulis septimanis anni unam sexagenam latorum grossorum Pragensium reddentem, pro suo et monasterii Myechoviensis argento, duobus videlicet millibus marcarum latorum grossorum Pragensium numeri Polonicalis, emptione perpetua et irrevocabili emit et comparavit, provide statuens et ordinans, ut ex huiusmodi unius sexagenae hebdomadali censu, praepositus et fratres monasterii praefati mediam marcam, egeni autem et personae miserabiles, in dicto hospitali Sanctae Hedvigis degentes, tres fertones percipiant, et in usus ac necessitates suas per suos rectores convertant. Veritus autem praefatus Michael praepositus Myechoviensis, ne census tam fructuosus et insignis, sub manu ecclesiastica et spirituali, a monasterio et hospitali praefatis processu temporis, si saecularem non haberet tutorem, periret, ipsum, Helizabeth Granowskyey relictae olim Otthonis de Pylcza, tunc reginae Poloniae, et Vladislai Secundi Poloniae regis consorti, et sui filii Johannis et successorum eius potestati et ditioni subiecit, emptionemque et venditionem, ac resignationem et ordinationem distributionemque census, inter monasterium et hospitale fiendam, sub nomine praefatae Helizabeth reginae et filii sui Johannis de Pylcza, celebrari et inscribi procuravit, quasi reginae argento et non monasterii Myechoviensis, census ipse fuisset coemptus. Ex quo quidem tempore Helizabeth regina praefata dum viveret, morte vero sua sequuta filius suus Johannes de Pylcza, in castellanum Cracoviensem promotus, dotatores se praefati census gerunt, et occasione eius, magistram pro egenis in dicto monasterio pro sua potestate et libito, toties quoties opportunum est, ponunt, instituunt et destituunt. Redditus autem et proventus praefati monasterii inferius singillatius describemus.

Nos Elizabeth Dei gratia regina Hungariae et Poloniae memoriae commendantes tenore praesentium significamus quibus expedit universis, quod nos consideratis industriis et sagacitatibus religiosorum virorum cruciferorum, videlicet Benedicti praepositi Gneznensis et Martini de Myechovia nostrorum fidelium, quibus ad opera salutaria facienda et exercenda habiles et strenui fore dignoscuntur, instituimus et constituimus eos rectores veros et legitimos operis illius domus hospitalis, quam quondam dominus Casimirus rex, frater noster, pro salute animae suae prope finem pontis

inter Cracoviam et Casimiriam civitates existentem, construere incoeperat, a quo remansit nondum perfecta, ut eorum propriis rebus et expensis, atque iuvaminibus et auxiliis bonorum hominum, eandem domum hospitalem operari et construi faciant et perficiant, perfectamque regant iure perpetuo et gubernent ipsi et ordo eorundem, ad utilitatem, sustentationem et refugium pauperum et infirmorum, secundum gratias et indulgentias domini Urbani papae, pro eadem domo hospitali datas et concessas, recipientes eosdem in regiam protectionem et defensionem, in praedictae domus operatione, constructione atque gubernatione. Volumus etiam, quod quicumque homo, quamcumque rem, seu ad opus illius domus hospitalis, vel ad sustentationem pauperum et infirmorum, propter Deum illi domui hospitali dare vel largire voluerit, liberam habeat dandi et legandi facultatem. In cuius rei testimonium praesentes eisdem eorum ordini dedimus literas privilegiales, pendentis sigilli nostri munimine roboratas. Datum Cracoviae, in vigilia Nativitatis Sancti Johannis Baptistae anno Domini 1375.

Monasterium Sanctae Hedvigis in Stradomia situm est iuxta fluvium Vislam, et de prope pontem regalem, eundo in Casimiriam de Cracovia, contiguum et connexum ecclesiae Beatae Hedvigis a parte meridionali, partim petra, partim latere a rege Casimiro fabricatum, alias officinas habens ligneas, cellas autem et habitationes fratrum murales. In quo propter exilitatem proventuum monasterii, praepositus cum quatuor fratribus tantummodo consvevit habitare et rem divinam agere, curamque animarum, qui in hospitali degunt, procurare. Hospitale autem ad aliam partem septentrionalem versus Cracoviam situm est, ecclesiae Sanctae Hedvigis in medio positae, contiguum et continuatum, ex muro etiam fabrefactum, habens etiam alias officinas ligneas et coemeterium ad sepulturam mortuorum.

JUGOWICZE, villa sub parochia de S. Jacobo in Casimiria, cuius proprietas ad monasterium Sanctae Hedvigis in Stradomia pertinet. In qua non sunt lanei cmethonales, propter paucitatem agrorum et haereditatis angustias, sed sunt septem hortulaniae, et quaelibet habet agros et solvit quilibet pro censu tres fertones. Item quilibet hortulanus laborat sex dies in anno proprio curru aut aratro, item ova, item gallos, item caseos; item *ossyep* non solvunt, neque *powabam* laborant. Item non est in eadem villa piscina, neque molendinum. Item est in eadem villa praedium coenobiale, de cuius agris solvitur decima manipularis in Drogynya ecclesiae parochiali; ratione cuius praepositus Sanctae Hedvigis pro tempore, habet ius patronatus conferendi ecclesiam parochialem in Drogynya, per alteratas vacationis vices, cum abbate Czirziciensi, cuius est proprietas villae Drogynya. Item omnes hortulani

septem solvunt et conducunt ecclesiae et plebano in Drogynya decimam manipularem et canapalem. Confinat cum Borek, Lagewniky, Kurdwanow, Swoschowicze et Oppathkowicze.

Item est ibi unus campus specialis versus Borek, alias *nywa*, de quo solvitur decima manipularis mansionariis Sancti Jacobi in Cracovia, cuius valor ad unam marcam.

Cracovia. Monasterium Sanctae Hedvigis habet in Cracoviensi civitate unam lapideam et tres domos et areas ligneas, in platea Sanctae Trinitatis, e regione monasterii Sanctae Trinitatis sitas, quae omnes domus, tam muratae quam ligneae, ab omnibus oneribus et tributis civitatis liberatae sunt, et ab omnibus daciis exemptae, et ad proprietatem solius monasterii Sanctae Hedvigis pertinent, et illi soli solvunt annuum censum arendatae.

Domus lapidea in Cracovia, ad proprietatem monasterii Sanctae Hedvigis pertinens, et in platea Sanctae Trinitatis sita, solvit eidem monasterio singulis annis arendata, quatuordecim marcas.

Prima domus lignea in Cracovia, ad proprietatem monasterii Sanctae Hedvigis de Stradomia in platea Sanctae Trinitatis sita, solvit eidem monasterio annis singulis arendata, sex marcas.

Secunda domus lignea in Cracovia, ad proprietatem monasterii Sanctae Hedvigis in Stradomia pertinens, et in platea Sanctae Trinitatis sita, solvit eidem monasterio annis singulis arendata, sex marcas.

Tertia domus lignea, in Cracovia et in platea Sanctae Trinitatis sita, ad monasterium Sanctae Hedvigis de Stradomia pertinens, solvit eidem monasterio annis singulis arendata, sex marcas:

Stradomia. Monasterium Sanctae Hedvigis de Stradomia habet in suburbio Stradomiae tres domos et areas ligneas, ad monasterium Sanctae Hedvigis pertinentes, quae ab omnibus oneribus tributis et daciis civilibus sunt libertatae, et nulli aliorum, nisi monasterio Sanctae Hedvigis, solvunt censum annuum arendatae.

Prima domus et area in Stradomia, ad monasterium Sanctae Hedvigis pertinens, solvit pro censu annuo arendata, eidem monasterio tres marcas, et quae ab omnibus tributis et oneribus civilibus libertata est.

Secunda domus et area in Stradomia sita, ad monasterium Sanctae Hedvigis pertinens, et quae ab omnibus oneribus et tributis civilibus libera est, solvit eidem monasterio tres marcas.

Tertia domus et area in Stradomia sita, ad monasterium Sanctae Hedvigis de Stradomia pertinens, et quae etiam libera est ab omnibus obventionibus et oneribus civitatis, solvit duas cum media marcas, praefato monasterio Sanctae Hedvigis.

Barchrath in Bochnya. In oppido regio Bochnya, monasterium Sanctae Hedvigis de Stradomia habet censum perpetuum terreum sive fovealem, qui *barchrath* vulgari theutonico vocatur, pro quo singulis hebdomadis solvitur una sexagena latorum grossorum Pragensium, aut eius valor, sexaginta grossos in quamlibet sexagenam computando, de quo praepositus et fratres S. Hedvigis percipiunt mediam marcam latorum grossorum, et in usus suos beneplacitos atque necessitates convertunt, tres fertones vero residuos latorum grossorum, percipit Magistra hospitalis S. Hedvigis, non in alios usus, nisi in necessitates egenorum, miserorum et miserabilium personarum, in eodem hospitali degentium, sub debito et conscientiae suae onere eosdem coversura. Censum autem praefatum unius sexagenae sive *barchrath* Michael alias Michalek praepositus Myechoviensis, pro duobus millibus marcarum latorum grossorum Pragensium anno Domini 1400 ...... emit, et praefato monasterio Sanctae Hedvigis univit et incorporavit, non sub suo nomine aut sui monasterii Myechoviensis, abruptionem eius et alienationem in processu dierum veritus, sed sub nomine Elizabeth Granowska tunc Poloniae reginae, ut solidior firmiorque pro monasterio Sanctae Hedvigis et hospitalis consisteret. Ratione cuius filius suus Johannes de Pylcza, castellanus Cracoviensis, dicti census sibi dotationem vendicans, officium magistrae in monasterio hospitalis etiam sibi usurpavit et in suam traxit collationem, quod potius debebat ad praepositum Sanctae Hedvigis spectavisse et pertinuisse.

Privilegium tabernae in Jugowycze.

Nos Martinus praepositus, Johannes custos, necnon totus conventus monasterii Sanctae Hedvigis in ponte regali alias Stradomya, significamus universis et singulis quibus expedit praesentes nostras litteras inspecturis. Quia cupientes bona et possessiones villae nostrae Jugowicze in usus et fructus uberiores convertere, eademque bona et possessiones quantum in nobis est, Domino nostro Jesu Christo volente, et ipsius gratia annuente ampliare et dilatare, ut ex hoc utilitates, quae nunc rubetis occupantur, nobis et nostris successoribus proveniant, et etiam temporibus futuris crescant, proinde viro Stanislao dicto Pudelko et suis legitimis successoribus, de voluntate et consensu venerabilis in Christo patris domini Nicolai praepositi, tanquam principalis nostri praelati, suique conventus monasterii Myechoviensis ad id accedente speciali, tabernam ante dictam villam Jugowicze, circa stratam publicam et infra ipsius villae Jugowicze limites

locandam, erigendam et aedificandam propriis sumptibus et impensis praelibati Stanislai et suorum successorum, damus, contulimus et perpetuis temporibus assignamus, cum agris a dextris et a sinistris, eundo de villa Lagyewnyky circa eandem stratam publicam, et aliis iuxta domum suam iacentibus, ac cum pascuis circa memoratam tabernam existentibus, propter advenas et hospites, ut eo melius eadem taberna in principio fundamenti sui consoletur incremento singulari. Insuper etiam damus sibi in perpetuum, et suis legitimis successoribus assignamus, unum pratum ex ista parte fluvii dicti Vylga, eundo ad villam Oppatkowicze, in manu sinistra, et unum parvum campum cum pleno iure et dominio. Item damus sibi et suis praelibatis legitimis successoribus in fluvio nostro ibidem in Jugowicze piscandi, pro sua mensa duntaxat, cum retibus vulgariter dictis videlicet *wlok* et *szak*, quarta, sexta et sabatho feriis, omnimodam potestatem, de qua quidem taberna nobis et nostris successoribus memoratus Stanislaus cum suis praedictis legitimis posteris, singulis annis in festo Sancti Martini, tres marcas regni nostri communis pecuniae, expirata libertate trium annorum a die datae praesentium, quam libertatem sibi et suis successoribus legitimis saepe dictis, ratione aedificationis eiusdem tabernae dedimus, solvere tenebitur et debebit. Quam quidem etiam tabernam cum suis adiacentiis et pertinentiis, sibi et suis iam dictis successoribus legitimis, per nos ut praefigitur adiunctis datis et in perpetuum assignatis, praelibatus Stanislaus et sui legitimi successores praedicti habebunt potestatem tenendi commutandi utifruendi et casu infortuito veniente, consumptam voragiis ignis, aliam reaedificandi, et ad usus suos beneplacitos convertendi, et pro ut sibi et suis successoribus legitimis posteris praefatis melius et utilius videbitur expedire. Caeterum praefatam tabernam Stanislaus et sui successores legitimi praedicti, quando volent vendere, primo nobis et nostris successoribus tenentur et debent ipsam vendere, et si nobis vel nostris successoribus non placuerit eiusdem tabernae venditio, extunc de consensu nostri et nostrorum successorum speciali, habebunt idem Stanislaus et sui successores legitimi memorati, aliis, quibus ipsis placuerit, memoratam tabernam vendendi et alienandi omnimodam potestatem. In cuius rei testimonium praesentibus sigillum nostrum est appensum, actum et datum in monasterio nostro ecclesiae Sanctae Hedvigis anno Domini 1424.

BYTHOMIENSE

tertium monasterium ordinis Sacri Sepulchri Dominici Hyerosolimitani canonicorum regularium, duplicem crucem rubeam in habitu suo deferentium, in dioecesi episcopatus Cracoviensis.

.... regni Poloniae et Bithomiensis dux, ex ducum et principum Poloniae sangvine et prosapia ortum ducens, pietatem colens, et pietate, quae retributionem geminatam vitae praesentis et aeternae habet, semper intentus, animadvertens in territorio suo Bithomiensi plures personas miserabiles consistere, et nullum certum diversorium aut domicilium pro sua recollectione et reclinatione habere, sed passim per oppida et vicos hinc inde decumbere, miserabili eorum conditioni provisurus, in villa sua ducali Charzow, ab oppido Bithom non longe distante, monasterium seu hospitale infirmorum, pro egenis et miserabilibus personis suscipiendis et illic confovendis, anno Domini 1300 ..... de speciali consensu et ratihabitione .... episcopi Cracoviensis erigit et fundat, et praefatam villam Charzow cum omni proprietate et dominio, eidem monasterio et hospitali donat, privilegiat et inscribit, illudque fratribus religiosis Sacri Sepulchri Dominici Hyerosolimitani de duplici cruce, sub regula Beati Augustini militantium, in regimen et gubernationem perpetuo committit. Verum cum monasterium et hospitale praefatum in loco abstracto et villagio a se fundatum, ex loci ineptitudine et elongantione, videret egenis et miserabilibus personis parum profectuosum esse, illud de consensu et ratihabitione praefati .... episcopi Cracoviensis, in oppidum suae ditionis Bithom, sub dioecesi Cracoviensi situm, et extra civitatem et muros eius ante portam oppidi, qua itur in Cracoviam, ex lignis fabricat et dotat, sub honore et titulo Sancti Spiritus, cui de novo ampliorem dotem addendo, villam Damb, item molendinum ante oppidum Bithom, item tres laneos inter agros oppidanorum Bithomiensium sitos, pro praedio praepositi et fratrum colendos adiungit. Ab eo itaque fundationis et dotationis tempore, praepositus ordinis praefati ab episcopo Cracoviensi institutus et instituendus, in praefato monasterio et hospitali cum uno fratre ordinis sui assidue moratur et curam egenorum infirmorum et personarum miserabilium gerens, monasterium et hospitale praefatum Bithomiense in spiritualibus et temporalibus regit et

administrat, praeposito Myechoviensi pro tempore, quantum ad observantiam regularem, in omnibus et per omnia obediens et subiectus. Praefati autem monasterii et hospitalis Bithomiensis, etsi tenues sunt fructus, illos tamen pro memoria futurorum describemus.

Charzow, villa habens in se ecclesiam parochialem, cuius proprietas et omne dominium, item et omnis iuspatronatus dictae ecclesiae ad praepositum et monasterium suum, atque hospitale in Bithom pertinet. In qua sunt viginti quinque lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu praeposito et hospitali Bithomiensi . . . . . . ; item gallos, item caseos, item ova, item labor, item *powaba;* item *ossyep* seu pro *meszne* quilibet solvit unam mensuram avenae et aliam siliginis; item tabernae, item hortulani, item praedium; item post omnes agros solvitur decima pecunialis episcopo Cracoviensi. Item est in eadem villa scoltetia, habens laneos.

Damb, villa sub parochia ecclesiae de Mychalkowicze sita, cuius proprietas ad monasterium et hospitale Bithomiense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu . . . . , item ova, item gallos, item caseos, item labor, item *ossyep*, item *powaba*, item taberna, item hortulani, item praedium; item de omnibus agris solvitur decima pecunialis pro episcopo Cracoviensi.

Bythom, oppidum habens in se ecclesiam regularem, cuius proprietas ad ducem Bithomiensem pro tempore pertinet. In quo inter oppidanorum agros, monasterium et hospitale Bithomiense habet tres laneos liberos, et nulli obnoxios, de quibus nulli solvit decimam manipularem aut canapalem, sed eam pro se tollit.

Molendinum. Item monasterium sive hospitale Bithomiense habet molendinum ante oppidum, in torrente, qui iuxta Bithom decurrit, quod ad proprietatem dicti monasterii pertinet, in quo moluntur omnia frumenta dicti oppidi, et quod monasterio et hospitali Bithomiensi praefato solvit sex marcas latorum grossorum Pragensium numeri Polonicalis, in usus et necessitates praepositi et egenorum convertendas.

CRACOVIENSE.

Primum monasterium fratrum ordinis Sancti Spiritus, cum geminata cruce alba hospitalariorum de Saxia, in Civitate Cracoviensi et in ecclesia Sanctae Crucis consistens. Qui ordo duo tantummodo monasteria in Cracoviensi habet dioecesi, tertium disperiit.

Quamvis Cracoviensis episcopus Fulco, qui lingva polonica Pelka vocitatur, vir nobilis de domo et familia Vulpium, de fundando et dotando pro recollectione infirmarum, egenarum et miserabilium personarum, quae in civitate Cracoviensi partim in domibus aut vicis delitescebant, hospitali, pium coepisset propositum, et nonnullas ex bonis mensae episcopalis possessiones, redditus ac praedia, capituli Cracoviensis consensu accedente, in eius dotem conferre decrevisset, morte tamen interveniente absumptus, pietatis suae intentio, praesertim dum nullis personis regimen futuri hospitalis delegasset, recidit ad irritum. Sed et cum successor suus immediatus Vincentius Cadlubconis de Carwow episcopus Cracoviensis, vir nobilis de domo Roszae, semen fratris suscitare neglexisset, Ivo de Konszke episcopus Cracoviensis, de domo et familia Odrowansch ducens genus, Vincentio Cadlubkonis immediate succedens, facinorosum et impium sibi ducens, si et ipse in hunc prolaberetur neglectum, in villa Prandnik secus Cracoviensem civitatem sita, hospitale infirmorum et coenobium anno Domini 1220. fundat, et illud in manus fratrum hospitalariorum ordinis Sancti Spiritus de Wienna sive de Saxia, quos de Wyenna accersiverat, regendum committit. Cui pro dote ecclesiam Sancti Martini in villa episcopali Byskupicze supra Wyelyczkam locata, cum suis proventibus, item villam super Prandnik cum molendino, item villam Crowodrza, item villam Bladow, item villam Wronin utramque, Maiorem scilicet et Minorem et dimidium pretium tabernarum de Slawkow, quod

tunc notabiles afferebat commoditates, omnia haec de bonis mensae episcopalis Cracoviensis, et consensu capitularium Cracoviensium accedente, donat, inscribit et assignat, eam conditionem et onus fratribus et hospitali praefato imponens, ut fratribus monasterii praefati de Wienna, ex quibus sumpti et generati fuerant, unam marcam polonicalem in signum obedientiae annis singulis dare teneantur. Duravit autem hospitale praefatum, ex quo a praefato Ivone episcopo Cracoviensi fundatum et dotatum est, in loco suae originariae fundationis in Prandnik, annis quatuor et viginti; tandem autem Prandotha de Byalyaczow Cracoviensis episcopus, de eadem familia et nobilitate qua et Ivo, videlicet de Odrowansch, pontificatum Cracoviensem cum assumpsisset, hospitale et coenobium praefatum ex Prandnik, loco plerisque defectibus et gravedinibus ob distantiam longiorem involuto, in civitatem Cracoviensem anno Domini 1244, sexta die mensis Aprilis transtulit, et ecclesiam parochialem Sanctae Crucis in angulo civitatis Cracoviensis septentrionali sitam, suae provisionis et iurispatronatus, magistro Henrico, tunc magistro et praeposito hospitalis et coenobii, et fratribus, dotemque plebanalem pro coenobio, et locum pro recollectione egenorum, quem devotione fidelium muro latericio videmus fabricatum, curam animarum in magistrum et fratres ordinis transfundens, contulit, univit et incorporavit. Recepta insuper villa Bladow, iuxta fluvium Przemsza, et sub parochia villae Chechel in castellania Slawkoviensi consistente, quam Ivo episcopus Cracoviensis monasterio et hospitali Prandniczensi in fundatione contulerat, et quam episcopatus Cracoviensis in diem hanc retinet, parum hospitali et coenobio commodosa, manipularem decimam super Prandnik, post agros molendinorum episcopalium et ducalium, caeterorumque colonorum in Prandnik, in vim permutationis et cambii, sub ratihabitione capituli Cracoviensis inscripsit. Sed cum permutatio monasterio praefato et magistro ordinis et domus praefatae Gozsalko, sed et Paulo de Przemankow Cracoviensi episcopo, ex familia quae se Polukosza appellat orto, Prandothae immediate succedenti, non satis aequa videretur, Paulus ipse episcopus imperfectionem ipsam suppleturus, ad decimam manipularem praefatam, aream et locum molendini dicti episcopatus, cum toto suo territorio, cum pratis iam excultis et excolendis, et cum omnibus pertinentiis et utilitatibus, sita inter molendinum de Zyelyonky et molendinum theutonicorum, integre et absque ulla diminutione iure haereditario in perpetuum possidenda, capitulo Cracoviensi ratificante, anno Domini 1268 sexto idus Mai addidit et inscripsit; de quibus omnibus monasterium et hospitale Sancti Spiritus in Cracovia praefatum, evidentia retinet privilegia, per nos visa, et munimenta sigillis pontificum et capituli Cracoviensis roborata. In qua quidem hospitalis fundatione, non panegirico, sed fideli et iusto

scripto, non satis admirari possum pontificum Cracoviensium pietatem, quae promissionem habet vitae praesentis et aeternae, in qua quatuor pontifices, videlicet: Fulconem, Ivonem, Prandotham et Paulum vides certatim suas operas navasse, ut diversorium construerent atque dotarent humanae egestati; in quod etiam infantes clandestine generati possent tute deferri et nutriri, et a iugulatione et suffocatione in vitam vindicari. Pensio autem unius marcae polonicalis, quam in fundatione huius monasterii Ivo Cracoviensis episcopus, eius primarius fundator, Wyennensi monasterio praefati ordinis mandavit quotannis praestari, iam dudum abolita est, et fratres hospitalis Cracoviensis non iam Wyenennsi, sed Urbico praestant monasterio, tanquam omnium aliorum de ordine et religione praefata monasteriorum capiti et vertici, obedientiam et pensionem, quod sub saxo Neronis seu arce Romae situm, ex proprietate situs et loci, monasterium Sancti Spiritus et ordo fratrum hospitalariorum de Saxia, sub regula Beati Augustini militantium appellatur; suscitata autem sunt in praefato hospitali et monasterio Cracoviensi pulchra coctili muro, quae alias fuerant lignea et fragilia aedificia, et per providentiam industriamque magistrorum praefati monasterii, et devotionem fidelium, in solidam fabricam redacta; sed et modernus magister et praepositus monasterii et hospitalis praefati Cracoviensis, magister Nicolaus de Oppavia Moraviae, Olomucensis dioecesis, vir comis, frugi et modestus, et quem honoris nominamus causa; sub cuius tempore et regimine praesentem nos descriptionem edidimus, domum scholarium vilem quondam et ligneam, ruinosamque anno Domini 1474. fabrica murali et coctili erexit. Temporalia autem bona, quae monasterium et hospitale Cracoviense sibi, ab episcopis Cracoviensibus, qui illius sunt unici collatores, fundatores, dotatores et patroni obtinet donata, ne aliquo maligno eventu abrumpi aut alienari a quoquam possint, ad perpetuandam eorum memoriam deinceps scribere et adnotare ordiemur.

CRACOVIA.

Braseatorium primum. Item in civitate Cracoviensi et in coemeterio ecclesiae Sanctae Crucis est Braseatorium muratum ad proprietatem et dominium monasterii hospitalis pertinens quod arendatum annis singulis solvit pro monasterio sex marcas.

Braseatorium secundum. Item in eadem civitate Cracoviensi, et in eodem coemeterio Sanctae Crucis, est aliud braseatorium etiam muratum, quod annis singulis solvit monasterio hospitalis sex marcas.

Braseatorium tertium. Item in eadem civitate Cracoviensi, et in curia coenobiali hospitalis, est tertium braseatorium etiam muratum, quod pro

medietate ad proprietatem monasterii, pro medietate vero infirmorum pertinet; de quo annis singulis pro censu proveniunt sex marcae, quarum tres tollit magister sive praepositus monasterii, reliquas vero tres marcas tollunt provisores infirmorum, in eorum necessitates convertendas.

Macellum primum. Item in eadem civitate Cracoviensi est macellum unum carnium, inter macella regia, quod nunc tenet Sigismundus carnifex consul Cracoviensis, ad proprietatem et dominium monasterii hospitalis Sancti Spiritus pertinens, quod singulis annis pro censu solvit duas marcas.

Macellum secundum. Item in eadem civitate Cracoviensi est aliud macellum carnium, inter macella regia, quod nunc tenet Stanislaus dictus Staszko civis Cracoviensis, ratione uxoris relictae Kytlycz carnificis, quod de anno tertio in tertium, pro censu annuo solvit monasterio hospitalis Sanctae Crucis duos lapides sepi, et non plus.

Crowodrza, villa extra civitatem Cracoviensem, sub parochia ecclesiae Sancti Stephani de Cracovia sita, cuius proprietas et dominium ad monasterium hospitalis Sanctae Crucis pertinet. In qua sunt duodecim lanei franconici cmethonales, de quibus in solutione census annui est mirabilis differentia; aliqui enim cmethones habent proprios agros, et solvunt a laneo viginti scottos; item aliqui habent solum unum quartale, de quo solvunt decem grossos; item habent aliqui medium quartale, de quo solvunt quinque grossos; item aliqui tenent agros per fratres emptos, quorum aliqui de quartali solvunt marcam; item aliqui sexagenam solvunt de quartali; item de medio lanei aliqui solvunt duas sexagenas; integrum laneum nullus tenet. Item quilibet de laneo solvit quatuor gallos, item triginta ova. Item cmethones villae praefatae non laborant aliquos dies in septimana, neque ducturas faciunt, praeter ducturam lignorum; ligna enim in Visla comparata pro necessitate monasterii, tenentur ex Visla extracta propriis curribus conducere ad curiam et monasterii dotem. Item *powabam* duplicem laborant, serendo grano monasterii pro vere et hyeme agros, et sata metendo atque conducendo in horreum monasterii. Item omnes cmethones villae praefatae solvunt decimam manipularem, et per quatuor ierugas canapalem monasterio hospitalis Sanctae Crucis plenarie et ex integro, et tenentur illam propriis curribus ducere in horreum a magistro monasterii locandum, et valor eius aestimatur ad quindecim marcas. Item in eadem villa est praedium optimum coenobiale, habens optimos agros, ad quod pertinet totus campus, incipiens a custodia extra Cleparz de prope ecclesiam Sancti Valentini, cuius ecclesiae hortus stat in coenobiali campo, de quibus quidem agris monasterium nulli solvit decimam manipularem, sed eam pro se tollit et in horreum suum inducit. Item in eadem villa sunt tria prata monasterii, quorum unum tenentur cmethones Crowodrza falcastrare, et ex illo uno per

éos falcastrato, quam ex aliis duobus sumptibus monasterii falcastrandis, foena propriis curribus ad horreum monasterii inducere tenentur. Item in eodem praedio est una piscinula parva, dicta *schadzawka*, ad monasterium pertinens.

Horti. Item in eadem villa Crowodrza sunt decem et octo horti, ad monasterium hospitalis Sanctae Crucis pertinentes, qui iuxta quantitatem suorum spatiorum, aut maiores, aut restrictiores census pro festo Sancti Martini solvunt, et tenent illos cmethones de Crowodrza laneis eorum adiacentes et assignatos, et primo: Nicolaus Stawownik mediam sexagenam solvit. Item Sczepanek unum fertonem. Item Sledz unam marcam. Item Bartek Woytowycz tres fertones. Item Latossek novem scottos. Item Dzadyek marcam. Item Bartek Wangrodyn marcam. Item Maczek Wangrodyn marcam. Item Jan Pyalka fertonem. Item Sledzowa marcam. Item Grzegorz marcam. Item advocatus marcam. Item Baran mediam marcam. Item Janczowa quatuor grossos. Item Pyotrek Komorek sexagenam. Item Hannusz tres fertones. Item Kachna Pyenczorowa marcam. Item Passzek Balinsky duas marcas, ab horto sito extra portam sutorum, ex opposito molendini ibidem.

Prądnyk, villa sub parochia ecclesiae parochialis hospitalis de Sancta Cruce in Cracovia sita, cuius proprietas et dominium ad episcopum Cracoviensem pertinet. In qua monasterium hospitalis de Sancta Cruce, ex donatione episcopali, tenet et habet tria molendina in flumine Prandnik situata.

Primum molendinum monasterii hospitalis Sanctae Crucis ad proprietatem monasterii pertinens, habens agros speciales et prata, quod pro annua pensione per praepositum et conventum monasterii arendatum, tenet haereditarie Gyerzthman consul Cracoviensis, de quo censuat anuatim pro monasterio Sanctae Crucis quatuor marcas fusi et puri argenti, aut earum valorem; pro festo uno Sancti Martini tenetur solvere duas marcas argenti, pro festo autem Sancti Floriani alias duas marcas. Item praefatum molendinum et eius possessor, tenetur omnia frumenta et omnia grana praefati monasterii hospitalis Sanctae Crucis molere, et nonnisi mediam metretam recipere pro eorum molitione.

Secundum molendinum in flumine Pradnik situatum, cuius proprietas et dominium ad monasterium Sanctae Crucis pertinet, habens agros et prata, quod nunc tenet Jacobus Kopacz in arenda haereditaria, de quo singulis annis tenetur solvere monasterio, hospitalis Sanctae Crucis in Cracovia pro censu annuo quatuor marcas, pro quibuslibet videlicet quatuor temporibus marcam. Item praefatum secundum molendinum tenetur omnia

grana et frumenta pro monasterio molere, et nonnisi mediam metretam a molitione recipere.

Tertium molendinum in flumine Pradnik situatum, cuius proprietas et dominium ad monasterium hospitalis Sanctae Crucis pertinet, habens agros et prata, quod nunc tenet relicta olim ...... haereditarie arendatum, quod singulis annis pro annuo censu solvit monasterio hospitalis Sanctae Crucis sex marcas communis pecuniae, in regno Poloniae currentis, quod etiam molit omnia frumenta monasterii, de media metreta, praeter brasea, de quibus nullam recipit metretam. Item in eadem villa Prandnik episcopali sunt quinque lanei cmethonales episcopales, coloni et hortulaniae tres, solventes censum episcopo Cracoviensi pro tempore, solvunt decimam manipularem, et omnes agri omnium trium molendinorum praefatorum solvunt etiam decimam manipularem, et per quatuor ierugas canapalem monasterio hospitalis Sanctae Crucis praedicto in Cracovia, et tenentur illam inducere propriis curribus in horreum, a praeposito monasterii hospitalis locandum, et valor eius aestimatur ad decem marcas. Item sunt ibi duo molendina episcopi, habentia agros, de quibus etiam solvitur decima pro monasterio hospitalis in Cracovia Sanctae Crucis, quorum unum proprio curru omnia frumenta et molita reducens episcopalia, et habens agros, nihil solvit, aliud habens agros et prata, solvit sedecim marcas pro episcopo.

Nigra platea. Item in oppido Cleparz, et sub parochia ecclesiae Sancti Floriani, sunt sex horti, quorum proprietas et dominium ad monasterium hospitalis Sanctae Crucis pertinet, et qui eidem monasterio et hospitali pro festo Sancti Martini solvunt census, secundum quantitatem hortorum, et primo: Andrzey Coszel, Maczek Czesla, Stanislaw Pagansky, tres tenent unum hortum, et quilibet illorum solvit ad festum Sancti Martini fertonem. Item Stanislaus Rzoncza tres fertones. Stanislaw Skrzynarsz tres fertones. Item Polsky Jan decem et octo grossos. Item Koszczolkowa decem et octo grossos. Item ab horto extra portam Sancti Floriani mediam marcam, quem nunc tenet filius Martini Belza.

Ecclesia Sancti Benedicti in monte Lasszotino. Haec ecclesia non habet parochiam, sed habet unam praebendam praebendatam, habentem certos introitus; cuius iuspatronatus pro parte ad monasterium hospitalis Sanctae Crucis in Cracovia pertinet.

Wyelyczka, oppidum habens in se ecclesiam parochialem, in quo est foecunda salisfodina, cuius proprietas et dominium ad serenissimum regem Poloniae pertinet. Ante hoc oppidum est curia coenobialis, et quatuor horti progressive unus penes alium situati, et sibi invicem contiguati et coniuncti, in stricta sive arta platea, ad manum dextram sursum ascendendo, versus agros, ad proprietatem monasterii Sanctae Crucis pertinentes, sive

hospitalis. Item de curia et horto uno solvitur pro festo Sancti Martini una sexagena monasterio. Item de horto altero, etiam pro festo Sancti Martini solvitur media marca pro monasterio. Item de horto tertio etiam pro festo Sancti Martini solvitur una marca pro monasterio. Item de horto quarto pro festo Sancti Martini media marca. Item ante oppidum praefatum Wyeliczka in platea, dicta vulgariter Thworkowska, sunt triginta horti, et quilibet pro festo Sancti Martini tenetur solvere duos pullos. Inter quos quidem triginta hortos plebanus de Wyelyczka tenet duos hortos, videlicet nonum et tricesimum, de quibus etiam tenetur solvere pro monasterio duos pullos. Item in platea praefati oppidi Wyelyczka appellata Furmanska, eundo in parte dextra de oppido, sunt horti undecim, quorum quilibet pro festo Sancti Martini tenetur duos gallos solvere pro monasterio hospitalis. Item in eadem platea Furmanska, eundo de oppido Wyeliczka, in parte sinistra, sunt duodecim horti progressive procedentes unus penes alium, et quilibet solvit duos gallos pro festo Sancti Martini pro monasterio. Item in platea praefati oppidi Wyeliczka dicta Wyeszna, in parte sinistra eundo de civitate, sunt horti decem, quorum quilibet solvit duos gallos pro festo Sancti Martini pro monasterio. Item hortus unus, quem quondam tenuit Matthias Wropl, de quo pro festo Sancti Martini solvuntur sex galli pro monasterio Sanctae Crucis sive hospitali. Item hortus alter, cognominatus hortus novus, per consules de Wyelyczka erectus, solvit pro festo Sancti Martini duos pullos monasterio hospitalis Sanctae Crucis, sive hospitali S. Spiritus. Item tres alii horti in area quondam Floriani erecti, solvunt et solvere tenentur duos pullos pro monasterio hospitalis Sanctae Crucis eo, quod eisdem tribus hortis adiacent certi agri civiles, de quibus monasterium hospitalis solvit decimam manipularem. Item quamvis praefati horti iam enumerati, et alii noviter constituti et erecti teneantur solvere gallos pro festo Sancti Martini ex consvetudine antiqua et praescripta, dum tamen dictos gallos solvere noluissent et recalcitrassent, obtenta est contra eos sententia definitiva recens et solemnis. Item praefati horti non solvunt decimam canapi.

Wyelyczka, oppidum, in quo sunt agri oppidanorum seu civiles ab una parte consistentes, item laneus unus hospitalis de Wyeliczka; de quibus omnibus solvitur decima manipularis monasterio et hospitali Sanctae Crucis, et per oppidanos ducitur in horreum, et valor eius aestimatur ad decem marcas. Item decimam canapi de dictis agris non solvunt. Item est ibi laneus unus ad hospitale in Wyeliczka, de quo decimatur pro ecclesia et hospitali Sanctae Crucis in Cracovia et praepositus hospitalis Sanctae Crucis ducit decimam huiusmodi proprio curru in horreum suum.

Boguczycze, villa sub parochia ecclesiae de Wyeliczka sita, cuius

haeres Barbara consors Jacobi Swydniczar consulis Cracoviensis. In qua sunt octo lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et canapalis monasterio hospitalis Sanctae Crucis in Cracovia, et inducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a praeposito monasterii hospitalis Sanctae Crucis locandum, et valor eius aestimatur ad octo marcas. Item taberna non est. Item hortulaniae duae habentes agros, de quibus pro hospitali decimatur. Item praedium unicum est in eadem villa, habens agros optimos, de quibus solvitur decima manipularis praefato monasterio hospitalis Sanctae Crucis. Item molendinum non est.

Czarnochowycze, villa sub parochia ecclesiae de Wyeliczka sita, cuius haères Stanislaus Czarnochowsky nobilis de armis Junosza. In qua sunt quinque lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis monasterio hospitalis Sanctae Crucis in Cracovia et tenentur eam cmethones inducere in horreum, a magistro sive praeposito hospitalis Sanctae Crucis locandum, et valor eius aestimatur ad duas marcas, aliquando ad quatuor, aut quinque marcas. Item taberna non est ibi aliqua. Item hortulaniae non sunt. Item praedium unicum est in eadem villa, habens agros optimos, de quibus solvitur decima manipularis monasterio hospitalis Sanctae Crucis. Redactum tamen est in tria praedia, quibus additi sunt agri cmethonales, de omnibus decimatur pro hospitali. Item molendinum non est.

Sledzowycze, villa sub parochia ecclesiae de Wyeliczka sita, cuius proprietas et dominium ad Johannem Wyerzinek nobilem de armis Polanczye. In qua est unus campus seu *nywa*, qui olim pertinebat ad villam Czarnochowicze, de quo datur manipularis decima monasterio hospitalis Sanctae Crucis in Cracovia; item de aliis laneis et agris praedictae villae solvitur decima manipularis, et valor eius aestimatur ad mediam marcam. Item ibidem praedium unicum militare, de cuius agris decimatur pro ecclesia in Wyeliczka, et valor eius ad quinque marcas. Item tabernae, item hortulaniae.

Sczeglow, villa sub parochia ecclesiae de Biskupicze sita, cuius proprietas et dominium ad Wydzgam Sczeglowsky de armis ...... pertinet. In qua sunt sex lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis monasterio hospitalis Sanctae Crucis in Cracovia, et inducitur per cmethones propriis curribus, in horreum a praeposito locandum, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Item taberna una habens agros, de quibus decimatur in *gonithwam* pro hospitali Sancti Spiritus. Item hortulaniae non sunt in eadem villa. Item est in eadem villa praedium militare optimum, de cuius agris datur decima manipularis monasterio hospitalis Sanctae Crucis in Cracovia.

Zablocze, villa sub parochia ecclesiae de Biskupicze sita, cuius

proprietas et dominium pro duabus partibus ad universitatem vicariorum ecclesiae Sancti Floriani pertinet; tertiam villae partem habet Stanislaus Zborowsky de armis Kornicz. In qua sunt sex lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis monasterio hospitalis Sanctae Crucis, et inducitur per incolas ad horreum a magistro seu praeposito hospitalis Sanctae Crucis, et valor eius aestimatur ad sex marcas. Item hortulania una habens agros, ad Stanislaum Zborowsky pertinens, de quibus solvitur decima manipularis hospitali. Item taberna una habens agros ad Stanislaum Zborowsky pertinens, de quibus solvitur decima soli hospitali. Item praedium est ibi unicum habens tres laneos, de quibus etiam decimatur monasterio hospitalis Sanctae Crucis in Cracovia. Item molendinum est in eadem villa, habens agros et prata, de quibus decimat pro hospitali. Cuius duae partes pertinent ad vicarios Sancti Floriani, tertia vero ad Stanislaum Zborowsky haeredem; arendatur autem pro duabus sexagenis, aliquando pro ampliori, et cedunt vicariis Sancti Floriani duae partes, et haeredi tertia.

Zborow, villa sub parochia ecclesiae de Biskupicze sita, cuius proprietas et dominium ad Stanislaum Zborowsky de armis Kornicz pertinet. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, de quibus omnibus, solvitur decima manipularis monasterio Sanctae Crucis hospitalis in Cracovia, et inducitur per incolas propriis curribus ad horreum a praeposito locandum. Valor eius aestimatur ad unam marcam, aliquando ad duas. Item taberna una, quae computatur inter hortulanias. Item hortulaniae tres et non plures, de quibus iam scriptum. Item praedium est ibi unicum militare, de quo solvitur decima manipularis monasterio hospitalis Sanctae Crucis in Cracovia. Item molendinum non est.

Surowky, villa sub parochia ecclesiae de Biskupicze sita, cuius proprietas ad Stanislaum Zborowsky de armis Kornicz pertinet. In qua sunt tres non lanei, sed hortulaniae, et de omnibus solvitur decima manipularis pro monasterio Sanctae Crucis hospitalis in Cracovia, et inducitur per incolas propriis curribus ad horreum a praeposito locandum, et valor eius aestimatur ad unam marcam. Item taberna una, quae computatur inter hortulanias. Item hortulaniae nonnisi tres, taberna computata. Item est in eadem villa praedium militare praefati Stanislai Zborowsky, de cuius agris solvitur decima manipularis monasterio Sanctae Crucis hospitalis in Cracovia, et valor eius aestimatur ad ... Item molendinum non est.

Byelczycze, villa sub parochia ecclesiae de Biskupicze sita, cuius pro una parte proprietas et dominium ad monasterium Corporis Christi in Casimiria, pro altera ad Stanislaum Marszowsky de domo Polukosza pertinet. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, de quibus ab una

parte villae versus ...... sita, solvitur decima manipularis pro monasterio hospitalis Sanctae Crucis in Cracovia, et valor eius aestimatur ad duas marcas, et de duobus laneis cedit tantummodo decima vernalis, de aliis vero duobus solvitur decima hyemalis et canapalis; decima autem residua cedit ecclesiae in Gdow.

Jawczicze, villa sub parochia de Biskupicze sita, cuius haeres Zegotha de domo ... In qua sunt aliquot agrorum peties de campo dicto Pogwyzdow villae praefatae, qui pertinebant aliquando ad villam Zborow, de quibus solvitur decima manipularis monasterio hospitalis Sanctae Crucis, et valor eius aestimatur ad tres fertones; decima autem praedialis solvitur ecclesiae in Biskupicze, et valor eius ad unam marcam.

Falkowicze, villa sub parochia ecclesiae de Gdow sita, cuius proprietas et dominium ad Johannem et Stanislaum, Jacobum, Nicolaum, Strepe pro insigni deferentium, pertinet. In qua sunt quatuor lanei cmethonales et de omnibus agris solvitur decima manipularis monasterio hospitalis Sanctae Crucis, et inducitur in horreum a praeposito monasterii locandum, et valor eius aestimatur ad tres marcas. Item taberna una habens agros, de quibus decimatur pro hospitali Sancti Spiritus in Cracovia. Item hortulaniae tres habentes agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis ecclesiae Sancti Spiritus hospitali in Cracovia. Item est ibi praedium militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae in Gdow, monasterio autem hospitalis Sanctae Crucis de agris, de quibus depositi sunt cmethones; hactenus tantum sunt ibi tria praedia cmethonibus depositis locata, quae omnia decimant monasterio hospitalis Sanctae Crucis. Item molendinum non est.

Stadnyky, villa sub parochia ecclesiae de Gdow sita, cuius proprietas et dominium ad Stanislaum Stadniczsky de domo Szarza pertinet. In qua sunt non lanei cmethonales, sed pecies agrorum. Item in eadem villa sunt duo campi dicti *nywy* praediales, de quibus solvitur decima manipularis monasterio hospitalis Sanctae Crucis; valor eius ad quatuor marcas. Item est ibi praedium militare, de cuius agris antiquis praedialibus decimatur pro ecclesia in Gdow, et valor eius ad unam marcam.

Wynary, villa sub parochia ecclesiae de Gdow sita, cuius proprietas et dominium ad Stanislaum et Johannem Marsalkowiczi de armis Plomyenye pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et de omnibus solvitur et conducitur nonnisi anno tertio decima manipularis et canapalis, pro monasterio hospitalis, et valor eius aestimatur ad mediam marcam. Item in eadem villa sunt tres campi alias *nywy*, dicti Kaczkow praediales, de quibus solvitur decima manipularis monasterio hospitalis Sanctae Crucis in Cracovia. Item taberna una habens agros. Item hortulaniae.

Sulow, villa sub parochia ecclesiae de Biskupicze sita, cuius proprietas et dominium ad Stanislaum et Petrum de armis Streparum pertinet. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis monasterio hospitalis Sanctae Crucis in Cracovia, et valor eius aestimatur ad duas marcas. Item tabernae non sunt. Item hortulania una habens agros, de quibus decimatur pro ecclesia in Biskupicze. Item praedium unicum militare, de quo decimatur ecclesiae in Biskupicze.

Notandum, quod omnes redditus et proventus circa oppidum Wyeliczka ex hortis provenientes, item decimae manipulares ex oppido Wyelyczka, item ex villis: Boguczicze, Czarnochowycze, Sledzeowicze, Sczeglow, Zablocze, Zborow, Surowka, Pogwyzdow, Byelczycza, Falkowicze, Stadniky, Wynary, et Sulow, pertinebant quondam ad ecclesiam parochialem Sancti Martini in Byskupycze supra Wyelyczkam; sed postquam dicta ecclesia in Byskupycze incorporata monasterio hospitali Sanctae Crucis per Jwonem et Fulconem episcopos Cracovienses, abstracti sunt dicti proventus ab ecclesia Sancti Martini in Byskupycze, et monasterio hospitalis Sanctae Crucis incorporati et additi, praeter paucos proventus et decimas, pro rectore et plebano in Byskupycze relictas. Quam etiam ecclesiam in Byskupicze, quoties illam vacare contingit, praepositus monasterii hospitalis Sanctae Crucis cum conventu conferunt, et unum ex fratribus monasterii sui praesentant, tanquam iuspatronatus integrum in ea habentes.

Wronyn Maius, villa sub parochia ecclesiae de Czulycze sita, ac per Jvonem Cracoviensem episcopum de mensa episcopali monasterio hospitalis Sanctae Crucis donata. In qua sunt quatuordecim lanei cum medio, et quilibet de laneo solvit duas marcas, et unum diem in septimana proprio curru aut aratro laborat. Item ducturas faciunt ad rationem dierum in septimana debitorum. Si vero non laborant dies in septimana, solvere tenentur pro annuo censu de laneo tres marcas. Item de quolibet laneo solvuntur triginta ova pro festo Paschae. Item *oszyep*, de quolibet laneo una mensura siliginis conferta et duae mensurae avenae etiam confertae, mensurae Proschoviensis. Item quatuor capones et etiam quatuor grossos. Item est in eadem villa taberna habens agros, item tres hortulaniae habentes agros, ita, quod taberna et hortulaniae habent integrum laneum inter se partitum, et taberna solvit pro censu . . . . .; item quaelibet hortulania pedester laborat unum diem in septimana, censum non solvit. Item omnes lanei cmethonum, tabernatoris et hortulanorum, solvunt decimam manipularem canonicatui et praebendae Cracoviensi, dictae Karnyowska. Item est praedium optimum in dicta villa coenobiale, quod nulli solvit decimam, sed eam pro se tollit et in horreum suum inducit. Item est in eadem villa piscina bona coenobialis

et *szadzawka.* Confinat autem villa praefata cum Czulicze, Carnyow Birkow, Wanszow, Syedlcze, Minori Wronin.

WRONYN MINUS, villa sub parochia ecclesiae de Czulicze sita, ac per Jvonem Cracoviensem episcopum de mensa episcopali monasterio hospitalis Sanctae Crucis perpetuo donata. In qua sunt octo cmethonales lanei, et quilibet de laneo pro annuo censu solvit duas marcas; item unum diem proprio curru aut aratro laborant in septimana. Item faciunt ducturas ad rationem diei in septimana debiti; si vero non laborant dies, ex tunc pro annuo censu tenentur solvere tres marcas. Item de quolibet laneo solvuntur triginta ova pro festo Paschae monasterio. Item dant *osszep*, de unoquoque laneo unam mensuram siliginis mensurae Proschoviensis, item duas mensuras avenae etiam confertae; item quatuor capones, item quatuor grossos. Item est in eadem villa una taberna habens agros, item hortulani, item praedium ibi coenobiale, de quo decimam nulli solvit, sed eam pro se tollit. Item de quinque laneis solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis praebendae Cracoviensi Dziewyathelska; item de tribus laneis et aliis agris tabernae et hortulaniarum, solvitur ecclesiae in Czulicze, qui quondam erant militares. Item sunt ibi duae piscinae coenobiales bonae. Confinat cum villis Wyrzbno, Maiori Wronin, Syedlcze, Wanszow.

WOLYA circa SAMOSTRZEDLNA KARCZMA, villa sub parochia ecclesiae Sancti Jacobi de Casimiria, et retro montem Lassotinum ad manum dextram versus Wyeliczka sita; cuius proprietas et dominium ad hospitale Sancti Spiritus in Cracovia pertinet. In qua sunt viginti duo lanei cmethonales, una cum agris tabernae, et quilibet solvit pro censu . . . Item in eadem villa est scoltetia, habens pro suo iure duos laneos, quae quidem scoltetia pleno iure pertinet ad monasterium Sanctae Crucis in Cracovia, per praepositum et conventum empta, de cuius agris decima . . . Item habet praedicta scoltetia tabernam unam habentem agros, quae pro censu annuo solvit monasterio hospitalis Sanctae Crucis decem marcas, de agris autem eiusdem tabernae solvitur decima pro episcopatu Cracoviensi. Item monasterium Sanctae Crucis habet in eadem villa pro eadem scoltetia duas piscinas bonas. Item omnes agri cmethonales et tabernae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem, pro ecclesia Omnium Sanctorum mediae partis muratae, in civitate Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad . . . . . . marcas. Alii autem agri unius *nywae*, pro ecclesia in Drugynya; de quinque laneis pro mansionariis Sancti Jacobi, valor, tres marcae. Item praedium non est ibi. Item post unum laneum et agros tabernae praebendae Sancti Benedicti. Item molendinum non est in eadem villa. Item hortulaniae non sunt in eadem villa. Confinat cum oppido Casimiriensi, Curdwanoso, Lagewniky.

RZANKA, villa sub parochia ecclesiae Sancti Jacobi de Casimiria et retro montem Lassotinum versus Wyeliczka sita, cuius proprietas et dominium ad hospitale S. Spiritus in Cracovia pertinet. In qua sunt sex lanei cmethonales, item una taberna, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius ad .... Item sunt in dicta villa aliqui agri et aliquot pecies agrorum post tabernam in Rzszanka, de quibus decimatur hospitali Sanctae Crucis in Cracovia, et valor eius aestimatur ad mediam marcam. Rzanka taberna habens agros et prata, non ad proprietatem hospitalis, sed ad proprietatem clerici de capella Schaffranczonis pertinet, in ecclesia Cracoviensi, et solvit eidem clerico pro censu .... Item ex praedictis duabus villis, videlicet Wolya et Rzanka proveniunt decem et octo marcae communis pecuniae de censu annuali, de quibus iuxta ordinationem relictae olim Otthonis de Pylcza solvuntur quatuor cum media marcae monasterio hospitalis Sanctae Crucis in Cracovia. Item de eodem censu, solvuntur aliae quatuor cum media pro infirmis in hospitali Cracoviensi, seu Sancti Spiritus degentibus; residuae vero novem marcae solvuntur pro monasterio et conventu fratrum, et pro infirmis in hospitali in Lanczuth degentibus.

CURDWANOW, villa sub parochia ecclesiae Sancti Jacobi de Casimiria sita, cuius proprietas et dominium ad monasterium hospitalis Sanctae Crucis in parte pertinet. In qua non sunt lanei cmethonales, sed sunt tantummodo sex hortulani habentes agros, et quilibet hortulanus solvit pro censu monasterio Sanctae Crucis unam marcam communis; de hoc tamen censu annuo sex marcarum, monasterium hospitalis Sanctae Crucis tantummodo tollit in suam sortem et proprietatem tres marcas, tres enim marcas reddunt monasterio Czirziczensi, ratione census terragii regii. Item in praedicta villa habet monasterium Sanctae Crucis praedium propriis laboribus cultum, de quibus solvunt decimam manipularem ecclesiae Sancti Jacobi in Casimiria mansionariis, una cum hortulaniis sex, cuius valor ad quatuor marcas. Item in eadem villa monasterium Sanctae Crucis habet tres piscinulas. Item hortulaniae praefatae de agris suis solvunt decimam manipularem, pro mansionariis Sancti Jacobi. Item pro altari Nativitatis Sanctae Mariae, quod tenent vicarii Cracovienses, sunt ibi quatuor lanei cmethonales, et quilibet solvit vicariis pro censu unam marcam, quartus unam sexagenam. Item decimam de iisdem agris solvunt ecclesiae et plebano in Droginya. Confinat cum villis ...

SANDOMIRIENSE.

Secundum monasterium hospitalariorum Sandomiriense ordinis Sancti Augustini, de geminata alba Cruce de Saxia.

Aegros, langvidos, orphanos, pupillos et quaslibet miserabiles personas et infantes, praesertim ex clandestino concubitu genitos per oppidum Sandomiriense et eius suburbia viciniaque passim palantes et proiectos et proiciendos, Zegotha Cracoviensis castellanus miseratione pia ad unum tectum, ne caumate aut frigore consumerentur, aut infantes suffocarentur, collecturus, a. Domini 1222 xenodochium in eodem oppido, et monasterium hospitalis Sancti Spiritus, fratrum ordinis hospitalariorum de geminata cruce alba, qui de Saxia vocantur, sub regula Sancti Augustini militantium, in loco portae aquilonaris, quae Oppathoviensis appellatur contiguo, locat, instituit, fundat et erigit, et de bonis suis haereditariis Sandomiriensibus dotat. Quae fundatio et dotatio etiam in diem hanc perseverat, habens praepositum pro capite, et quatuor fratres pro membris; qui etsi horas canonicas nocturnas et diurnas non explent in cantu, rem tamen divinam diebus singulis sonore perficiunt, et pauperum et miserabilium personarum, in xenodochio huiusmodi iacentium, curam gerunt, eisque provident, iuxta modulum facultatum, et totius terrae Sandomiriensis egenos recolligunt, et infantes proiectos suscipiunt et ablactant. Subiciens praefatus Zegotha castellanus monasterium praefatum Sandomiriense monasterio hospitalis Sanctae Crucis Cracoviensi, a quo fratres in Sandomiriense monasterium sunt recepti, ut illi in singulis, pareat, obediat et auscultet, et eius intendat profectui, reformationi, visitationi et correctioni. Illius hactenus est praepositus Martinus de Byecz, vir providus, spectabilis et religiosus; monasterii autem praefati tales, licet tenues, habentur introitus ac proventus.

Privilegium fundationis Monasterii S. Spiritus.

In nomine Domini Amen. Quia vetustas temporum oblivionem quae mater erroris existit, frequenter inducit, necessarium esse dinoscitur, ut facta, quae sub decursu temporis aguntur, sic literarum validarum ac sigillorum authenticorum efficacia perhennentur, ut perpetuae stabilitatis retineant firmamentum, maxime in rebus Deo dicatis, quas piis locis quis tribuit pro suorum remedio peccatorum. Universis igitur Christi fidelibus, quam

praesentis temporis quam futuri tenore praesentium innotescat. Quia nos Zegotha castellanus Cracoviensis de voluntario consensu et unanimi voluntate filiorum nostrorum Otthonis et Zakliczae, pro salute animarum nostrarum, damus et concedimus titulo perpetuae donationis fratribus cruciferis domus Cracoviensis, ordinis Sancti Spiritus, pro hospitali construendo ac complendo in civitate Sandomiriensi, ad sustentationem pauperum infirmorum, et ad recipiendos advenientes quoslibet pauperes peregrinos, et ad perficiendum sicut consvevit alias fieri in ipso opera caritatis, ad provisionem et procurationem ipsorum, villas nostras, unam quae Schych dicitur, inter Samborzecz et Zlotham, aliam, quae Glaszow vulgariter nuncupatur, quam nobilis vir Polka, filius quondam Falislai de Zadowe, nobis pro satisfactione neptis nostrae, quam peccatis exigentibus interfecit, in publicis dedit et assignavit colloquiis, in pios usus convertendam, pro suorum et eius neptis nostrae remedio peccatorum. Et sylvam unam quae vocatur Zawirb, sitam iuxta Vislam prope Zlotam, cum omnibus suis redditibus, utilitatibus, usufructibus et pertinentiis universis, nihil omnino nec nobis, nec filiis nostris praedictis, in villis et sylva praetactis iurisfactionis ac dominii in posterum reservando, ita, ut idem magister et fratres hospitalis Sandomiriensis, in villis eisdem ac sylva, faciendi quod decreverint pro commodis ac utilitatibus suis, et infirmorum ibidem existentium, habeant plenam et omnimodam in perpetuum potestatem. In cuius donationis nostrae perennem memoriam et evidentiam certiorem, praesentem paginam scribi mandavimus, et sigillorum illustris principis domini Boleslai, Dei gratia ducis Opoliensis, capitaneatum Cracoviensem tenentis, venerabilis in Christo patris domini Johannis episcopi Cracoviensis, capituli maioris ecclesiae eius munimine, necnon et nostri appensione duximus roborandam.

SANDOMIRIA.

Prima vinea, vocata Thuszkowska alias Radluzinska, iacens penes torrentem Pysczel in suburbio oppidi Sandomiriensis sita, cuius proprietas ad monasterium hospitalis Sancti Spiritus in Sandomiria pertinet, libera ab oneribus et tributis civilibus, ordinariis et extraordinariis, et solvit monasterio hospitalis Sandomiriensis pro annuo censu duas marcas cum media; quam donavit monasterio Nicolaus Kemp civis Sandomiriensis, pure propter Deum, et coram iudicio scabinali Kelczone advocato praesidente, anno Domini 1394, feria quinta, in die Sanctae Agathae; de quo habentur litterae resignationis, et cedunt pro fratribus monasterii de huiusmodi censu duae marcae, pro pauperibus vero media marca.

Secunda vinea, habens circa se hortum in suburbio Sandomiriensi, iuxta Barth et Lornicz, versus ecclesiam parochialem Sancti Pauli extra muros Sandomirienses sita. Cuius proprietas ad monasterium hospitalis Sancti Spiritus in Sandomiria pertinet, libera ab omnibus oneribus et tributis civilibus, ordinariis et extraordinariis, et solvit monasterio hospitalis Sandomiriensis pro annuo censu novem scottos; quam Oszanka matrona de Sandomiria dedit pie propter Deum, monasterio hospitalis.

Domus vel area in oppido Sandomiriensi, iuxta hospitale, sub parochia ecclesiae de Sancto Petro sita, in iure tamen civili consistens, cuius proprietas ad monasterium hospitalis Sancti Spiritus in Sandomiria pertinet, et solvit monasterio hospitalis S. Spiritus Sandomiriensis pro annuo censu duas marcas.

Praedium hospitalis Sandomiriensis, in quo sunt plus quam tres lanei, quorum tres donaverat monasterio hospitali in eleemosynam Peregrinus de Lamburga, cum Anna consorte sua, residuam partem agrorum emerunt fratres coram Marco advocato et scabinis 1331. de quibus decimam . . . .

Tria macella hospitalis in Sandomiria: horum unum donavit monasterio Zeifridus civis Sandomiriensis 1351. feria quarta post cineres, et solvit mediam marcam et tres lapides monasterio; item Johannes Tile civis Sandomiriensis donavit hospitali pro pauperibus duo macella, et coram Nicolao Hutter advocato et scabinis 1412. feria quarta ipso die Sancti Vitti resignavit, et de quolibet solvuntur tres lapides sepi, et de utroque carnes pro una marca, pro infirmis.

Notandum, quod Vladislaus Secundus Poloniae rex, ad instantiam celeberrimae Hedvigis reginae consortis suae, feria quinta infra octavas assumptionis S. Mariae in Sandomiria 1395 omnia bona monasterii hospitalis Sandomiriensis ab omnibus oneribus libertat, sub eo tamen onere, ut teneantur fratres monasterii unum anniversarium annis singulis agere pro rege et regina praedictis.

Glaszow, villa sub parochia ecclesiae de Obraszow sita, et per regem Poloniae Casimirum Secundum pro villa Mankoszin, quae fuit primarius fundus monasterii hospitalis, vicissitudine cambii donata. In qua sunt duodecim lanei cmethonales, et quilibet solvit de laneo pro censu annuo duos fertones, triginta ova, duos capones, duos gallos, item avenae mensuras duas, et duos choros siliginis, unam mensuram; item quilibet de laneo unum diem in septimana curru aut aratro et ducturas facit, sed ad rationem diei in septimana debiti. Item taberna prope Roschky, habens agros, quae solvit unam sexagenam pro censu monasterio. Item unus hortulanus, qui unum diem in septimana pedester laborat, habens agros. Item

est ibi praedium bonum monasterii, in tres campos divisum, de quibus decimatur pro ecclesia in Obraszow. Item decimam manipularem post agros praediales, item cmethonales, tabernae et hortulaniae, percipit ecclesia in Obraszow, et tenentur illam cmethones inducere in horreum a plebano locandum, et valor eius aestimatur ad quindecim marcas; solvunt cmethones canapalem decimam per quatuor ierugas. Item non est ibi molendinum. Confinat cum villis: Wagercze, Obraszow, Roschky et Dambyani; inter Roschky scopuli, alibi *vgyazdy*.

Obraszow, villa habens in se ecclesiam parochialem ligneam, Sancto Petro dicatam, cuius proprietas pro maiori parte ad monasterium hospitalis Sancti Spiritus in Sandomiria pertinet. In qua sunt quatuor lanei monasterii cmethonales, inter quos sunt duo habentes agros ampliores et prata, quorum primus solvit pro censu unam sexagenam et sex grossos, alter vero quadraginta scottos solvit, tertius unam sexagenam. Item una taberna hospitalis, habens quarti lanei agros et prata, et solvit unam marcam cum media. Item cmethones duo de laneis maioribus solvunt per quatuor capones, item de quolibet laneo quindecim ova, unum gallum, unum caseum. Item *osszyep* non solvunt. Item cmethones non faciunt labores, neque ducturas. Item est ibi una taberna, habens agros, quae solvit unam cum media marcam monasterio, habens quartum laneum. Item cmethones unum diem falcastrant. Item non est ibi praedium aliquod coenobiale. Item non sunt hortulaniae. Item cmethones laborant duas *powabas*, et semel in anno vadunt pro roboribus, quamquam habent duos cmethones et unam tabernam. Item sunt ibi tres nobiles: Nicolaus Brunyowsky de Bippennibus Johannes Gamba, Petrus Krupa de Tarnawa, et habent tria praedia, et habent cmethones et hortulanos speciales; Gąba habet unam tabernam et unam hortulaniam, item molendinum, quod solvit mediam sexagenam. Item omnes agri cmethonum tam coenobialium quam militarium, praediales et tabernae solvunt decimam manipularem, et per quatuor ierugas canapalem ecclesiae in Obraszow, cuius valor aestimatur ad duodecim marcas. Confinat cum villis: Zorawycze, Rinarczycze, Roszky, Malycze Wyeprzky.

Sczepanow, villa sub parochia ecclesiae de Swyeczechow sita, cuius propriëtas ad monasterium hospitalis pertinet; in qua septem sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu unum fertonem. Item cmethones serunt agros praediales pro vere et hyeme, et sata metunt et disponunt, atque conducunt in horreum coenobiale, sed non laborant dies. Item est ibi praedium coenobiale, solvens decimam manipularem ecclesiae in Swëczechow. Item de laneo quindecim ova, unus gallus, unus caseus. Item taberna una habens agros, et solvit pro censu mediam marcam. Item hortulania

una habens agros et prata, solvit fertonem. Item omnes agri cmethonum solvunt decimam manipularem ecclesiae in Swyeczechow, et inducunt eam in horreum a plebano locandum, et valor eius ad sex marcas. Confinat cum villis: Popow, Basszunya, et Walowycze, et habentur scopuli inter villas.

Hanc villam contulit hospitali cum omni iure anno Domini ~~1099~~ 1399 Cracoviae in crastino Purificationis, Zaklika de Myedzigorze, regni Poloniae cancellarius, et coram Hedvigi regina Poloniae perpetuo resignavit, de quo habentur litterae.

Notandum, quod villae Obraszow proprietas monasterio hospitalis Sandomiriensis provenit per pecuniariam coemptionem; nam Nicolaus magister hospitalis emit sortem unam anno Domini 1420 a Martino haerede Obrazoviensi, pro quinquaginta marcis latorum grossorum Pragensium. Item idem Nicolaus magister et praepositus hospitalis aliam sortem anno Domini 1407 emit a Jacussio de Obraszow pro quadringentis marcis latorum grossorum Pragensium. Item idem Nicolaus magister et praepositus hospitalis alias sortes anno Domini 1402 emit a Nicolao, Marcissio et Petrassio et altero Nicolao, haeredibus de Obraszow emit etiam pro quadringentis marcis latorum grossorum Pragensium. Item idem Nicolaus magister et praepositus hospitalis omnes sortes a Jacussio haerede Obrazoviensi anno Domini 1402 pro ducentis marcis coemit. Item Petrassius de Obraszow omnem sortem suam Nicolao magistro et praeposito hospitalis pro duodecim marcis latorum grossorum 1403 vendidit. Item Albertus de Obraszow duas sortes suas praefato Nicolao magistro et praeposito hospitalis pro centum et viginti marcis, et tertiam sortem propter Deum hospitali anno Domini 1409 vendidit et donavit. Item Nicolaus de Obraszow arvum unum Nicolao magistro et praeposito hospitalis pro triginta marcis vendit anno Domini 1401. Item Luthomirus de Obraszow sortem suam Nicolao magistro et praeposito hospitalis, pro octuaginta marcis anno Domini 1403 vendidit.

Thylkowicze, villa sub parochia ecclesiae de Jankowicze sita, cuius haeres Petrus Thilkowsky de domo Bippennium. In qua sunt lanei cmethonales, qui solvunt et conducunt decimam manipularem..... Item est ibi unum praedium militare amplum, de cuius agris, solvitur decima manipularis monasterio et hospitali Sandomiriensi, et valor eius aestimatur ad duas marcas.

Nyewythowicze, villa sub parochia de Jankowicze sita, sed deserta, cuius haeres Petrus Thilkowsky de domo et familia Bippennium, et campos villae praefatae arant singuli cmethones de villa Thilkowicze,

de quibus solvunt et conducunt decimam manipularem pro monasterio et hospitali Sandomiriensi, et valor eius aestimatur ad unam marcam.

SLAVCOVIENSE.

Johannes dictus Muskatha episcopus Cracoviensis considerans frequentiam et amplitudinem oppidi sui Slavkoviensis, quod ea tempestate propter plumbi fodinas, foecundam et assiduam venam plumbi fluentis erat famosum et insigne, et apud duas civitates capitales, videlicet Cracoviensem et Vratislaviensem adeo nobilitatum et vulgatum, ut et in Cracoviensi et in Vratislaviensi urbe habeantur plateae, quae ex nomine oppidi Slavkoviensis Slavkovienses appellentur, considerans insuper multitudinem langventium egenorum et miserabilium personarum, ad dictum oppidum ex operariorum et fossorum praesertim numero congestam esse, et certa receptacula atque diversoria non haberent recollectionem; eorum, pia compassione permotus, procuraturus, xenodochium ad portam, qua itur in Bythom, instituit, ecclesiam quoque parochialem sub titulo et honore S. Johannis Baptistae, et monasterium fratrum hospitalariorum Sancti Spiritus de Saxia, crucem duplicem albam deferentium fundat, praedictaeque ecclesiae Sancti Johannis medietatem oppidi Slavcoviensis, et eiusdem suburbia, ab ecclesia parochiali S. Crucis sequestratam, in parochiam et in ius sepulturae constituit, incipiendo a muro lapideo hospitii Bertoldi pistoris, usque ad domum Hermani qui erat gener Johannis dicti Divitis, ex opposito vero usque ad domum Nicolai dicti de Goliczberk, et abinde per directum ad aliam domum dictae plateae, et ex adverso per plateam ad domum Lobszin et Michaelis, quae Schatkowa platea nominatur, contigens plateam Maszkonis ad sinistram versus Prankasch ibi suum finiens limitem, extra autem Prankarz plateam ducentem versus Bythom. In dotem quoque ecclesiae praefatae et monasterio hospitalis in primaeva eius fundatione, certa bona et introitus de mensa episcopali Cracoviensi per nos inferius describenda, anno Domini 1298 sexta decima Kalend. Julii donat, inscribit et consignat, et quamvis praefatum monasterium Slawkoviense venis plumbi foecunditatem suam deferentibus, una cum oppido Slavkoviensi et eius suburbanis in dierum processum destitutum fuerit et exinanitum, et ad oppidum regium Ilkusch facta fuerit eius conversio, nos tamen fundationem et dotationem praefati monasterii et eius bona dotalia in praesenti registro describere voluimus, oblitterationem officii et muneris tam insignis, quod praefatus Johannes Muskatha episcopus Cracoviensis monasterio et pauperibus Christi praestiterat, pro nostra facultate aversuri.

In oppido Slavkoviensi.

Balneum. Contulit imprimis praefatus Johannes Muskatha episcopus Cracoviensis monasterio hospitalariorum Slavkoviensi, civile ad mensam suam episcopalem pertinens balneum, iuxta fluvium Alba Przemsza dictum, quod pro censu annuo solvebat tunc decem marcas, et fratres monasterii et singulos pauperes in hospitali degentes, absque precio abluebat.

Macellum. Item contulit idem Johannes Muszkatha episcopus Cracoviensis monasterio et hospitali praefatis medietatem macelli carnificum, in oppido Slavcoviensi sitam, quae pro censu annuo solvebat duas marcas et duos lapides sepi purgati.

Molendinum. Item contulit molendinum idem episcopus Johannes Muskatka monasterio, in flumine Przemsza et in superiori parte molendini Theodrici dicti Schuler, situm. Ex quo tunc propter frequentiam civium et incolarum, maximae proveniebant in frumentis et braseis commoditates, pro monasterii et hospitalis sustentatione.

Praedium. Item praefatus Muszkatha episcopus Cracoviensis contulit monasterio et hospitali praefato quatuor laneos agrorum franconicos cum pratis, ad colendum eos pro praedio coenobiali, libertans illos et absolvens ab omni censu, et ab omni decima et ab omni iure, subiectione et dacia civili.

Hortus Item idem Johannes praefatus Muskatha episcopus Cracoviensis contulit unum hortum extra muros dicti oppidi situm, libertans similiter illum ab omni censu dacia, onere et tributo.

Bythkow, villa sub parochia ecclesiae de ....., cuius proprietas et dominium ad ...... pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibu- omnibus solvebatur decima manipularis pro monasterio hospitalis Slavkos viensis, et inducebatur in horreum a praeposito locandum et valor eius aestimatur ad ..... Item tabernae, item hortulaniae item praedium. Hanc decimam contulit episcopus Cracoviensis Johannes Muskatha monasterio hospitalis Slawkoviensis.

MONASTERIUM ZWYERZINENSE

Ordinis praemonstratensis, in dioecesi Cracoviensi.

Cum sacra ordinis praemonstratensis religio, quae anno Domini 1120. ortum suum habere coepit, splendorem sui fulgoris late longeque sparsisset, et in Christiano orbe radios suae observantiae, suique stemmatis, mira svavitate diffunderet, satrapa et regulus Polonorum Jaksza de Myechow, miles insignis, quem nonnulli ferunt de nobili stirpe Gryffonum originem duxisse, cum esset vir et miles tunc inter Polonos spectatae virtutis, et rari in Deum amoris, raraeque devotionis, religionem praemonstratensem tam famosam et celebrem, in Poloniae regnum et in dioecesim Cracoviensem inducere satagens, parumque ducens, quod religionem fratrum Sacri Sepulchri Dominici Hyerosolimitani in fundo patrimonii sui Myechow iam plantasset, omni conatu ad futurorum bonorum operum actionem, se pro sua virili extendens et de transactis nullam habens existimationem, in altero fundo sui patrimonii Swyerzinyecz, ad ripas Vistulae fluminis, iuxta Cracoviensem urbem sito, conditioni virginum et Deo devotarum puellarum provisurus, monasterium sanctimonialium fratrum et sororum ordinis praemonstratensis anno Domini 1191. instituit, fundavit et erexit, et tres villas sui patrimonii, videlicet Swyerzinyecz, Zabyerzow et Bibicze cum earum pertinentiis, parem numerum haereditatum iuxta atque Miechoviensi monasterio contulerat, cultor ipse Trinitatis in perpetuam dotem pro recollectione et provisione fratrum et sororum tradidit, donavit et inscripsit. Et quo amplior dos monasterio praefato a se fundato proveniret, ecclesiam etiam parochialem in nomine et sub titulo S. Salvatoris, quem titulum Graeci transfigurationis appellant, vetusto et prisco opere ex quadris lapidibus minutis a Petro Skrzinsky milite si famae standum est, in editiori colle fabricatam, cum omnibus eiusdem ecclesiae parochialis Sancti Salvatoris decimis, proventibus et introitibus, de consensu Gedeonis alias Gethczae episcopi Cracoviensis, qui et ipse de Gryffonum familia duxit genus,

incorporavit, et incorporari obtinuit, atque uniri; ab illo quoque tempore monasterium Swyerzynense etiam parochialem tenet et exercet fontem, atque curam. Cui etiam monasterio Swerzynensi praefatus Gedeon alias Gethga episcopus Cracoviensis, decimas manipulares suae mensae episcopalis in praefatis tribus villis: Zwyerzynyecz, Zabyerzow et Bibicze donavit; contulit et expost Casimirus Boleslai Krziwousti monarchae regni Poloniae filius, dux Sandomiriensis, praefato monasterio et virginibus in eo degentibus, in pingviorem dotem villas suas ducales iuxta Vistulam fluvium, in terra Lublinensi sitas, videlicet: Skowyszin, Wyetrzna gora, Krampa, Woyszin, Rzeczicza, Jaworzecz cum utroque littore Vistulae cum clausuris ad piscandum, cum stagnis, lacubus, paludibus et sylvis, villis praefatis contiguis, circumiacentibus et vicinis. Fuit autem monasterium Swerzynense in praedictarum villarum et haereditatum a Casimiro duce Sandomiriensi monasterio Swyerzynensi donatarum pacifica possessione. In villa quoque Skowiszin fuit cella, quam fratres praemonstratenses ex Zwyerzynyecz directi, administrando bona adiacentia inhabitabant; processu tamen temporis, dum terra Lublinensis a Tartaris, Ruthenis et Lithwanis tunc barbaris, frequentius devastata, in desolationem diuturnam fuisset redacta, haereditates et villae praefatae vel occupatae, vel levi pretio emptae, vel cambitae, in regiam venere, in qua et hactenus consistunt, ditionem, et a monasterio Zwyerzynensi alienatae sunt et abstractae, de quarum singulis in suis locis narrabimus. In loco autem Scowyszin etiam in hanc diem extat oratorium, ad quod pro die Sancti Johannis ante portam latinam, popularium fit concursus, honorantium locum illum, et habitaculum monasticum illic quondam fuisse, testantium. In vico vero, qui Wyetrzna gora quondam nominabatur, subter quem Vistulus pluribus fluminibus inflatus decurrit, oppidum Cazimirz regium, et arx ei impendens, a Casimiro Secundo Poloniae rege muro fabricata sita sunt, et omnes villae praefatae sub dicti castri et oppidi Kazimirz ditione. Omnes vero dictarum villarum decimae manipulares, quae etiam ad monasterium Zwyerzynense simul cum villis pertinebant, sub parochia et proprietate ecclesiae parochialis de Casimiria consistunt, praeter villam Jaworzecz, cuius nullum extat vestigium vel memoria, et quae creditur alluvione fluminis Vistulae et eiusdem vorticibus deleta. Contulerunt et alii proceres, satrapae et milites regni Poloniae in praefatum monasterium Swyerzinense sua praedia, haereditates, proventus et villas, magnopere delectati coenobii illius stemmate, videntes consangvineas suas et filias, quae vel renuntiarent saeculo, vel saeculum illas sperneret, abunde et honeste in praesens et in futurum dotandas iri. Sed et Boleslaus Pudicus Cracoviensis et Sandomiriensis dux dotationem monasterii praefati apud Corczin agens,

villas omnes eius describens ex nomine, sub praesentia Gethkonis castellani Sandeczensis, Bogufali dapiferi Sandomiriensis, Petri filii Dirschikray succamerarii Cracoviensis, Sandonis succamerarii, Kiliani subiudicis, Przybyslai subdapiferi, Johannis subpincernae, Johannis filii Pacoslai, Fulconis filii Michaelis, speciali privilegio anno Domini 1254, tertio kalendas Junii confirmat et libertat; cui Leszko Niger dux Cracoviensis, Sandomiriensis et Siradiensis succedens, confirmationem et libertatem ipsam praefato coenobio in Cracovia agens, anno Domini 1287 innovat, et suis litteris patentibus confirmat. Nos autem ad descriptionem villarum reddituum proventuumque, quas et quos praefatum monasterium Swyerzinense in sua adhuc ditione retinet, ut efficatior illorum apud posteros possit haberi cura, studium et provisio, accedemus.

Zwerzynyecz, monasterium sanctimonialium ordinis praemonstratensis, iuxta fluvium Visla, iuxta Cracoviam Polonorum metropolim situm, coctili latere per eius primarium fundatorem ... fabricatum, et vasis, calicibus, crucibus, casulis, caeterisque ornamentis ad rem divinam pertinentibus dotatum, habens aliquot villas, sub cura et parochia sua iure parochiali ad se pertinentes, habens praepositum ordinis praemonstratensis, ut caput, qui gerit et sanctimonialium et fratrum et animarum in spiritualibus et temporalibus curam, qui ad ecclesiam sanctimonialium a Cracoviensi confirmatur et investitur episcopo, et cura illi ab eodem committitur animarum; habet et abbatissam sive magistram, quae curam gerit sororum. Tenetur autem episcopus Cracoviensis pro tempore curare et providere, ut in praedicto monasterio sacra praemonstratensis servetur et custodiatur religio; teneturque ex debito sui officii tam fratres quam sorores praefati monasterii in capite et in membris visitare, et deformata corrigere. Circumdatum est autem omni ex parte monasterium praefatum muro, et sanctimoniales quemadmodum ex regula tenentur, sub clausura degunt, habent domicilia lignea et officinas, cum possent haberi coctilia, explent quoque voce sonora et rem divinam et horas singulas nocturnas et diurnas.

Zwyerzynyecz, villa sub parochia monasterii Swyerzinensis sita. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit unam cum media marcas. Item ova triginta, item gallos duos, item caseos duos; item laborat quilibet de laneo unum diem proprio curru aut aratro, item *powabam*, item *osszyep* solvunt siliginis, item taberna circa Ostrziganszam habens agros, solvit duas marcas. Item hortulaniae septem habentes agros, quilibet solvit mediam marcam. Item molendinum, circa monasterium solvit metretas. Item praedium est coenobiale, de quo nulli datur decima manipularis, sed monasterium eam pro se tollit. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam

manipularem et canapalem pro monasterio Swyerzinensi, cuius valor aestimatur ad ..... marcas.

Crethkowyecz, villa sub parochia de ...... sita, cuius proprietas ad monasterium Swyerzinense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales et quilibet solvit ..., item ova, item gallos, item caseos, item labor, item *powabam*, item *osszyep*, item tabernae, item molendinum, item praedium, item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem...

Dambye, villa sub parochia de ... sita, cuius proprietas ad monasterium Zwyerzynense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales et quilibet solvit ..., item ova, item gallos, item caseos, item labor, item *powabam*, item *osszyep*, item taberna, item hortulani, item molendinum, item praedium; item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem...

Nyegrapka, taberna sub parochia ecclesiae conventualis de Swyerzynyecz sita, cuius proprietas ad monasterium Swyerzynyecz pertinet; quae inter Cracoviam et monasterium Zwyerzynyecz posita, plures habet praerogativas et commoditates ex contiguitate tam famosae et magnificae civitatis; habet etiam agros proprios amplos et uberes, habet prata et hortos, ratione quorum solvit monasterio Swyerzynensi pro censu ... Item de agris praefatae tabernae decima ...

Molendinum ante portam sutorum in Cracovia. Habebat quondam monasterium Swyerzynense in flumine Rudawa ante portam sutorum urbis Cracoviensis molendinum insigne, quod quia cortices quercinos, ad quercinum colorem cuttibus inducendum, pro cerdonum artificio concuciebat, quercinum molendinum vocabatur, et solvebat singulis hebdomadis monasterio de Swyerzinyecz pro censu mediam marcam, habens etiam prata optima iuxta fluvium Rudawa posita. Processu autem temporis molendinum praefatum tam questuosum, a monasterio Swyerzynensi abstractum est et alienatum, et in regiam venit ditionem; prata vero molendini praefati praepositus Zwyerzynensis et conventus consulatui et civitati Cracoviensi venditione perpetua et irrevocabili, pro ducentis et quinquaginta marcis latorum grossorum Pragensium, et pro lapidea aciali in platea Sancti Floriani, quae Bodzanowska appellabatur sita, vendidit, ex pratisque quoque huiusmodi pascua communia civitas Cracoviensis fecit.

Lyszky, villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam, cuius proprietas et dominium olim ad monasterium de Zwyerzynyecz ex primaeva fundatione pertinebat, nunc autem pertinet pleno iure ad monasterium Thincziense, ex causa permutationis ad illud devoluta; dedit enim monasterium Thincziense pro praefata villa Lyszky villam sui iuris Wolowicze et scoltetiam in Kolberk, et ex illo tempore villam Lysszky cum hominibus asscriptitiis monasterium Thincziense, villam vero Wolowicze et

scoltetiam in Kolbark monasterium de Zwyerzynyecz possidere coeperunt.

Wołowycze, villa sub parochia de Czirnyechow sita, cuius proprietas olim pertinebat ad monasterium Thyncziense; sed ex causa permutationis pro villa Lyszky, quam superius descripsimus, pertinet nunc ad monasterium Zwyerzynense; in qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit . . ., item ova, item gallos, item caseos, item labor, item *powabam*, item *osszyep* item taberna, item hortulani, item molendinum item praedium; item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem . . .

Olschyenycza, villa sub parochia ecclesiae de Zwyerzynyecz sita, cuius proprietas et dominium ad monasterium Zwerzinense pertinet. In qua sunt viginti quatuor lanei cmethonales, et quilibet solvit unum fertonem latorum grossorum, item gallos duos, item ova triginta, item caseos duos; item laborant et faciunt ducturas pro monasterio; item *powabam* laborant, item *osszyep* solvunt; item taberna una habens agros, et solvit tres marcas. Item hortulaniae quatuor habentes agros, una solvit unam marcam, alia unam marcam, tertia sedecim grossos. Item molendinum est, sed non habet agros et solvit unam cum media marcas. Item praedium coenobiale ex agris scoltetiae factum, de quibus monasterium Zwyerzinense percipit decimam. Item omnes agri solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro monasterio Zwyerzynensi, et valor eius aestimatur ad viginti quatuor, aut octo marcas, praeter campos, qui dicuntur Zagniancze, de quibus cedit praebendae Cracoviensi, quae appellatur Dzyewyatelska. Confinat cum . . . .

Zabyrzow, villa sub parochia ecclesiae de Zwyerzynyecz sita, cuius proprietas ad monasterium Zwerzynense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales et quilibet solvit pro annuo censu . . .; item ova, item gallos; item laborat quilibet de laneo a festo Sancti Johannis ad S. Michael unum diem, abinde duos dies. Item *powabam* laborant utramque. Item *osszyep* dant. Item tabernae duae habentes agros, una in villa, quae solvit tres marcas, alia unam sexagenam. Item hortulaniae duae habentes . . . quaelibet mediam marcam. Item molendinum habet agros et prata, solvit duas sexagenas. Item praedium est ibi coenobiale, de cuius agris monasterium pro se tollit decimam. Item post omnes agros conducunt et solvunt decimam manipularem et canapalem pro monasterio Zwerzynensi, et valor eius aestimatur . . .

Rogosznik, villa sub parochia ecclesiae de Modlnicza maiori sita, cuius proprietas et dominium ad monasterium Zwerzinense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu . . . . ., item ova, item gallos, item caseos, item labor, item *powabam*, item *ossyep*, item taberna,

item hortulani, item praedium, item molendinum. Item post omnes agros solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis...

Modlnycza minor, villa sub parochia ecclesiae de Modlnicza maiori sita, cuius proprietas et dominium ad monasterium Zwerzinense pertinet. In qua sunt quinque lanei cmethonales, et quilibet pro annuo censu solvit unam marcam, item ova triginta, item gallos duos, item caseos duos; item laborat quilibet a festo Sancti Johannis ad festum Sancti Michaelis per duos dies in septimana; item *powabam* laborant utramque; item *ossyep* solvunt; item taberna una monasterii, alia Nosz militis, monasterio solvit duas marcas. Item hortulaniae duae, quaelibet solvit sedecim grossos. Item molendinum. Item praedium est ibi coenobiale, de cuius agris solvitur decima manipularis praebendae Sanctae Mariae Aegiptiacae in castro Cracoviensi. Item omnes agri solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem, pro praebenda Sanctae Mariae Aegiptiacae, in capella castri Cracoviensis, et valor eius cum praediali aestimatur ad sex marcas.

Bibicze, villa sub parochia ecclesiae de Zyelyonky sita, cuius proprietas et dominium ad monasterium Szwyerzinense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu ... Item ova triginta, item gallos duos solvit, item caseos duos, item laborat quilibet de laneo a festo Sancti Johannis ad Sancti Michaelis per duos dies in septimana. Item *powabam* utramque laborant, item taberna, item hortulani, item *ossyep* solvunt, item molendinum, item praedium est ibi coenobiale, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Zyelyonky. Item est ibi scoltetia, quae habet laneos, de quibus solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Zyelyonky. Item post omnes agros solvunt et conducunt pro decima manipulari et canapali monasterio Zwyerzynensi maldratas, de quolibet grano et laneo, et de tritico quidem solvunt quatuor mensuras, item de siligine quatuor mensuras, item de avena quatuor mensuras aequales, non confertas.

Lubocza, villa sub parochia ecclesiae de Pleschow sita, cuius proprietas et dominium ad monasterium Szwyerzynense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu Sancti Martini novem scottos, item ova triginta, item gallos solvunt duos, item caseos duos, item labor, item *powabam*, item *ossyep* solvunt. Item tabernae duae habentes agros ad scoltetiam pertinentes, et una ascripta et applicata est ad altare Trium Regum. Item hortulani, item praedium, item molendinum. Item post omnes agros, solvunt et conducunt pro decima manipulari et canapali pro monasterio Zwyerzynensi maldratas, de quolibet laneo et grano, videlicet tritici, siliginis et avenae quatuor mensuras aequales, non confertas. Item est ibi scoltetia habens tres laneos. Item duae tabernae ad scoltetiam

pertinentes. Item quatuor hortulaniae ad scoltetiam pertinentes, habentes agros, et de omnibus praefatis decima manipularis solvitur altari Trium Regum in ecclesia Cracoviensi.

Domaschow, villa sub parochia de .... sita, cuius proprietas ad monasterium Zwyerzynense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit ..., item ova, item gallos, item caseos, item labor, item *opprawam*, item *osszyep*, item tabernae, item hortulaniae, item molendinum, item praedium. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro ...

Pobyednik, villa habens ecclesiam parochialem in se ligneam, Sancto dicatam Adalberto. In qua sunt octo lanei cmethonales, et quilibet solvit novem scottos pro censu, item ova sexaginta, item gallos quatuor, item caseos duos. Item laborant indistincte quando eis mandatur, certos autem dies in septimana non laborant. Item *powabam*, item *osszyep* solvunt, sex choros avenae et quatuor choros siliginis, mensurae ... Item est ibi taberna una habens agros et prata et solvit .... Item est ibi molendinum habens agros et prata, et solvit quatuor marcas pro censu. Item est ibi praedium coenobiale, de cuius agris solvitur decima manipularis pro ecclesia in Pobyednik. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro ecclesia in Pobyednik. Item hortulaniae sex habentes agros, et quaelibet solvit unam marcam minus sex grossis. Item sunt ibi ampla et lata prata monasterii, quorum certa pars arendatur carnificibus de Cracovia ad pascendos boves. Item est ibi scoltetia habens duos laneos. Item prata optima, et de agris solvit decimam manipularem in Pobyednik ecclesiae parochiali. Item sunt ibi lacus et paludes et sylvae monasterii et gaya. Item ecclesia et plebanus speciales agros et prata habet. Confinat cum Kosczelniky, Stropiszow. Item est ibi unus lacus scolteti, qui arendatus, solvit pro scolteto quatuor marcas, et pro plebano quintam marcam.

Spythary, villa sub parochia ecclesiae de Brzeschko sita, cuius proprietas et dominium ad monasterium Swyerzynense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu ..., item ova triginta, item gallos duos, item caseos duos, item labor, item *powabam* utramque laborant, item *ossyep* solvunt, item molendinum non est. Item praedium est ibi unicum coenobiale, de quo nulli ... Item taberna, item hortulani. Item post omnes agros solvitur decima manipularis et canapalis monasterio in Brzeschko ordinis praemonstratensis, et valor eius aestimatur ad ... marcas.

Chranstowycze, villa sub parochia ecclesiae de Golyaczow sita, cuius proprietas ad monasterium Zwyerzynense pertinet. In qua sunt lanei cmethonum, et quilibet pro annuo censu solvit ...; item ova triginta, item

gallos duos solvunt, item caseos duos, item laborant ducturas faciendo. Item *powabam* non laborant. Item *ossyep* solvunt. Item molendinum est ibi, et solvit duas marcas pro censu. Item taberna est ibi una habens agros, et solvit pro censu unam marcam. Item hortulaniae non sunt. Item post omnes agros solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis... Confinat cum Bidlin, Golyaczow.

Clonow, villa sub parochia ecclesiae de Raczslawicze sita, cuius proprietas et dominium ad monasterium Zwyerzynense pertinet. In qua sunt lanei cmethonum, et quilibet solvit pro annuo censu novem scottos, item ova triginta, item gallos duos item caseos duos solvunt. Item laborant, ducturas faciendo ad monasterium. Item *powabam* faciunt utramque. Item *ossyep* solvunt. Item taberna est ibi una habens agros, et solvit duas sexagenas. Item hortulani. Item molendinum. Item praedium est coenobiale, de quo nulli solvit decimam, sed eam pro se tollit et in horreum suum inducit. Item post omnes agros solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro praebenda Cracoviensi...

Kosczeyow, villa sub parochia ecclesiae de Raczslawicze sita, cuius proprietas et dominium ad monasterium Zwyerzynense pertinet. In qua sunt lanei cmethonum, et quilibet solvit pro annuo censu per tres fertones; item ova triginta, item gallos duos, item caseos duos solvunt; item labor nullus habetur ab ipsis, praeter ducturas, quas faciunt pro monasterio. Item *powabam* laborant utramque, item *ossyep* dant. Item taberna una habens agros, et solvit duas sexagenas pro censu, item hortulaniae quatuor habentes agros, solvunt per unum fertonem pro censu; item molendinum non est. Item praedium est coenobiale, de cuius agris monasterium pro se tollit decimam. Item est ibi scoltetia, quae habet laneos quatuor, et unam hortulaniam. Item post omnes agros solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem, et etiam post laneos scolteti, pro praebenda Cracoviensi, quae vocatur Zakrzowska, et valor eius ad viginti marcas aestimatur.

Sarbye, villa sub parochia ecclesiae de Scarbimiria sita, cuius proprietas et dominium ad monasterium Zwyerzynense pertinet. In qua sunt quindecim lanei cmethonum, et quilibet solvit pro censu annuo tres fertones, item ova triginta, item gallos duos, item caseos duos, item duos grossos ad pernam lardi. Item laborat quilibet unam diem in septimana, sed a festo Sancti Johannis ad Bartholomaei tres dies laborare tenentur. Item *powabam* utramque laborant, quatuor personis et cmethones et tabernator. Item *ossyep* regiae maiestati solvunt. Item taberna est una habens agros, quae solvit duas sexagenas, unum lapidem sepi. Item hortulaniae duae solvunt pro censu per unum fertonem. Item molendinum est ibi, quod solvit unam marcam cum media. Item praedium est ibi coenobiale bonum, quod

de agris suis tollit pro se-decimam. Item post omnes agros solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro monasterio Zwyerzynensi, et valor eius aestimatur ad viginti marcas. Item *iutrzyni* pro vere et aestate arare, arpicare, seminare, metere et conducere tenentur. Confinat cum Scarbimiria, Thampoczol, Brunoczicze, Roszyeow.

Kamyenczycze, villa sub parochia ecclesiae de Kosczelyecz sita, cuius proprietas et dominium ad monasterium Zwyerzynense pertinet. In qua sunt quindecim lanei cmethonum, et quilibet solvit pro censu annuo . . . . . ., item ova triginta, item gallos duos, item caseos duos, item laborant unum diem in septimana, item *powabam* laborant utramque, item *ossyep*. Item taberna una habens agros, et solvit pro censu unam sexagenam. Item hortulaniae duae habentes agros ex praedio, solvunt pro censu . . . . . Item molendinum cum piscina bona est ibi, et solvit . . . . Item praedium est ibi coenobiale, et tam de illis agris praedii, quam tabernae et hortulaniarum, percipit decimam manipularem monasterium Zwyerzynense. Item post omnes agros solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem cmethones villae, pro praebenda Cracoviensi, quae dicitur Boszuthowska, cuius valor ad quindecim marcas.

Polystrasch, villa sub parochia de . . . sita, cuius proprietas ad monasterium Zwyerzynense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit . . . ., item ova, item gallos, item caseos, item labor, item *powabam*, item *osszyep*, item taberna, item hortulani, item molendinum, item praedium. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem.

Chwaczymyech, villa sub parochia de Czirnin, iuxta Vislam, et habens utrumque litus Vislae sita. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu per sedecim grossos de area, item ova triginta, item gallos duos, item caseos duos. Item labores non tenentur, sed mittunt et fluctuant ligna pro monasterio; item *powabam*, item *osszyep*. Item est ibi una taberna habens agros, et solvit . . . Item hortulani non sunt. Item molendinum non est. Item praedium non est. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem, pro praebenda S. Martini in Cracovia, et valor eius aestimatur ad sedecim marcas. Item praefata villa habet bonas sylvas. In terra Zathoriensi. Confinat cum . . .

Krzczaczyn, villa parochialem habens in se ecclesiam, Assumptioni Sanctae Mariae Virginis dicatam; cuius proprietas ad monasterium Zwyerzynense pertinet. In qua sunt viginti quatuor lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu per medium florenum, item ova quindecim, item gallos quatuor; item caseos non dant; item laborant ducendo frumenta decimae in Cracoviam in forum. Item *powabam* non laborant. Item *osszyep* duos choros

avenae, mensurae Zathoriensis planae. Item est ibi taberna una habens agros, et solvit pro censu quatuor marcas. Item hortulania una, de qua tenetur equitare cum litteris, et sedecim grossos communis. Item molendinum bonum, quod solvit ... Item ibi est praedium bonum coenobiale in praedicta villa, de quo monasterium pro se decimam tollit. Item plebanus habet proprios agros liberos. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem, et canapalem per quatuor ierugas, pro ecclesia parochiali ibidem in Krzczaczin, et valor eius aestimatur ad viginti marcas. Item habet, praefata villa bonas sylvas et prata. Item ecclesiae et plebano pro *meszne* solvunt quilibet de laneo unam mensuram siliginis, aliam avenae confertam. Confinat cum Zelyczin et Borek et Sosznowycze.

Item dux habet ibi ius supremum, de quo solvitur duci, unus chorus avenae mensurae confertae, et duo galli de quolibet laneo, et quinque marcae cum uno fertone communis pecuniae. Item sunt ibi sex piscinae, duae parvae et quatuor maiores. In terra Zathoriensi.

Rogow, villa sub parochia de Mucharz sita, cuius proprietas ad proprietatem monasterii Zwyerzynênsis pertinet. In qua sunt lanei cmethonales et quilibet solvit ..., item ova, item gallos, item caseos, item labor, item *powabam*, item *osszyep*, item taberna una ibi habens agros, item hortulani, item molendinum, item praedium. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem ... Habet praefata villa utramque ripam fluminis Skawina, habens prata et sylvas. In terra Zathoriensi.

Mucharz, villa ex lapide fabricatam parochialem ecclesiam habens in se, Nativitati Sanctae Mariae dicatam, cuius dominium ad proprietatem monasterii Zwyerzynensis pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu per sedecim grossos, item ova triginta, item gallos duos item caseos duos. Item laborant, prata falcastrant, et ducturas pro monasterio faciunt. Item *powabam*, item *ossyep*; item taberna non est ibi. Item quilibet de laneo solvit plebano de missalibus duos choros avenae confertae. Item plebanus habet duos laneos liberos pro suo praedio. Item hortulaniae non sunt. Item molendinum non est. Item praedium non est ibi coenobiale aliquod. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro ecclesia parochiali ibidem in Mucharz, et valor eius aestimatur ad sex marcas; canapalem autem decimam solvit, iuxta quantitatem pecorum arantium; nam si arat quatuor bobus, aut quatuor equis, solvit octo ierugas, si autem duobus, solvit quatuor, si autem uno, solvit duas ierugas et de amplioribus non tenetur. Confinat cum Skawcze, Zagorze.

Grodzysko, villa sub parochia de Zathor oppido sita, cuius dominium ad monasterium Zwyerzynense pertinet. In qua sunt octo lanei

cmethonum et quilibet pro annuo censu solvit quindecim grossos latorum grossorum, item ova per quindecim solvunt, item gallos duos, item caseos non dant. Item laborant quilibet cmetho ratione *murgi* seu *iutrzyny* sex sulcos, alias *zagony* arat, disponit, seminat. Item *powabam* non laborant. Item *ossyep* non solvunt. Item taberna non est. Item hortulaniae non sunt. Item molendinum non est. Item praedium est, de cuius agris monasterium non solvit alicui decimam, sed pro se eam tollit monasterium. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem, pro monasterio Szwyerzynensi, et valor eius aestimatur ad decem marcas. Item mons altus petrosus imminet villae praefatae, in quo olim arx fortis muro et lapide albo fabricata habebatur, qua diruta, oppidum Z a t h o r muratum est, a quo et villa nuncupationem accepit. In terra Zathoriensi. Confinat cum B a c h o w y c z e, L a s z k o w y c z e, R u d a.

Grodzecz, villa ligneam parochialem ecclesiam habens in se, cuius proprietas ad monasterium Z w y e r z y n y e c z pertinet. In qua sunt octuaginta lanei cmethonales et quilibet solvit pro censu . . ., item ova triginta, item caseos duos, item gallos duos, item labor, item *powabam*, item *ossyep*, item taberna item hortulani; item molendinum non est. Item praedium est ibi coenobiale, de cuius agris solvitur decima manipularis, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Item post omnes agros villae solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis...Item ecclesia de G r o d z e c z et plebanus, habent ibi agros proprios speciales, pro suo praedio et necessitate. Haec villa in terra Szewyeriensi posita, asseritur esse data monasterio Zwyerzynensi per ducem Thesznensem, cum omni iure ducali, pro decimis manipularibus, videlicet: L a g i s z a, S t r z e s z o w i c z e, W o y k o w i c z e, N o v a v i l l a, S z a n c z o w, D o b y e s l a w i c z e, P y r z o w i c z e, D a m b y e, M y s z k o w i c z e, G o r a, G a w s z i c z e, T h o m k o w i c z e.

Przegorzal, villa sub parochia de Z w y e r z y n y e c z sita, cuius proprietas ad monasterium Zwyerzynense pertinet. In una parte sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit . . ., item ova, item gallos, item caseos, item labor, item *powabam*, item *ossyep;* item taberna est ibi coenobialis, habens agros et prata in haereditate Z w y e r z y n y e c z, item hortulani, item praedium, item molendinum. Item maiorem partem et medietatem villae praefatae, habet plebanus mediae partis domus ligneae Omnium Sanctorum. In qua praedium, quatuor hortulani habentes certas pecies agrorum et prata bona et quilibet solvit viginti grossos, viginti ova, duos capones, duos caseos, et unum diem quilibet laborat in septimana, quidquid sibi mandatur. Item lacus optimus, ubi olim fluebat V i s l a et superiorem partem laci habet monasterium de Z w y e r z y n y e c z, inferiorem Jacobus, mediam in quo duo stadia alias duo *thami*, Omnium Sanctorum plebanus; ad piscandum autem pisces

tenentur ire omnes quatuor hortulani, praeter diem. Item post omnes agros villae, tam ad plebanum Omnium Sanctorum, quam monasterium Zwyerzynense et Jacobum de Conyeczpolye pertinentes, de praediis, tabernis, hortulaniis, solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro plebano Omnium Sanctorum, et plebanus de praedio decimam pro se tollit, et valor eius ad quindecim marcas. Item medietas villae pertinet ad Jacobum de Conyeczpolye, qui habet ibi ......; item unus laneus ad clericaturam Sancti Michaelis, qui solvit duas marcas pro censu, et decimam manipularem etiam clerico solvit, valoris unius marcae. Confinat cum Zwyerzynyecz et Byelyani.

Byelany, villa sub parochia ecclesiae de Zwyerzynyecz sita, cuius proprietas ad monasterium Zwyerzynense quantum ad unum laneum et unam hortulaniam, quantum vero ad laneos cmethonales, tabernam, praedium, hortulanias quinque, molendinum, ad Nicolaum Zarogowsky consulem Cracoviensem, nobilem de domo Ostoya pertinet. In qua sunt duo tantummodo monasterii lanei cmethonales, et quilibet solvit unam sexagenam; item ova triginta, item gallos duos, item caseos duos, item laborant quilibet unum diem in septimana, proprio curru aut aratro; item *powabam* utramque laborant. Item *ossyep* solvit quilibet. Item taberna una habens agros, ad Nicolaum Zagorowsky pertinens, quae solvit septem fertones. Item hortulaniae quinque habentes agros pertinentes ad Nicolaum Zarogowsky, et solvunt mediam marcam. Item molendinum unum Nicolai Zarogowsky. Item praedium est optimum ibi cum pratis multis Nicolai Zarogowsky, de quo decimatur ecclesiae Omnium Sanctorum. Item post omnes agros cmethonales, praediales, tabernarum et hortulaniarum praepositi Zwyerzynensis solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro plebania Omnium Sanctorum partis ligneae, cuius valor ad duodecim marcas aestimatur. Item hortulania una monasterii, quae solvit mediam marcam. Confinat cum Szmyerdzacza, Przegorzyal, Chelm et Chelmska Wolya, et sunt inter villas ipsas scopuli et signa pro limitibus perpetuis. Item Nicolaus Zarogowsky habet ibi praedium optimum, duos laneos cmethonales, et quilibet solvit unam sexagenam et unum diem in septimana proprio curru aut aratro laborat.

Czathkowicze, villa sub parochia de Crzyesszowicze sita, cuius proprietas ad monasterium Zwyerzynense pertinet. In qua sunt septem lanei cmethonum, et quilibet solvit unam marcam, octo grossos, item ova triginta, item gallos duos, item caseos duos, item laborant *iutrzyny*, arando, serendo, metendo. Item *powabam* laborant utramque pro vere et hyeme. Item *ossyep* non solvunt. Item taberna una monasterii habens agros, et solvit pro censu tres fertones. Item hortulaniae monasterii non sunt. Item molendinum unum

monasterii habens agros, et solvit pro censu septem fertones. Item praedium coenobiale non est ibi. Item post omnes agros villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem, pro ecclesia parochiali in Crzesszowicze, et valor eius aestimatur ad septem marcas. Item est ibi alius haeres Nicolaus Paczolthowsky de armis Bippennium, habet ibi unum praedium militare et duas hortulanias, de quibus omnibus solvitur decima manipularis ecclesiae in Crzesszowicze.

Gardlycza, villa sub parochia de Zyelyonky sita, cuius proprietas ad monasterium Zwerzynense olim pertinebat. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu tres fertones; item ova triginta, item gallos duos; item caseos non dant. Item laborat quilibet de laneo unum diem in septimana, proprio curru aut aratro. Item *ossyep* non solvunt. Item *powabam*. Item molendinum in flumine Gardlicza, habens agros, quod solvit pro censu duas marcas. Item praedium est ibi, de cuius agris non solvitur alicui decima. Item post omnes agros villae solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro vicaria praebendae Cracoviensis, quae vocatur Naazowska, et aestimatur ad quatuor marcas. Item villam praefatam Theodorus praepositus et Maria Magistra et conventus Zwyerzynensis venditione perpetua et irrevocabili anno Domini 1263. tertio nonas Aprilis, capitulo Cracoviensi de assensu Prandothae episcopi, pro triginta tribus marcis argenti examinati vendiderunt, et ab illo tempore villa illa in ditione capituli consistit.

Mons ante Cracoviam, cum ecclesia Sancti Benedicti.

Habebat quondam monasterium Zwyerzynense in sua proprietate et ditione montem petrosum ante Cracoviam, et ecclesiam lapideam Sancti Benedicti in eo sitam, cum eius proventibus; processu tamen temporis, mons ipse vel pretio, vel cambio, vel nescio qua alia causa, in civitatis Cracoviensis venit ditionem, et in eius hactenus consistit potestate. Ex illo quoque omnis materia cementi et lapidum sumitur, ad suscitandas novas fabricas ex muro in civitate Cracoviensi; ecclesia insuper S. Benedicti in ea consistens abstracta et alienata est a monasterio Zwyerzynensi, et proprietas illius, iuspatronatus, atque in ....

Plaschow, villa sub parochia ecclesiae de Corpore Christi in Casimiria sita, cuius proprietas ex integro olim ex fundatione primaria, ad monasterium Zwyerzynense pertinebat; sed vel pretio vendita est, vel pro alia haereditate vel censu cambita, nec habet eam hactenus monasterium Zwyerzynense, sed proprietas eius atque dominium, pleno et integro iure ad serenissimum Poloniae regem pervenit. Habet autem praefata villa optima prata, sylvas et stagna iuxta Wislam sita. Item non sunt in eadem

villa aliqui lanei cmethonales dimensurati, sed solum arvorum pecies. Item praedium. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro vicaria praebendae Cracoviensis, quae .....

Sartago, quae Ceran vulgariter dicitur in Szyczina. Item monasterium Szwyerzynense in primaeva sui fundatione habebat puteum salis, seu sartaginem in villa Szydzina prope Wyeliczkam sitam, et sartago huiusmodi vulgari appellatione Czyeran appellabatur, et habebat monasterium Zwyerzynense ex huiusmodi sartagine notabiles commoditates et proventus. Verum cum processu temporis fontes salis in Szydzina siccati fuissent, etiam praefata sartago a monasterio Zwyerzynensi disperiit.

Curzelow, villa sub parochia de Skawina sita, cuius proprietas ad monasterium Zwyerzynense pertinet. In qua est unus tantum laneus cmethonalis et qui solvit ...., item ova solvit triginta, item gallos duos solvit, item caseos duos, item labor, item *powabam*, item *osszyep*; item taberna, item hortulani; item praedium coenobiale non est in eadem villa, item molendinum non est in eadem villa. Item de omnibus agris villae solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro vicaria praebendae Cracoviensis, quae vocatur Boeszuthowska, et valor eius aestimatur ad tres marcas, aliquando ad quinque marcas.

.... villa sub parochia de ..... sita, cuius proprietas ad monasterium Zwyerzynense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit ...., item ova, item gallos, item caseos, item labor, item *powabam*, item *ossyep*. Item post omnes agros villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem.......

Skowyszin, villa iuxta Vislam fluvium sita. In qua quondam fuit cella Zwerzynensis monasterii, et ecclesia lignea, in qua fratres monasterii de Zwyerzynyecz ordinis praemonstratensis habitabant; sed villa praefata et a monasterio Zwyerzynensi abstracta et alienata est, et in desolationem atque ditionem regiam redacta. Est tamen illic et in hanc diem oratorium, sub honore Johannis Baptistae dicatum, ad quod popularium et vicinorum pro die Sancti Johannis Baptistae iuxta vetustum et priscum morem, pro celebritate et indulgentiis illius diei, maximus fit concursus. Est etiam in loco praedictae villae campus magnus, in quo est praedium regium, ad castrum Casimiriense regium pertinens, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Kazimirz.

Wyetrzna gora, villa sub parochia de Skowyszin olim sita, cuius dominium ad monasterium Zwerzynense et ad cellam de Skowyszin pertinebat; sed abstracta est et alienata a monasterio, et in ditionem regiam redacta, et oppidum Kazimirz in ea locatum est, et ecclesia parochialis

fundata et muro fabricata, cui de omnibus agris oppidanorum solvitur decima manipularis; fluvius autem, seu torrens Grodecz apud Skowiszyn consurgens, iuxta oppidum Kazimirz decurrit, et illic in Wislam exoneratur.

KRAMPA, villa, quae quondam ad monasterium Zwerzynense et ad cellam Skowyszin pertinebat; sed nunc in ditionem regiam redacta est, et iure parochiali pertinet ad ecclesiam in Kazimirz, cui et decimam manipularem post omnes agros solvit. Est tamen illic specialis ecclesia lignea, ecclesiae parochiali in Kazimirz unita, quam plebanus de Kazimirz iure suo administrat.

WOYSCHIN, villa sub parochia ecclesiae de Kazimirz sita, cuius proprietas quondam ad monasterium Zwyerzynense et ad cellam Skowiszin pertinebat; sed redacta fuit in ditionem regiam, et advocato Kazimiriensi pro eius advocatia donata, in cuius ditione etiam nunc consistit, et de omnibus agris praedialibus et cmethonibus et quibuscumque aliis, solvit decimam manipularem in Kazimirz.

RZECZYCZA, villa sub parochia ecclesiae de Kazimirz sita, quae quondam ad monasterium Zwerzynense et ad cellam Skowiszyn pertinebat, nunc autem in ditionem regiam redacta est, et pertinet ad castrum Kazimirz, et alienata est a monasterio Zwerzynensi, et solvunt omnes agri villae decimam manipularem plebano in Kazimirz, cuius valor aestimatur ad viginti marcas.

JAWORZECZ, villa ad monasterium Zwerzynense, et ad cellam de Skowiszin pertinens, quae hactenus non est in rerum natura, sed praesumptione verisimili creditur, quod per Vislae ingluviem et alluvionem devorata et absorpta est.

JAKSZYCZE, ...

Decimae manipulares monasterii Zwyerzinensis.

LAGISZA, villa episcopalis sub parochia de Schyewior, in qua triginta tres lanei, et de quolibet solvuntur laneo pro decima et pro episcopo sex grossi lati. Scoltetus ibi, qui habet septem laneos, et de quolibet solvit pro ecclesia in Grodzecz pro decima, octo grossos latos. Summa quatuor marcae latorum grossorum.

STRZESZOWICZE, villa episcopalis, sub parochia de Schyewior, in qua septem lanei, de quibus omnibus decima manipularis pro episcopo et canapalis, cuius valor aestimatur ad duas marcas.

WOYKOWYCZE, villa episcopalis, sub parochia de Schyewior, in qua quatuordecim lanei, et quilibet pro decima pecuniali solvit pro episcopo

unum fertonem latorum grossorum; summa quatuor cum media marcae latorum grossorum.

Nova villa, villa episcopalis, sub parochia de . . . . ., in qua decem lanei, et de omnibus decima manipularis pro episcopo Cracoviensi, et canapalis; cuius valor aestimatur ad quatuor marcas.

Sanczow, villa Mathiae et Derslai fratrum, sub parochia de . . . . sita. In qua lanei cmethonales . . . ., de quibus omnibus pro episcopo Cracoviensi decima manipularis et canapalis, cuius valor aestimatur ad quatuor marcas.

Dobyeslawycze, villa Johannis Felix Tarnowsky, sub parochia de . . . . . . sita, in qua sunt quatuordecim lanei, et quilibet solvit pro episcopo Cracoviensi decimam pecunialem, per sex grossos latorum de laneo, cuius summa facit septem fertones latorum grossorum.

Pyrzowycze, villa Johannis Felix Tarnowsky, sub parochia de . . . sita. In qua duodecim lanei, et quilibet solvit pro episcopo Cracoviensi decimam pecunialem, per sex grossos de laneo latorum; cuius summa facit unam marcam cum dimidia.

Dambye, villa nobilium Nicolai iudicis, Macz, Imbyerth et Golanszky. In qua sex lanei cmethonales, de quibus alternatis annis solvitur decima manipularis et canapalis, et uno anno percipit eam episcopatus Cracoviensis, altero ecclesia de Czyelyadz, cuius valor ad unam marcam.

Myszkowicze, villa . . . . . Sadowsky, sub parochia de . . . . . . sita. In qua decem lanei cmethonales, de quibus omnibus pro episcopo Cracoviensi solvitur decima manipularis et canapalis, cuius valor ad quatuor marcas.

Gora, villa Mathiae Ugyezdsky, Nicolai et Petri Rogozowye, sub parochia de . . . . . sita. In qua sunt sex lanei, de quibus omnibus pro episcopo Cracoviensi solvitur decima manipularis et canapalis, cuius summa ad mediam marcam.

Gawszycze, villa Johannis Szestrzenyecz et Mathiae Mokrzsky, sub parochia de . . . . sita. In qua sunt octo lanei, et de omnibus pro episcopo Cracoviensi solvitur decima manipularis et canapalis, cuius summa ad unam marcam.

Thomkowycze, villa Johannis Felix Tarnowsky, sub parochia de . . . . . . sita. In qua sunt sedecim lanei cmethonales, et quilibet solvit episcopo Cracoviensi decimam pecunialem de laneo per sex grossos latorum grossorum; summa facit duas marcas latorum grossorum.

Omnes decimas in hoc folio notatas, tam manipulares, quam pecuniales, fertur monasterium Zwyerzinense in dotem perpetuam habuisse; sed

prisci duces Theschnenses non valentes absque illis castrum Schyewyor conservare, monasterio Zwyerzinensi per villam ducalem Grodzecz contentato, illas pro se usurpaverunt et tenuerunt annis multis, quas Sbigneus cardinalis et episcopus Cracoviensis, ducatu Schevieriensi apud Venczeslaum ducem Theschnensem, pro sex millibus marcarum latorum grossorum anno Domini 1444. pro ecclesia Cracoviensi coempto, etiam praefatas decimas simul cum ducatu coemens, ipsas suo episcopatui reunivit.

Decimae manipulares et granales monasterii Zwyerzynensis: Olszenicza, Bibycze, Lubocza, Sarbye, Kamyenczycze.

CHEBDOVIENSE

monasterium ordinis praemonstratensis, in dioecesi Cracoviensi consistens.

Praemonstratensi ordine famam suae religionis celebrem per plura christianitatis climata longe lateque spargente, dum illius quoque nomen insigne apud regnum Poloniae haberetur, et in locis aliquot regni eiusdem, videlicet apud Cracoviam in ferarum villa, quae Zwyerzinyecz appellatur, et in Dlubnya in vico, qui Immramowycze hactenus invenit vocabulum, in dioecesi Cracoviensi, et in suburbiis civitatis Vratislaviensis, ad Sanctum Vincentium martyrem, et iuxta oppidum Strzelno, in dioecesi Cruszwycensi, quae Vladislaviensis alias Kuiaviensis intitulatur, coenobia virorum et foeminarum fuissent notabilia fundata, dotata et instituta, procerum et militum regni Poloniae ardore, munificentia et devotione, quorum in hodiernum diem propitia divinitate, et fundatio et dotatio in laudem Omnipotentis Dei et suae genitricis virginis Mariae, cui religio ipsa principaliter dicata dinoscitur, perseverat, plerosque milites et proceres praefati regni Poloniae in dioecesi Cracoviensi constitutos, et praesertim proceres et milites de armis et familia ...... cupido et fervor devotionis incessit, ut et ipsi claustrum in aliquo loco apto, religioni praefatae construerent, de bonisque suis haereditariis dotarent. In effectum itaque sui propositi devotionem deducturi, et zelum, quem in decus divinitati et coeli Reginae impensuros se devoverant, impleturi, anno Domini millesimo ..... monasterium virorum ordinis praefati praemonstratensis ad fluenta Vislae, iuxta oppidum Brzesko, quod pro ea tempestate famosum existens, specialem castellaniam sive districtum specialem, etiam habens castellanum, efficiebat, in loco et abstracto et uberi gleba foecundo, flumineque Visla et paludibus in circuitu amoenato, quinque milliaribus ab urbe Cracoviensi distante,

sub honore et titulo Sancti ...., de consensu et speciali licentia Ivonis de Konszke tunc episcopi Cracoviensis, nobilitatem ex familia Odrowansch ducentis, constituunt, dotant et fundant; cui et praefatum oppidum Brzesko, et haereditates plerasque vicinas et proximas, perpetua et irrevocabili donatione, nihil sibi proprietatis aut iuris in eis reservando, inscribunt et donant. Et quo amplior dos eidem monasterio accederet, proventus omnes, decimas et obventiones, quas ecclesia parochialis in Brzesko percipere solebat, ipsi novo monasterio, relicta aliquali tenui tamen quantitate, quae plebanum in Brzesko curam animarum gesturum, et eius ministros sustinere posset, attribuunt. Cooperatus est autem ad praefati monasterii Brzeschensis fundationem, liberali solatio atque ope, praefatus Ivo Cracoviensis episcopus, qui et praefato monasterio donationem aliquarum decimarum manipularium de mensa sua episcopali, et consensu capitularium Cracoviensium fecit, et ecclesiae parochialis in Brzesko decimas, redditus, eidem uniri et incorporari consensit, praefatumque monasterium in Brzesko abbatiali honore et infulae atque bacculi abbatialis dignitate et praeminentia insignivit; constituens, ut singula alia ordinis eiusdem monasteria in dioecesi Cracoviensi consistentia, eidem monasterio in Brzesko et eius abbati pro tempore, perpetuo forent in his, quae religionem concernunt, subiecta. Quibus omnibus decoris praerogativis, monasterium Brzeszense et eius abbates favore divino in eam diem usi sunt, et hactenus utuntur, in futurum etiam tempus per clementiam divinam usuri, praesertim, cum summi pontifices Romani loco illi et monasterio, et vetera priscaque iura confirmaverint, et nova de potestatis plenitudine adiecerint, concedendo praefato Brzeschensi monasterio et eius abbati amplas libertates, exemptiones et singularia privilegia, et abbati Brzeschensi eiusque successoribus in regnis Poloniae, Hungariae, Bohemiae et circariis eius, conferendo patris abbatis praeminentiam et dignitatem, quam exercendo eaque utendo, omnem suo ordinario Cracoviensi praestent, praestareque accurate studeant subiectionem et obedientiam, ne in laqueum et periculum recidant, in quod Nicolaus de Busko oppido abbas praefati monasterii, sub aetate mea conciderat, quem Sbigneus episcopus Cracoviensis, et expost Sanctae Romanae ecclesiae tituli Sanctae Priscae praesbyter cardinalis, suis iustis mandatis calcitrantem et ab obedientia ordinaria per exemptiones se extrahentem, tempore Eugenii IV in auditorio apostolico anno Domini 1437 victum et expost captum, in carcerali compede et in fundo turris castri Lyppowyecz, anno plus quam uno vinctum tenuerat, et nonnisi emendatum dimiserat. Sed iam nos postea, quae tanto repetivimus principio, ad descriptionem bonorum et introituum, quae et quos praefatum monasterium Brzeschense in temporalibus obtinet, accedamus.

Brzesko, monasterium, in loco uberi et amoeno, quem Visla fluvius iuxta defluens placidiorem et amoeniorem reddit, situm, cuius ecclesia ex latere cocto fabricata est, officinas tamen monasterii habet ligneas, quamvis possent etiam ex latere vel petra murales murari, ecclesia autem monasterii .... Item habet monasteriium iuxta se praedium optimum, in tres campos divisum, de cuius agris nulli solvit decimam manipularem, sed eam pro se tollit, et in horreum suum inducit.

Brzesko, oppidum ad fluenta Vislae situm, habens in se parochialem ecclesiam ligneam, cuius proprietas et plenum dominium pertinet ad abbatem et monasterium Brzeszense. In qua sunt quadraginta lanei oppidanorum, et quilibet solvit pro censu monasterio, agros enim strictiores habent, novem scottos, item triginta ova, item duos gallos, item duos caseos; item labores aliquos non faciunt, item *powabam* non laborant, item *ossyep*. Item decimam in grano omnes lanei solvunt et conducunt pro monasterio in Brzesko, et quilibet de laneo solvit quatuor tritici, quatuor siliginis et quatuor avenae mensuras aequales. Item ecclesia in Brzeszko habet unum laneum minus quarta pro praedio suo, solvit tamen de eo decimam granariam in *gonithwam* cum aliis oppidanis, pro monasterio. Item est ibi advocatia, quam nunc tenet Raphael Rithersky de domo Bippennium, quae habet quinque laneos liberos, de quibus solvit decimam manipularem pro ecclesia in Brzeszko. Item molendinum in flumine Vislae, quod solvit pro monasterio metretas. Item aliud molendinum etiam in flumine Visla advocati, quod solvit pro advocato brasea. Confinat cum antiqua Brzeszko, Rudno, Groblya.

Gonow, villa sub parochia Scarbimiriensi sita, cuius proprietas ad monasterium Brzeszense pertinet. In qua sunt decem et septem lanei cmethonales, et quilibet solvit mediam sexagenam, item triginta ova, item duos gallos, item duos caseos; item laborant *iutrzyny;* item *powabam* non faciunt, item *osszyep*. Item duae tabernae habentes agros, una monasterii, solvit mediam alteram marcam, altera scolteti, quae solvit ..... Item duae hortulaniae habentes agros, quae solvunt monasterio unum fertonem et unum diem laborant. Item est ibi praedium coenobiale bonum, de cuius agris monasterium pro se tollit decimam. Item est ibi scoltetia habens quatuor laneos liberos. Item de omnibus agris tam cmethonalibus, quam scoltetialibus tabernarum et hortulaniarum, solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis villae praefatae, pro praebenda Cracoviensi, quae Gonowska intitulatur, et valor eius aestimatur ad triginta marcas.

Mysszow, villa sub parochia de Antiqua Brzesko sita. In qua sunt tantummodo quatuor lanei cmethonales, item duae hortulaniae habentes agros, quorum omnium proprietas pertinet ad monasterium in Brzesko,

et quilibet cmetho de laneo solvit . . . . . ., item triginta ova, item duos gallos, item duos caseos; item laborant unum diem in septimana, item *powabam* laborant, item *osszyep*. Item est ibi taberna una habens agros, sed haec ad Johannem Plesszowsky pertinet. Item etiam unus laneus cmethonalis etiam ad praefatum Pleschowsky pertinens, et de taberna et de uno laneo praefatis, datur decima manipularis in Antiqua Brzesko. Item hortulania una habens agros, solvit sex grossos et unum diem. Item est ibi praedium coenobiale, de cuius agris tollit decimam monasterium in Brzesko. Item omnes agri cmethonales et hortulaniarum monasterii solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem archidiaconatui Cracoviensi, et valor eius ad octo marcas. Item sunt ibi quinque curiae nobilium, habentes agros praediales, de quibus solvitur decima plebano in Brzesko. Item est ibi molendinum coenobiale habens agros, quod solvit monasterio duodecim marcas et decimam reddit. Confinat cum Kowalye, Pyekary, Brzeszko.

Lankanowicze, villa sub parochia de Nova Brzeszko sita, cuius proprietas ad monasterium in Brzesko pertinet. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, et quilibet pro annuo censu solvit unam marcam, item ova viginti, item gallum unum, item caseum unum, item laborant unum diem, item laborant *powabam*, item *ossyep*, item taberna non est, item hortulaniae duae habentes agros, et quaelibet solvit sex grossos et laborat unum diem. Item est ibi unum praedium coenobiale, de cuius agris solvitur decima manipularis monasterio in Brzesko. Item molendinum non est. Item post omnes agros solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio in Brzesko. Confinat cum Rudno, Wawrzinczicze, Brzeszko.

Chebdow, villa sub parochia ecclesiae de Nova Brzeszko sita, cuius proprietas ad monasterium de Brzesko pertinet. In qua sunt lanei cmethonales septem, et quilibet pro censu solvit octo grossos, item ova quindecim; item gallos non solvunt, item caseos non solvunt. Item laborant omnia, quae ad necessitatem monasterii pertinent, et vocantur *nathonniczi*. Item *powabam* non laborant, item *ossyep* non solvunt. Item tabernae non sunt, item hortulaniae non sunt. Item molendinum in Visla, et metretas solvit. Item est ibi unicum praedium coenobiale, de cuius agris solvitur decima manipularis. Item post omnes agros cmethonales solvitur et conducitur decima manipularis monasterio in Brzeszko.

Drewnya, villa sub parochia de Mikluszowicze sita, cuius proprietas ad monasterium de Brzesko pertinet. In qua sunt quinque lanei sanctuarii monasterio praefato in Brzesko deservientes die et nocte, et solvunt pro monasterio quinque urnas mellis crudi. Item non laborant, item

non dant *osszyep*, item non faciunt *pgwabam*. Item omnes lanei et agri solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro archidiaconatu Cracoviensi. Confinat cum Klay, Dzewin.

Gruschow, villa sub parochia de Antiqua Brzesko sita, cuius proprietas pro una parte maiori pertinet ad monasterium in Brzesko. In qua sunt novem lanei cmethonales, et quilibet solvit mediam marcam, item triginta ova, item duos gallos, item duos caseos. Item laborant unum diem in septimana, item *powabam* laborant, item *ossyep* solvunt. Item est ibi una taberna coenobialis habens amplos agros, et solvit tres marcas. Item duae hortulaniae coenobiales etiam habentes agros, et solvunt. Item praedium coenobiale non est ibi. Item altera pars villae pertinet ad Urbanum Lapka, qui habet ibi duos laneos cmethonales. Item de omnibus laneis cmethonalibus, tabernis et hortulaniis, solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro archidiaconatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad viginti marcas. Tertia pars villae pertinet ad Pyanthkam, qui solummodo habet ibi praedium, cuius decima vaga est. Item est ager cmethonalis dictus Schadek, in agris praedialibus coenobii locatus, qui de sex stadiis decimat monasterio, de residuo, archidiaconatui Cracoviensi. Confinat cum Kuchary, Plawowicze.

Decimae manipulares monasterii Brzesko.

Lankanowicze, villa sub parochia de Nova Brzeschko sita, cuius proprietas ad monasterium in Antiqua Brzeszko pertinet. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, item duae hortulaniae habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis monasterio in Antiqua Brzeschko, et valor eius aestimatur ad quinque marcas. Item est ibi praedium coenobiale, de quo non solvit decimam alicui, sed eam pro se tollit et in horreum inducit.

Kowalye, villa sub parochia de Zamboczin sita, cuius Stanislaus Schidlowyeczsky de armis Odrowansch, propter uxorem haeres. In qua sunt tredecim lanei cmethonales, et de omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio in Brzeszko, et valor eius aestimatur ad tredecim marcas. Item tabernae duae habentes agros, et solvunt decimam monasterio in *gonithwam*. Item hortulaniae quatuor habentes agros, et solvunt decimam Brzeschensi monasterio in *gonithwam*. Item praedium est ibi unum militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali et plebano in Zamboczin. Molendinum non est.

Pyotrkowycze, villa sub parochia de Nyegardow sita, cuius proprietas ad nobilem Spitkonem de Melsthin nobilem de armis Leliwa

pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et de omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio in Brzesko, et valor eius aestimatur ad viginti marcas. Item taberna, item hortulani, item praedium est ibi unicum militare, de cuius agris solvitur decima manipularis...

Poborowicze, villa parochialem ecclesiam habens in se, cuius proprietas ad ... de armis Stary Kon pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et de omnibus solvitur decima manipularis et canapalis pro monasterio in Brzesko, et valor eius aestimatur ad .... Item taberna, item hortulani, item praedium.

Spithari, villa sub parochia de Antiqua Brzeschko sita, cuius proprietas et dominium ad monasterium Sanctimonialium de Zwyerzynyecz pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et de omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio in Brzeszko. Item taberna, item hortulani, item praedium est coenobiale.

Rudno, villa sub parochia ecclesiae de Poborowicze sita, cuius haeredes Stanislaus et Johannes de Wronin nobiles de armis ...

Sarbye, villa sub parochia Scarbimiriensi sita, cuius proprietas et dominium ad monasterium Sanctimonialium in Zwyerzynyecz pertinet. In qua sunt undecim lanei cmethonales, item una taberna habens agros, item hortulaniae; de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio in Brzeschko, et valor eius aestimatur ad viginti marcas. Item est ibi praedium coenobiale de Zwyerzynyecz, quod non solvit alicui decimam manipularem, sed eam monasterium Zwyerzynense pro se tollit.

SANDECZENSE

monasterium ordinis praemonstratensis in dioecesi Cracoviensi.

Vladislaus secundus natione Lithvanus, Poloniae rex, cum post derelictos gentilitatis caliginis errores, lumen sacrae fidei et religionis orthodoxae in pectore eius refulsisset, plures in curia sua regali tenebat viros doctos, eruditos, religiosos et exemplares, qui praedicatione sua et doctrina, tam ipsum regem, quam milites suos et omnem curiam suam sacris imbuebant assidue praeceptionibus et monitis. Accesserant insuper regem praefatum, fervore devotionis in Deum et religionem suam fulgentem, plures ex Bohemia et Pragensi studio insignes doctores et viri, et pene totius illius

universitatis doctissimorum hominum flos, decus et nervus, qui regno Bohemiae et civitate Pragensi in labem haereseos Viclefisticam, pluresque alias abominandas pestes et errores, in quibus et hactenus maior pars illius gentis nationis persistit, ruente, de Bohemia et Praga, omnibus beneficiis rebus et substantiis nudati, expulsi, ad pium et Christianissimum regem, cum ubique terrarum, propter solius idiomatis slavonici sive Bohemici livorem et odium, se scirent invisos et exosos, passim se singuli conferebant. Apud quem multifariis calamitatibus afflicti, tutum et optatum offendebant receptaculum, clementissimus enim rex, pia gerens super universis ad illum confugientibus pietatis viscera, unicuique illorum, qualificatione et conditione personarum pensata, et ex substantia de fisco regio, et de beneficiis notabilibus ecclesiasticis munifice providebat. Erat inter alios eruditos et exemplares viros, de Bohemia propter fidem exiliatos, vir quidam magister Johannes de Praga Sacrae Theologiae professor famosus, frater ordinis praemonstratensis ex monasterio ... supra Pragam sito, cuius cum ecclesiam et monasterii officinas, sumptuose muro pulcherrimo et magnifico fabricatas, Bohemorum haereticorum vesana rabies usque ad solum ruinando, singula evertissent, et quo celerius ruinatio loci illius proveniret, ruinatores solario grandi provocassent; quam ruinationem nos quoque oculis propriis frequenter contemplabamur, admirando, imo stupendo Bohemorum mentes, ad illa nefanda dementiae studia divertisse; praefatus magister Johannes non habens locum, in quo tute requiesceret pes eius, et intelligens, aliorum regnorum catholicorum tecta, singulis Bohemis etiam bonis obstricta et parum tuta fore, ad praefatum Vladislaum Secundum Poloniae regem fama clementiae eius audita, se contulit. A quo quum benignius quam speraverat et exceptus et provisus esset, curiam eius assidue una quadriga contentus, ubique sequebatur, praedicationi regiae magno studio, magnaque cura, gratum enim habebat apud regem et polonos, blandumque eloquium, intentus; et tam regem, quam milites, mira eruditione et abstinentia, vitaque non vulgari, cum per annos plures, quibus in curia regis conversabatur, abstinendo ab esu carnium, notabiliter aedificabat. Cuius extant apud nos duo opera, linea videlicet salutis, et exemplar salutis, quibus serviens de tempore et de sanctis, pulchro compendio comprehenduntur, ab eo, dum apud regnum Poloniae ageret, singulari scemate compilata. Hunc cum Vladislaus Poloniae rex praefatus, singulari favore diligeret, et illum pro praedicatore et confessore suo annis pluribus teneret, et audito eo multa faceret, etiam ad petitionem suam monasterium ordinis praemonstratensis anno Domini 1410. in oppido Nova Sandecz fundavit, et ex regiis dotavit proventibus, praediis atque villis, quod etiam abbatiali honore et praeeminentia infulae procuravit insigniri. Primusque dicti monasterii praefatus Magister Johannes

de Praga fuit abbas, subiciens praefato monasterio et uniens hospitale infirmorum in Sandecz, et curam egenorum abbati pro tempore annectens, et bona in dotem monasterio a se data maximis praerogativis liberans. Observabatur autem sub regimine praefati magistri Johannis de Praga, in dicto Sandeczensi monasterio, religionis praemonstratensis districtio, nec licebat fratribus carnium usus. Quo recedente, etiam cessavit districtio; arctiorem enim desiderans vitam, in monasterium camaldulensium se et illic annis pluribus militavit; vocavit sacrum Basiliense consilium pro reductione Bohemorum haereticorum congregatum, eius opere usurum, ipsum ad se, per litteras quarum exemplar subicio.

Sacrosancta Basiliensis synodus in Spiritu Sancto legitime congregata, universalem Ecclesiam repraesentans.

Venerabili viro fratri Hyeronimo de Praga professo conventus camaldulensis salutem et Omnipotentis Dei benedictionem. Quia servo Dei locum ire, illi scilicet, qui se totum in holocaustum Deo obtulit, non arbitramur exhortatione opus esse ad id persvadendum, quo nihil carius ipsi Deo esse potest, quoniam multa ad rem bellicam pertinentia, per quindecim fere annos pro extirpanda haeresi Bohemica tenta sunt, et plurimi maximi exercitus manu potentissima in Bohemiam profecti, nec quicquam profuerunt, quinimo quo plus armis vexantur, eo magis indurantur et crescunt; visum est Spiritui Sancto et nobis, aggredi pacis et mansvetudinis remedia, ut quod vi et terrore humano effici non potuit, fiat caritate et benignitate. Nec modum alium nos in Spiritu Sancto legitime congregatos, dicere existimamus, quam Spiritu lenitatis fratres nostros errantes, ad viam veritatis reducere. Proinde in principio nostrae sacrae congregationis eos paterna caritate ad nos vocavimus, offerentes eis pacem ac concordiam. Et quia hactenus plurimum conquesti fuerant, nullam potuisse habere audientiam, nos per litteras nostras eam liberam et in plena forma obtulimus. Ut in autem hoc sanctum opus maturius explicaretur, nostros solennes oratores ad loca vicina Bohemiae transmisimus, qui rem istam diligenter curarent, hi nostri ambasiatores tandem in oppido Egrae cum ambasiatoribus Bohemorum, videlicet Pragensium, Orfanorum et Taboritarum, inter quos erant ductores exercituum illius gentis concluserunt, quod solemnis ambasiata omnium statuum regni huc ventura sit et dari eis audientiam plenam super quatuor articulis, ad quos demum se reduxerunt, coniecturamus ipsos hic futuros ante mensem Septembrem. Narrant hi nostri nuntii cum tanta caritate utrumque hoc negotium conclusum, ut spem optimam reductionis illorum concipiant, multa asserunt in huiusmodi tractatu intervenisse, per quae tam ipsi quam nos audientes

valde speramus, eos nobiscum reconciliandos. Recesserunt tandem de Egra se mutuo amplectentes et prae laetitia lachrymantes, illos, nostris exorantibus, ut hoc opus quantocius expediretur. Quid aliud hinc concipi potest, nisi quia Spiritus Sanctus, sub cuius alis haec Sancta Synodus obumbratur, vult armis suis, caritatis videlicet et mansvetudinis, non ferri aut chalybis hanc haeresim ab Ecclesia Dei eluminare. Ut autem tanta res mature et diligenter transigatur, decrevimus undique viros moribus et litteratura ornatos, ad nos vocare, quorum consiliis et auxiliis mediante gratia Spiritus Sancti, reductio illorum facilius effici possit. Inter alios autem ad te oculos nostros direximus, quem cum pro idiomate, quo cum illis communicas, tum pro summa litterarum sacrarum peritia, tum pro sanctae vitae tuae exemplo, tum pro gratia quam scimus apud Deum te meruisse, in hac re ante alios idoneum iudicamus. Quocirca in virtute Spiritus Sancti et sanctae obedientiae tibi districte praecipiendo mandamus, quatenus visis praesentibus, obmissis omnibus rebus, ad nos venire properes. Mandamus et tenore praesentium conventui vestro, ut tibi usque huc viaticum ministret, quod eidem restituere pollicemur. Accingere igitur serve Dei ad iter, pro expensis autem tam hic, quam in reditu suo faciendis, nos oportune sicut decet providemus. Accingere igitur serve Dei ad iter, et pro salute tot animarum hunc modicum laborem ne recuses subire, existima Spiritum Sanctum, non homines hoc tibi praeceptum fecisse. Vale in Domino nostro Jesu Christo serve Dei. Datum Basileae V. Junii.

Processu vero dierum ipsum oratorem suum ad Vladislaum Secundum Poloniae regem adhuc viventem, aversurum illum a bello pruthenico, quod anno Domini 1433. contra cruciferos maximis cladibus eos involvens gessit, destinavit, gratusque fuit Vladislao Secundo Poloniae regi eius adventus, non tamen, licet magno conatu sudasset, persvadere potuit, ut stridor belli contra cruciferos tunc omitteretur. Maior enim aliquanto fuit eorum facinus, quam quibus deberet intercessio Concilii suffragari; rege enim Vladislao bello Lithvanico contra ducem Boleslaum Swidrigellum apud Luczsko occupato, perpetuae pacis rupto foedere, in terras Kuiavienses, Dobrzinenses et Paluki irruentes, omnes crudelibus flammis consumpserant, a solis rusticis et colonis duce Jarognyewsky, usque ad unum circa villam Damby obtriti; praefatus autem magister Johannes de Praga, ex Polonia in Basiliense, et exinde in monasterium suum camaldulense reversus, diem sub regulari sanctimonia obiit. Sed iam ad d scriptionem bonorum temporalium, quae Vladislaus Secundus Poloniae rex dicto monasterio Sandecensi in dotem contulit et privilegiavit, accedamus.

Monasterium praemonstratense in Nova Sandecz.

Dambrowa, villa sub parochia ecclesiae de Nova Sandecz sita, cuius proprietas ad monasterium de Nova Sandecz pertinet. In qua sunt sedecim lanei cmethonales, et de quolibet solvunt pro censu . . ., item ova, item gallos, item caseos; item labor, item *powaba*, item *ossyep*, item taberna. Item hortulaniae non sunt. Item praedium unicum coenobiale, de quo nulli solvunt decimam, sed eam pro se tollunt. Item pro una parte villae solvitur decima manipularis et conducitur pro vicariis Sandeczensibus; pro altera vero medietate villae solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praebenda Sandeczensi, quae vocatur Dambrowska. Item non est ibi aliquod molendinum.

Ilbramtowa Maior, villa sub parochia ecclesiae de Nova Sandecz sita, cuius proprietas ad monasterium Sandeczense ordinis praemonstratensis pertinet. In qua sunt sex lanei cmethonales, et quilibet solvit . . ., item ova, item gallos, item caseos, item *powabam;* item labor, item *ossyep*, item tabernae, item hortulaniae. Praedium non est in eadem villa. Item post omnes agros cmethonales solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis episcopatui Cracoviensi.

Ilbramtowa Minor, villa sub parochia de Nova Sandecz sita, cuius proprietas ad monasterium Sandeczense pertinet ordinis praemonstratensis. In qua sunt quinque lanei cmethonales, et quilibet solvit . . ., item ova, item gallos, item caseos; item labor, item *powaba*, item *ossyep*. Item non sunt ibi tabernae, non sunt hortulaniae, non sunt praedia. Item non est molendinum. Item post omnes agros solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis episcopatui Cracoviensi.

Qwyeczyssszowa, villa sub parochia de Nova Sandecz sita, cuius proprietas ad monasterium Sandeczense ordinis praemonstratensis pertinet. In qua sunt tres lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu . . ., item ova, item gallos, item caseos; item labor, item *powaba*, item *ossyep*. Item non est ibi praedium, neque tabernae, neque hortulaniae. Item omnes incolae villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem, pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas.

Bogusszowka, villa sub parochia ecclesiae de Nova Sandecz sita, cuius proprietas et dominium ad monasterium Sandeczense ordinis praemonstratensis pertinet. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, et quilibet solvit . . ., item ova, item gallos, item caseos; item labor, item *powaba*, item *ossyep*. Item neque praedium, neque hortulaniae, neque tabernae sunt. Item post omnes agros solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas.

Janusszowa, villa sub parochia de Nova Sandecz sita, cuius proprietas ad monasterium Sandeczense pertinet. In qua sunt duodecim lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu ...., item ova, item gallos, item caseos; item labor, item *ossyep*. Item tabernae non sunt, neque hortulaniae, neque molendinum. Item praedium non est. Item post omnes agros solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis episcopatui Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad duodecim marcas.

BUSZKO.

Secundum monasterium in Busko ordinis praemonstratensis.

Vittus de Chotel militari, episcopus Ploczensis, et qui Lupo episcopo Ploczensi obeunte in Ploczensem sedem canonice anno Domini 1179 successerat, vir nobilis ex dioecesi Cracoviensi et provincia Sandomiriensi, ex vico Chotel Militari prope oppidum Busko sito, et ex domo et nobilitate, quae se Janinam appellat, et pro insigni clypeum album in campo rubeo portat, oriundus, singulari amore et devotione in Deum et religionem fidemque eius ardens, ad religionem insuper et ordinem praemonstratensem, cuius tunc celebris memoria et cultus in orbe catholico habebatur, specialem habens affectum, loca eius et ordinem in regno Poloniae multiplicaturus, tria monasteria ordinis praefati praemonstratensis in regno Poloniae, duo virginum, tertium vero virorum, in tribus dioecesibus, Gnesnensi, Cracoviensi et Ploczensi, cum fratre suo germano Derslao milite, haerede in Buszko et palatino Sandomiriensi fundat, videlicet in Vithow prope Pyotrkowiam oppidum, cognomen monasterio ex suo nomine imponens Vithov: item in Buszko; item in Ploczsko, dotando praefata tria monasteria haereditatibus et villis et praediis insignibus, ad se haereditario iure ex successione paterna devolutis, quae omnia tria monasteria etiam in diem hanc extant, testantia virorum celeberrimorum et insignium opus, Trinitati benedictae dicatum, memorabile, celeberrimum et insigne; et de duobus quidem monasteriis a praedicto viro felici et beato, et fratre suo Derslao palatino Sandomiriensi fundatis, quorum alterum videlicet in Vithow abbas cum fratribus, alterum in Ploczsko praepositus cum fratribus, et abbatissa cum monialibus pro tempore administrant, non est propositum meum facere aliquam descriptionem, habebunt forsitan et illa quandoque suos descriptores, sed tantummodo de monasterio tertio in Buszko Cracoviensis dioecesis, in qua curam ad describendum singula monasteria tam dotata, quam ex stipe tantummodo viventia, suscepimus, et cui

assidue invacamus, consumando opus nobis gravis et pene import bilis oneris, cum plurima ad historiae veritatem deprohendam necessaria, oblivione et vetustate, quadamque caligine obruta sunt, et privilegiorum ac litterarum aut perditione aut exustione corrupta. Sed ut ad id redeam, unde transgressus sum, Ploczensis pontifex Vithus et Derslaus frater suus miles, palatinus Sandomiriensis locupletis patrimonii sui, quod ex paterna morte eis, genitrix enim adhuc vivebat, in terra Sandomiriensi et dioecesi Cracoviensi obvenerat, relicturi, Christum haeredem in vilagio suo paterno Busko, uberem glebam habenti, quod hactenus in oppidum, propter frequentiam fori videmus redactum, monasterium sanctimonialium ordinis praemonstratensis anno Domini 1190, anno vero pontificatus sui Ploczensis undecimo, pontificante in sede Cracoviensi Fulcone quem vulgus polonicum Pelkam nominat, qui Gedeoni successerat fundant, et sanctimoniales illuc et fratres, quos de Withow sumpserant, et quorum primarius praepositus fuit frater Johannes, introducunt, novam ecclesiam ex quadro lapide sub diebus meis, anno videlicet Domini 1470, cum arta nimium et humilis foret diruta, in augustiorem formam sub tempore Johannis praepositi nobilis de domo Koslarogi et Annae abbatissae Buschensis redacta est, et clausuram et ambitum monasterii fabricant. Cui in dotem praefatam duplicem villam Buske cum aliis villis, item cum decimis manipularibus in villis Sczeworzysz et Szirniky mensae episcopalis, a Fulcone episcopo et capitulo Cracoviensi precario impetratis, item omnes proventus, decimas et redditus ecclesiae parochialis in Busko consignant, quam per Fulconem praefatum episcopum Cracoviensem procuraverit, monasterio praefato in Busko novae fundationis incorporari et uniri. Processu autem temporis, aucta est largitione aliorum procerum Poloniae dos Buszensis monasterii; Derslaus enim palatinus Sandomiriensis de suo patrimonio contulit has villas, videlicet: Nosszow, Kotharszin et Pyotrow, Buszko cum iumentis, Thuczampi, Berdecowo, Rechowo, Wysznicza, Korzenyowo, Przemilowo cum omni iure proprietate et dominio; qui cuius fuerit generis vel nobilitatis, investigando didici, quod fuit de genere Janina, quas villas etiam in hanc diem integre non tenet Buszense monasterium. Item Slawosch miles villam et haereditatem suam, parochialem ecclesiam in se habentem, videlicet: Slawoschow, ex ipsius cognomine denominatam, supra Scarbimiriam sitam, glebam foecundam habentem, integraliter, nihil sibi reservando, una cum iurepatronatus dictae ecclesiae, anno Domini 1210 donavit; cuius donationis littera in synodo provinciali, coram Henrico archiepiscopo Gneznensi et coepiscopis Polonicae ecclesiae, in Borzychow celebrata, habetur originaliter in monasterio Buschensi, sub sigillo praefati Slawoszii, geminatam crucem suo in sigillo

pro insigni deferentis, innovata. Hanc autem villam monasterium Buschense iam non retinet; nam cum propter labores regios pene universa fuisset desertata, cambivit eam monasterium, et a Johanne Dlugosch sive Janussio de Czarnoczyn nobili de domo Wyenawa, duas villas multo meliores, monasterioque propinquiores, nullum onus habentes, videlicet Sluszow et Kostira, cum additione trecentarum marcarum in paratis pecuniis, anno Domini 1470 recepit, transferens plenum dominium villae Slawoszow in praefatum Janussium, una cum iurepatronatus et decima praediali ecclesiae in Slawoschow, consensu Casimiri Tertii Poloniae regis ad huiusmodi permutationem specialiter accedente. Privilegium autem dicti Derslai palatini Sandomiriensis, item praefati Slawoschii donationem huiusmodi continens, praesenti regestro inserimus. Vladislaus insuper Secundus Poloniae rex, provida deliberatione perpendens, tria monasteria sanctimonialium ordinis praemonstratensis in dioecesi Cracoviensi consistentia, videlicet in Buszko, Ymramowicze sive Dlubnya et Crziszanowicze, et in personis defectuosa et infrequentia et in redditibus secundum se ipsa tenua fore, salubri usus consilio, et de consensu et licentia sedis Apostolicae et capituli generalis, ac Petri abbatis praemonstratensis, per Albertum Jastrzambyecz tunc episcopum Cracoviensem, et Breszensem ac Vithoviensem abbates commissarios ad id specialiter deputatos, in unum monasterium et locum Buschensem, sub clausura perpetua mansura, anno Domini 1418, feria secunda post festum assumptionis Sanctae Mariae, apud Vislicensem oppidum tunc agens, redegit, et in unum corpus singulas moniales, sub regimine Michaelis praepositi et Iachnae priorissae Buschensis, ex praefatis tribus monasteriis concinnavit, applicans villas Cowalye, Sarbye et Cliczanow perpetuo monasterio Buschensi, quae alias ad monasterium in Crziszanowicze ex fundationis dote pertinebant, in quarum etiam hactenus monasterium Buschense consistit possessione et proprietate. Relicti autem sunt in utroque monasterio videlicet Ymramowicze et Krziszanowicze sanctimonialibus destituto praepositus et fratres praemonstratensis ordinis, qui illa in spiritualibus et temporalibus administrent, relictis monasterio Crziszanoviensi villis Crziszanowicze, Lyesznicza et Conary cum praediis, caeterisque introitibus, pro praepositi et fratrum sustentatione, monasterio vero Ymramoviensi sive de Dlubnya omnes eius villae, decimae et quilibet introitus integre relictae, nescitur qua occasione vel causa, cum villae Brzeszno, Dambowa Lanka, Sczepanowicze, item decimae manipulares in Jedlcza, Tsczicza, Nova Wyesz, Gywanowicze, Przestansko, Buschensi monasterio, iuxta ordinationem privilegii Petri abbatis praemonstratensis applicari debuerant. Contulit insuper circa huiusmodi translationem

pius. Poloniae rex Vladislaus Secundus monasterio Buschensi pro sanctimonialium ampliori sustentatione, quatuor bancos salis, quatuor urnas *zuzalcz*, et quatuor mensuras salis minuti, ex zuppa Bochnensi, annis singulis in quibuslibet quatuor temporibus per unum bancum et unam urnam *zuzalcz*, et unam mensuram salis minuti perpetuo solvenda, ea tamen conditione, ut singulis feriis secundis cuiuslibet anni, pro animabus Władisłai regis praefati et consortis suae Hedvigis reginae et omnium regum et principum Poloniae, tam mortuorum et praesentium, quam futurorum, moniales praefatae teneantur unam missam defunctorum alta voce, et vigilias novem lectionum in quibuslibet quatuor temporibus decantare; de quo privilegium suum regium in monasterio Buschensi originale habetur, quod etiam huic operi merito annexuimus, et translationem et fundationem atque donationem huiusmodi ad liquidum contestans. Privilegium vero Alberti episcopi Cracoviensis, et Brzeschensis ac Vithoviensis abbatum, ordinem translationis continens, fertur esse in Vithoviensi coenobio, cum potius apud Buschense deberet contineri. Singulas autem villas haereditates, decimas, redditus et proventus monasterii praefati Buschensis, in quarum, quorumque nunc possessione consistit, ex nomine cum suis cohaerentiis et pertinentiis singillatius describere, ad memoriam, consolationem et decus praedecessorum praesentium et futurorum, quanto fidelius poterimus, ut cautelam suae subsistentiae etiam praesenti descriptione possint apprehendere, ordiemur. Vittus autem episcopus Ploczensis, praefati monasterii in Buszko fundator primarius, cum annos viginti et septem in ecclesia Ploczensi sedisset, plenus bonis operibus, anno Domini 1206 mortuus est, et in Ploczensi ecclesia iusto honore tumulatus, tantae in genitricem pietatis, ut cum ob valetudinem et senium ecclesiam parochialem in Buszko ex Chotel adire commode non posset, oraculum illi in praedicta Chotel ligneum fabricat, praebendamque in ea fundat, et decimis manipularibus in praefata Chotel et Cobylniky dotat, quod et in hanc diem extat; in quo genitrix ipsa sua, et singulis diebus rem posset audire divinam, et devotioni suae opportune invacare.

In nomine Domini Amen. Quia mundus, et ea quae mundi sunt, lubrica sunt, et omnia mundana in abyssum oblivionis evolvuntur, propterea ego Slawosch in remedium animae meae, uxoris meae, parvulorum et omnium propinquorum meorum, praedia de Slawoschow, et cum omnibus pertinentiis, et cum ecclesia, monasterio Sanctae Mariae de Buszko offero, perpetuo haereditanda, usu tamen fructuum eorundem praediorum, quam diu mihi placuerit, retento, praeter illa, quae ad redditus memoratae ecclesiae pertinent. Huius devotionis renovatio facta est in synodo, quae

fuit celebrata in Borzichow anno incarnationis Dominicae 1210. Cuius rei testes sunt: Henricus Archiepiscopus, Vincentius Cracoviensis, Gethko Mazoviensis, Alnoldus Poznaniensis, Laurentius Vratislaviensis, Ogierius Cuiaviensis, Laurentius Lubuczensis episcopi, Hugo Gneznensis decanus, Gregorius praepositus, Petrus Cracoviensis decanus, Boguphalus praepositus, magister Aegidius, magister Petrus et aliae quam plures personae in eadem synodo assistentes, cuius donationis confirmationem quicunque attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei se noverit incursurum.

In nomine Domini Amen. Quia mundus, et ea quae mundi sunt, et omnia mundana in abyssum oblivionis evolvuntur, propterea ego Slawosch cum omnibus pertinentiis et cum ecclesia, monasterio Sanctae Mariae de Buszko offero, perpetuo haereditanda, et ne aliquis in posterum super hoc malignari possit, sub sigillo domini ducis Leschconis, in eius baronorum congruum duxi roboranda. Testes huius donationis hi sunt: dominus dux Leschco, Pacoslaus palatinus, Osthasch castellanus, Ivo cancellarius, magister Petrus Streszcho, et alii plures fide digni.

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Quamvis regiae maiestatis sublimitas ex assumpto officio, quodam debito singulari teneatur, suorum intercedere commodis subditorum, illorum tamen magis fatetur se debitura, quos mundi cernit deserere delicias, ad laudes Salvatoris mentes dignae contemplationis studiaque relevare. Proinde nos Vladislaus Dei gratia rex Poloniae etc. Significamus quibus expedit universis tam praesentibus quam futuris, praesentium notitiam habituris, quomodo attendentes magnae devotionis constantiam, et vitae sanctitatem, in sororibus monasterii Busko, Imramowicze et Crzyzanowicze, ordinis praemonstratensis, absque clausura manentibus, in patulo potuissent quandoque scandala sustinere ipsas de licentia sedis Apostolicae, et capituli generalis summi praemonstratensis, per reverendum in Christo patrem dominum Albertum episcopum Cracoviensem, regni nostri Poloniae cancellarium, ut abbatem Vithoviensem et Brzeschensem, executores ad hoc specialiter deputatos, in uno monasterio Buschensi, sub clausura perpetua decrevimus, ut in ea remanentes orationibus tutius vacare valeant, et Salvatoris clementiam devotius pro delictis hominum exorare. Volentes autem, ut sub hac clausura debitis alimentorum sustentatae stipendiis, aptius vulgari inhaereant disciplinae, et pro nobis ardentius et devotius Creatorem omnium deprecentur, nihil cautius arbitramus, quam terrena pro caelestibus caduca pro aeternis feliciter commutare. Nam in aeterna beatitudine centuplum recipere

credimus, dum bona, quae possidemus, in pias eleemosynas egenis et indigentibus, erogamus ipsis et eorum praepositis, de innata nobis benignitate, singulis annis in zuppis nostris Bochnensibus, propter propinquitatem et faciliorem dicto Busznensi monasterio aditum et accessum, quatuor bancos grossi, quatuor urnas *zuzalcz*, quatuor mensuras minuti salis apud zupparios nostros, vel qui zuppis praedictis praesidebunt perpetuis temporibus assignamus et donamus; ita, quod ad eorum quittantias et litteras, zupparii nostri, vel alii zuppis praesidentes, ipsis qualibet vice quatuor temporum cuiuslibet anni, de uno banco grossi, una mensura minuti et una urna *zuzalcz* salis praedicti tenetur, parimodo aliis anni quatuor temporibus semper tenebuntur reddere. Quas quidem sorores approbante et authorisante praefato domino Alberto episcopo oneramus, et eius conscientiae imponimus, ut praetextu donationis huiusmodi nostrae, singulis feriis secundis cuiuslibet anni, pro anima inclytae dominae Hedvigis reginae Poloniae consortis nostrae defunctae, ac nostrae et nostrorum successorum salute animarum, unam missam defunctorum alta voce et vigilias novem lectionum quibuslibet quatuor temporibus anni, perpetuo sint adstricti decantare, harum, quibus sigillum maiestatis nostrae est subappensum, testimonio litterarum. Datum in Wislicza, feria secunda post festum Assumptionis Mariae anno Domini 1415. praesentibus magnificis et nobilibus viris Christino castellano, Johanne palatino Cracoviensi, Nicolao de Michalow palatino, Michaele castellano Sandomiriensi, Petro Schaffranyecz succamerario Cracoviensi et Zbigneo de Brzeszye marsalco regni, et aliis quam pluribus fide dignis. Datum per manus reverendi in Christo patris domini episcopi Cracoviensis, regni Poloniae cancellarii, sincere nobis dilecti, nec non venerabilis domini decani Cracoviensis et praepositi Cracoviae Sancti Floriani, eiusdem regni Poloniae vice-cancellarii.

Buszko, monasterium in occidentali et septentrionali parte oppidi Buszko situm, habens iuxta se ecclesiam muratam Sanctae Mariae, et duas habitationes, unam pro viris et alteram pro virginibus, ambae tamen ligneae sunt, sed habitatio virginum muro circumdata est, et sanctimoniales ipsae sub clausura habitant, et omnis divagatio est eis inhibita. Praepositus monasterii tenet aliquot fratres ordinis praemonstratensis, et habet cum eis mensam communem, bona quoque monasterii in spiritualibus et temporalibus administrat, et sanctimonialibus de victu et amictu caeterisque necessariis providet, habito moderamine ad monasterii facultatem. Praepositus quoque ipse et fratres sui rem divinam gerunt, et caetera charismata explent, sanctimoniales horas canonicas nocturnas et diurnas singulas, sed et missam unam singulis diebus complent, in aliis temporibus, suis devotionibus vacando,

et cum abbatissa seu priorissa unam et communem mensam habent, cibique illis per fenestram rotalem et potus de coquina et cellario praepositi deferuntur. Ex tribus monasteriis foeminarum sanctimonialium, videlicet: Ymramowicze, Crzyszanowicze in unum tertium Buszense, quorum quodlibet specialem habebat abbatissam, et specialem collegium sanctimonialium, coadunatae. Erat autem pii regis Poloniae Vladislai Secundi ardens desiderium, ut quatuor monasteria sanctimonialium ordinis praemonstratensis dioecesis Cracoviensis, videlicet: in Swyerzynyecz, Ymramowicze, Crziszanowicze et Buszko, in simul fuissent coniuncta, et ex antiquis suis locis et sedibus in Visliciensem oppidum, propter loci securitatem translata; id tamen propositum, et propter olidum foetorem, qui oppidum Vislicense sulphure inficit, et paludes Visliciam ambientes, et recusationem sanctimonialium de Zwyerzynyecz, quae suos amplos proventus in tenues, et locum insignem in abiectum et desertum nolebant infundi, fuit omissum et retractatum.

Buszko, oppidum frequens foro, habens parochialem ecclesiam in se, cuius proprietas ad monasterium Buszense pertinet. In quo sunt viginti quinque lanei oppidanorum, et quilibet solvit pro censu monasterio mediam marcam; pro duobus tantummodo campis habent agros, pro tertio vero non habent, et ideo exilem censum solvunt. Item non faciunt aliquos labores in septimana, neque ducturas, neque *powabas;* item gallos, item caseos, item ova; item sunt in oppido praefato citra centum domus, et quilibet solvit pro censu duos grossos. Item est balneum, praefato monasterio pro annuo censu solvens sex marcas. Item sunt ibi macella carnificum quatuordecim coenobiales, et quilibet solvit pro annuo censu mediam marcam et unum lapidem sepi. Item sunt ibi aliae tres camerae, pertinentes ad nobiles, una ad nobiles de Miculow, altera ad nobiles de Sanyecz, et tertia ad nobiles de Scorzow, et quaelibet similiter solvit pro annuo censu mediam marcam et unum lapidem sepi. Item omnes agri oppidanorum solvunt et conducunt decimam manipularem pro monasterio in Buszko, et valor eius aestimatur ad triginta marcas. Decimam autem canapi non solvunt ex consvetudine. Item est ibi praedium bonum monasterii, de quo pro se tollunt decimam. Item est ibi molendinum equinum coenobiale, et omnia brasea pro monasterio proveniunt. Item singulis annis pro die Sancti Procopii et diebus sequentibus, habetur in eodem oppido annuale forum, in quo frequens multitudo mercantium et vendentium convenit, et a quolibet mercimonio seu loco mercimonii, datur monasterio unus grossus. Item a quolibet curru, solvuntur monasterio quatuor denarii. Confinat cum Mikulowicze, Lagyewniky, Myedzygorzicze, Owczary, Zbludowicze, Swyeslawicze,

Welcz. Donata monasterio per Derslaum de Buszko palatinum Sandomiriensem.

Busko, villa sub parochia ecclesiae de Busko sita, cuius proprietas ad monasterium Buszense pertinet. In qua sunt duodecim lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu sex grossos, item ova triginta, item gallos duos, item caseos duos; item labor, item *powaba*, item *ossyep;* item tabernae non sunt, neque praedium, neque hortulaniae, neque molendinum. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem pro monasterio in Busko, et valor eius aestimatur ad decem marcas; item decima canapi... Confinat cum eisdem villis, cum quibus et oppidum Busko. Donata per Derslaum de Busko palatinum Sandomiriensem.

Nosszow, villa sub parochia ecclesiae de Wasznyow sita, cuius proprietas ad coenobium Buszense pertinet. In qua sunt duodecim lanei cmethonales et quilibet solvit pro censu quatuordecim scottos, item gallos duos, item ova triginta, item caseos duos; item quilibet de laneo, incipiendo a festo S. Johannis Baptistae ad festum S. Michaelis, duos dies, abinde vero in residua parte anni, unum tantummodo diem in septimana proprio curru aut aratro laborare tenetur. Item *ossyep*, item *powabam.* Item sunt ibi duae tabernae habentes agros, et quaelibet solvit pro censu unam marcam. Item tres hortulaniae habentes agros, una solvit decem scottos, duae vero per decem grossos. Item est ibi molendinum sine agris, quod solvit tres fertones. Item est ibi curia coenobialis et praedium, de cuius agris pro se monasterium tollit decimam. Item omnes agri cmethonales, tabernales et hortulanorum solvunt et conducunt decimam manipularem, pro episcopatu Cracoviensi, et canapalem per quatuor ierugas, et valor eius aestimatur ad quatuordecim marcas. Confinat cum Bolyeschin, Jagnyn, Scheligy, Prawaczyn, Choczimow, Oszkowicze, Swyanskow, Pruszinowicze et Podolye. Donata monasterio per Derslaum palatinum Sandomiriensem.

Cotharszyn, villa sub parochia de Wasznyow sita, cuius proprietas ad monasterium Buszko pertinet. In qua sunt sex lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu annuo quatuordecim scottos, item ova triginta, item gallos duos, item caseos duos. Item quilibet de laneo, incipiendo a festo Sancti Johannis ad festum Sancti Michaelis duos dies, abinde vero in residua parte anni, unum tantummodo diem in septimana, proprio curru aut aratro laborare tenetur. Item *ossyep* quilibet de laneo solvit unum chorum tritici, item *powabam.* Item non sunt tabernae, neque hortulaniae, neque praedium, neque molendinum. Item omnes agri cmethonum solvunt et conducunt decimam manipularem, et per quatuor iuncturas canapalem, pro

episcopo Cracoviensi, quae ad sex marcas aestimatur. Confinat cum eisdem villis sicut et Nosszow. Donata per Derslaum palatinum Sandomiriensem.

Pyotrow, villa sub parochia ecclesiae de Wasznyow sita, cuius proprietas ad monasterium de Busko pertinet. In qua sunt quinque lanei cmethonum, et quilibet solvit pro annuo censu quatuordecim scottos, item ova triginta, item gallos duos, item caseos duos. Item quilibet de laneo, incipiendo a festo S. Johannis ad festum Sancti Michaelis duos dies, abinde vero in residua parte anni unum diem in septimana, proprio curru aut aratro laborare tenetur. Item pro *ossyep*, unum chorum tritici. Item *powabam*. Item non sunt ibi tabernae, non sunt hortulaniae non sunt praedia, non est molendinum. Item de omnibus agris solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro episcopo Cracoviensi, cuius valor aestimatur ad quinque marcas. Item confinat cum eisdem villis, cum quibus et villa Cotharschin. Donata per Derslaum palatinum Sandomiriensem.

Slawoschow, villa supra Scarbimiriam sita, habens ecclesiam parochialem in se, quae quondam erat lapidea antiquo more fabricata, sed ea corruente, lignea superaedificata est. In qua sub aetate mea plebanus eius Nicolaus de Parva Xansch anno Domini 1463, sub pontificatu Johannis Grusczinsky, a Petro Pothoczsky de familia Srzenyawa innocenter occissus est. Haec villa quondam ad monasterium de Busko pertinebat, donata eidem per Slavoschium militem, ut praescripsimus; sed alienavit eam monasterium Buszense a se, quoniam regii labores eam desolabant, et cambivit eam cum Janussio Dlugosch de Nyeskow, dando sibi eam cum pleno iure, nihil sibi reservando et cum iurepatronatus et cum iure decimae praedialis, et recepit sibi duas villas propinquas et utiliores in recompensam, videlicet: Sluzow et Kostiram, et ideo descriptione villae Slawoschow omissa, ad descriptionem praefatarum duarum villarum descendemus. Donata monasterio per Slawosch militem.

Sluszow, villa pro Slawoschow villa decambita, sub parochia ecclesiae de Gnoyno sita, cuius proprietas ad monasterium de Busko pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit unum fertonem pro censu. Item ova, item gallos, item caseos. Item quilibet de laneo laborat unum diem in septimana, proprio curru aut aratro. Item *powabam* non laborant, neque *ossyep* solvunt. Item non est in eadem villa praedium, non sunt hortulaniae, neque tabernae. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam canapalem et manipularem pro ecclesia in Gnoyno, aestimatam ad sex marcas. Confinat cum villis: Chothky, Kozina, Borzikow, Balycze. Item habet molendinum in flumine Szodnya, quod solvit pro

monasterio quinque marcas. Commutata pro villa Slawoszow, cum Janussio Dlugosch.

Kostyra, villa pro Slawoschow decambita, sub parochia ecclesiae de Gnoyno sita, cuius proprietas ad monasterium de Busko pertinet. In qua sunt duo lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu unum fertonem, item gallos, item ova, item caseos; item quilibet de laneo laborat unum diem in septimana per totum annum. Item *powabam* non laborant, item *ossyep* non solvunt. Item non est in eadem villa praedium, neque molendinum, item non sunt hortulaniae. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem episcopatui Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad tres marcas. Item sunt in eadem villa tres tabernae habentes agros, et quaelibet solvit pro censu decem scottos. Confinat cum eisdem villis, cum quibus et Sluzow. Commutata pro villa Slawoschow cum Janussio Dlugosch.

Clyczanow, villa prope Sandomiriam sita, habens ligneam ecclesiam in se, cuius proprietas cum omni iure ad monasterium in Busko pertinet, et licet ad monasterium Krzyzanowicze ex prima fundatione pertinuerit, circa translationem tamen sanctimonialium, unita et incorporata est monasterio in Buszko. In qua sunt duodecim lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu quindecim scottos, item ova, item gallos, item caseos; item quilibet de laneo laborat unum diem in septimana per annum integrum; item ratione *ossyep* solvit quilibet de laneo sex choros avenae et quatuor siliginis mensurae coaequatae. Item est una taberna in eadem villa habens agros, et solvit duas marcas. Item sunt duae hortulaniae, sed non habent agros, et censum non solvunt, sed pedestri labore unum diem in septimana laborant. Item molendinum est in eadem villa. Item habet plebanus agros proprios, de quibus nulli decimat, secus limites villarum Thilkowicze, Myedzygorze et Szdanow iacentes. Item est praedium coenobiale in eadem villa, de cuius agris solvitur decima plebano eiusdem villae de Kliczanow. Item omnes agri cmethonales et tabernales solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem, pro episcopo Cracoviensi, valor eius ad duodecim marcas. Confinat cum Myedzygorze, Thilkowicze, Comarno, Swyanczycza, et Sdanow.

Cowalye, villa sub parochia de Wyerczyczow sive de Pyadziczow sita, cuius proprietas ad monasterium de Busko pertinet; et licet ad monasterium in Krzyzanowicze ex primaria fundatione pertinuerit, circa translationem tamen sanctimonialium, unita et incorporata est monasterio in Busko. In qua sunt sex lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu unum fertonem, item ova triginta, item gallos duos, item caseos duos. Item quilibet laborat proprio curru aut aratro, tantummodo quatuor dies in

anno. Item *ossyep* non solvunt, neque *powabam* laborant. Item non sunt hortulani, item non est praedium, neque molendinum, item non sunt tabernae. Item est ibi scoltetia habens duos laneos et prata, cuius agri decimant cum cmethonibus in *gonithwam*. Item omnes agri cmethonales et scoltetiales solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro monasterio Pyandziczoviensi, quae illi monasterio donata est de mensa episcopali, et valor eius aestimatur ad octo marcas. Confinat cum Zakrzow, Paszczorka, Wyercziczow et Boguczicze.

Sarpkow, villa sub parochia de Kyge ecclesiae sita, cuius proprietas ad monasterium de Busko pertinet. In qua sunt octo lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu novem scottos, item ova, item gallos, item caseos; item de laneo quilibet laborat per annum quatuor dies; item *powabam* non laborant, neque *ossyep* solvunt; item non est praedium neque molendinum; item est in eadem villa scoltetia, habens quatuor laneos liberos, et habet duas tabernas. Item non sunt hortulaniae in dicta villa. Item omnes agri cmethonales et etiam agri scoltetiales, solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro praebenda Kyelcziensi Zidowska, cuius valor aestimatur ad decem marcas. Item est in eadem villa lacus, ad scoltetiam pertinens, qui vocatur Kliban. Confinat cum Chraskow, Unykow, Chrosszycze et Chomathow.

Skothniky, villa sub parochia ecclesiae de .... sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua est molendinum unum, speciales habens agros, cuius proprietas et plenum dominium ad monasterium de Busko pertinet, quod pro censu annuo qualibet septimana anni, debet molere unum modium frumenti monasterii; item similiter singulis septimanis debet molere unum braseum pro monasterio de Busko, et nullam pro se brasei aut frumenti tollere mensuram, et ultra haec, solvere unam marcam monasterio singulis annis.

Branyno, villa sub parochia ecclesiae de Busko sita, cuius proprietas ad monasterium in Busko pertinet. In qua sunt sex lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu decem grossos, item ova, item gallos, item caseos; item quilibet de laneo unum diem in septimana laborat per annum; item ratione *ossyep* quilibet solvit quatuor choros avenae et duos siliginis; item *powabam*. Item non est praedium. Item est ibi una taberna cum agris, et solvit unam marcam. Item non sunt hortulaniae, neque molendinum. Item omnes agri cmethonales et tabernae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem, pro monasterio in Busko, valor eius ad sex marcas. Confinat cum Mikulowicze, Lagyewniky, Owczary, Myedzygorzicze, Zbludowicze, Sweslawicze et Welcz.

Brzeszno, villa habens ecclesiam parochialem ligneam in se, Sanct..

dicatam, cuius proprietas ad monasterium de Imbramowicze ordinis Praemonstratensis pertinet. In qua sunt triginta sex cum medio lanei cmethonales, et quilibet pro annuo censu solvit sex grossos, tres quartas alias *faszky* mellis crudi, item unum corum avenae; item unum currum tenetur ducere lignorum. Item sunt in eadem villa sex tabernae, habentes agros, quarum quatuor, solvunt quaelibet per unam sexagenam, de duabus vero solvitur de qualibet per unam marcam. Item est ibi molendinum, quod solvit pro annuo censu tres marcas, sed medietatem de huiusmodi tribus marcis, recipit scoltetus villae Brzeszno. Item hortulaniae; item est ibi scoltetia; item est ibi curia et praedium coenobiale, de cuius agris decima... Item omnes incolae villae praedictae solvunt decimam... In terra Syradiensi; donata per Ivonem episcopum Cracoviensem.

Dambowa Lanka, villa sub parochia ecclesiae de Brzeszno sita, cuius proprietas ad monasterium de Imbramowicze ordinis Praemonstratensis pertinet. In qua sunt novem lanei cmethonales, et quilibet pro annuo censu solvit dimidiam marcam, item unum gallum, item unum corum avenae, item currum unum lignorum tenentur ducere; item cmethones omnes tenentur in praedio in Brzeszno laborare. Item in eadem villa est scoltetia habens unum laneum, item tabernae, hortulaniae, praedium. Item omnes incolae villae praefatae.... In terra Syradiensi, donata per Ivonem episcopum Cracoviensem.

Nowa Wyesz, villa sub parochia de Brzeszno sita, cuius proprietas ad monasterium de Imbramowicze pertinet. In qua sunt quatuordecim lanei cmethonales, et quilibet solvit pro annuo censu mediam marcam, item unum gallum, item unum corum avenae, item unum currum lignorum tenentur ducere. Item cmethones omnes tenentur in praedio in Brzeszno laborare; item tabernae, hortulaniae, praedium. Item omnes incolae villae praefatae..... In terra Syradiensi; donata per Ivonem episcopum Cracoviensem.

Decimae manipulares monasterii de Busko: oppidum Busko, villa Busko, Branino. Iam praedictarum decimarum descriptionem fecimus, et valores earum expressimus, in descriptione oppidi et villarum.

Woycza, villa sub parochia ecclesiae de Byechow sita, cuius proprietas pro maiori parte pertinet ad Johannem de Rythwany regni Poloniae marsalcum de domo Accipitrum, et pro minori parte Johannis et Kreslai germanorum de domo Powala. In qua sunt duodecim lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio in Busko; item hortulaniae, item tabernae, item praedia sunt ibi duo, et de quolibet solvitur decima manipularis in Byechow.

Lagyewniky, villa sub parochia ecclesiae de Busko sita, cuius proprietas ad nobiles de domo Nalancz pertinet. In qua non sunt lanei cmethonales, neque cmethones, sed tantummodo sunt nobiles de armis Nalancz, colentes agros omnes totius villae, de quibus solvunt decimam monasterio in Busko, et valor eius aestimatur ad duodecim marcas.

Szbrodzycze, villa sub parochia ecclesiae de Busko sita, cuius proprietas ad Johannem de Sluzow de armis Lodzya pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ad monasterium de Busko. Item taberna, item hortulania; item est ibi praedium militare, de quo solvitur decima manipularis in Staszow, et valor eius aestimatur ad tres marcas.

Zbludowycze, villa sub parochia ecclesiae de Busko sita, cuius proprietas ad nobilem Nicolaum Sadlo de armis Jastrzambyecz pertinet, qui ibi habet praedium bonum, in tres campos divisum, et de omnibus solvitur decima manipularis pro monasterio in Busko, cuius valor ad duas marcas aestimatur; de parte autem praedii, recipit decimam decanatus Sandomiriensis. Item sunt ibi lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis decanatui Sandomiriensi. Item non sunt ibi tabernae, item hortulaniae.

Radzanow, villa sub parochia ecclesiae de Dobrowoda sita, cuius haeres Nicolaus Jugoschowsky de domo Habdank. In qua sunt novem lanei cmethonales, item taberna una habens agros, item hortulania una habens agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia parochiali et eius plebano in Chotel, villa custodis Visliciensis, et valor eius aestimatur ad sedecim marcas. Item est in eadem villa curia militaris una, quae iure parochiali non ad Dobrowodam, sed ad Busko pertinet, habens agros praediales bonos, in tres campos divisos, de quibus post unum campum iuxta torrentem, qui vadit de Owczary in Holucza, solvitur decima manipularis pro monasterio in Busko, de residuis vero campis praedii praefati, solvitur decima manipularis in Xangnicze.

Zyrniky, villa sub parochia ecclesiae de Sczeworzysz sita, cuius haeres Nicolaus Rospanth de tribus hastis nobilis, sive Koslarogi. In qua villa decimae manipularis perceptio diversificatur; nam de quatuor laneis solvitur et conducitur decima manipularis in Busko, ex aliquibus vero laneis cedit ecclesiae in Dalyeschicze, de tertiis vero laneis, sive tertia parte cedit ecclesiae parochiali in Janyna. Valor autem decimae, quae cedit pro monasterio in Busko, aestimatur ad quatuor marcas. Item est ibi in eadem villa unum praedium militare, de cuius agris solvitur decima manipularis in Sczeworzysz.

Byenyathky, villa sub parochia ecclesiae de Busko sita, cuius hae-

redes Stanislaus Byenyateczsky cum aliis pluribus, qui omnes soli colunt agros proprio aratro, et solvunt decimam manipularem in Busko, et valor eius aestimatur ad tres, aut quatuor marcas. Item sunt ibi tres hortulaniae habentes agros, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis pro decanatu Sandomiriensi; valor ad mediam marcam.

Magna Kosthky, villa sub parochia ecclesiae de Busko sita. In qua sunt plures nobiles de armis ...... colentes pro se agros villae praefatae. Item sunt aliquot hortulaniae habentes agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis in Busko, et valor eius aestimatur ad tres marcas.

Minor Kosthky, villa sub parochia ecclesiae de Busko sita. In qua sunt plures nobiles de armis ...... colentes per se agros villae praefatae; item sunt aliquot hortulaniae habentes agros, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis pro monasterio in Busko, et valor eius aestimatur ad tres marcas.

Swyeslawycze, villa sub parochia de Busko sita, cuius haeredes: Nicolaus Byechowsky de armis Powala pro maiori parte, et Georgius Szowa de armis Druszyna pro minori parte. In qua sunt undecim lanei cmethonales, et sex hortulaniae habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis pro decanatu Sandomiriensi, et valor eius aestimatur ad decem et octo marcas. Item sunt ibi tabernae, sed non habent agros. Item sunt ibi duo praedia militaria habentes agros, et de omnibus solvitur decima manipularis monasterio in Busko. Valor ad quatuor marcas.

Sczeworzysz, villa habens ecclesiam ligneam in se. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, item unum praedium militare, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis monasterio in Busko, et valor eius aestimatur ad ......

Conary, villa sub parochia de ..... sita. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, item praedium militare, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis monasterio in Busko, et valor eius aestimatur ad ......

Sulkow, villa sub parochia ecclesiae de ...... sita. In qua sunt lanei, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis. Item est in eadem villa praedium unicum militare, item est una taberna, habens agros de uno laneo, et tam de agris praedialibus, quam de agris in Busko, solvitur decima manipularis in Busko. Valor eius ad tres marcas.

Skothniky Parva, villa sub parochia ecclesiae de ..... sita. In qua sunt quatuor nobiles, qui agros per se colunt; item sunt aliquot hortulaniae praefatorum nobilium, habentes agros, et de omnibus solvitur decima monasterio in Busko, et valor eius ad sex marcas aestimatur.

Panczelycze, villa sub parochia de ...... sita. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio in Busko, et valor aestimatur ad sex marcas.

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Quia tunc multis errorum et dubiorum incommodis prudenter occurrimus, dum gesta aetatis nostrae litterarum apicibus perhennamus, proinde nos Vladislaus Dei gratia rex Poloniae, nec non terrarum Cracoviae, Sandomiriae, Syradiae, Lancziciae, Cuiaviae Lithvaniaeque, princeps supremus, Pomeraniae Russiaeque dominus et haeres, significamus tenore praesentium quibus expedit, universis tam praesentibus quam futuris, notitiam praesentium habituris, quomodo religiosi devoti nostri dilecti Michael praepositus et Jachna priorissa, totusque conventus monasterii Busensis ordinis Praemonstratensium, ad nostrae maiestatis venientes praesentiam, litteras venerabilis et religiosi patris, fratris Petri abbatis praemonstratensis principalis, patris abbatis totius ordinis praemonstratensis in pergameno scriptas, ipsiusque sigillo appenso sigillatas, super inclusione religiosarum sororum sanctimonialium in uno monasterio Buschensi, ex monasterio Krzyzanowycze et Imbramowycze dioecesis Cracoviensis comportatarum et collectarum, et haereditatum, ac bonorum, possessionum, ac decimarum de praedictis monasteriis Krzyzanowycze et Imbramowycze receptorum, et pro ipso monasterio Buscensi assignatorum, incorporatorum, inscriptorum et invisceratorum, exhibuerunt coram nobis, petentes humiliter et attente, quatenus easdem litteras ratificare, approbare et confirmare dignaremur; quarum tenor de verbo ad verbum sequitur in hunc modum.

Universis praesentes litteras inspecturis Petrus permissione divina praemonstratensis abbas salutem in Domino. Cum serenissimus dominus Vladislaus Dei gratia rex Poloniae, Lithvaniaeque princeps supremus et haeres Russiae etc. etc. ad augmentum honoris sacrae religionis praemonstratensis ordinis, pariter et extollentiam, pio et religioso studio invigilans, et operas exhibens studiosas, de consensu nostrorum ambasiatorum in Constantiensi concilio existentium, pariter et abbatum Bresensis visitatoris anni tunc existentis, et Vithoviensis nostri praemonstratensis ordinis, in regno Poloniae degentium, fecerit includi in monasterio Busensi dicti ordinis, de duobus monasteriis, videlicet de Krzyzanowycze et Imbramowycze moniales, ut sub clausura nullas habeant occasiones amittendi pudicitiam virginalem, sed eandem conservent Altissimo, cui voverunt, et dictum monasterium Buschense situatum sit prope oppidum Busense, dicto Buscensi monasterio subiectum. In quo quidem oppido propter forum, quod

ibidem fit septimanatim, victualia poterint commodius procurari, atque in dicto Busensi monasterio antiquorum murorum fundamenta mediocriter elevata consistunt, ex quo facilius et impensa minori, poterit dictis monialibus in ipso Busensi monasterio clausura praeparari. Praemissis et aliis ipsum iuste moventibus, cum attentione multa consideratis, praefatus dominus sacrae religionis praemonstratensis ordinis zelator praecipuus, nobis toto cordis affectu per suas litteras supplicat, ut pro sedatione scandalorum et honestate nostrae religionis in supradictis inclusione et translatione dictarum monialium, de duobus monasteriis supradictis, ad monasterium Busense plenum perfectumque assensum praebere, omniaque et singula, quae facta sunt pro dicta clausura et eius pertinentiis, ad finem debitum deducendis, ratificare, necnon approbare, atque confirmare dignaremur. Verum quia dudum nos et nostrum capitulum, ut quatuor monasteria in unum congregarentur in Visliczia, sub clausura, scilicet Busense, Imbramowicze, Krzyzanowycze et in Zwyerzynyecz, sub nostrarum litterarum testimonio praebuerimus assensum, et monasterium in Zwyerzynyecz satis pingve pro clausura construenda fore dinoscatur, in Vislicziaque non sit locus congruus ad monasterium construendum, propter quod dominus rex memoratus, de huiusmodi nostro et nostri capituli generalis assensu praedicto confidens, inclusionem et translationem praenotatas, solum Deum habendo pro oculis, fieri demandavit. Nos in hac parte, quantum cum Deo possumus, dicti Domini regis supplicationibus favorabiliter inclinati, ordinavimus, et per praesentes ordinamus, quod sorores monasteriorum Busensis, Imbramowycze et Krzyzanowicze nostri praemonstratensis ordinis, in monasterio Busensi cum rigore opportuno ad vitandum scandala claudantur, ne exeant sive egrediantur limites claustri, nisi prout dictaverunt nostri ordinis instituta; et adiecta ordinatione praenotata, saepe memoratas inclusionem et translationem factas per dictum dominum regem, et omnia et singula, quae gesta sunt circa easdem, videlicet incorporationem partis bonorum, possessionum et divitiarum dictorum duorum monasteriorum Imbramowycze et Krzyzanowycze, pro sustentatione dictarum monialium translatarum in monasterium Busense, pro fabrica et constructione dicti monasterii Busensis; in actu et effectualiter de praesenti dictae moniales sunt translatae, incorporationem quidem bonorum, possessionum et decimarum monasterii de Imbramowycze, scilicet villarum: Brzesno, Dambowa Lanka, Sczepanowycze, ac decimarum frumentorum in Gyedlcza, in Tsczicza, in Nova Wyesz, in Iwanowicze et Przestanszko, et monasterii Krzyzanowicze, videlicet quatuor piscatorum et allodii sororum, necnon villarum Clyczanow, Sarbkow et Cowalye, laudamus, ratificamus, approbamus, et auctoritate nostra paterna

confirmamus; residuum bonorum pro victus sufficientia, praepositis et canonicis dictorum monasteriorum relinquentes, scilicet, pro Imbramowicze ipsam Imbramowicze cum decima et duobus molendinis, Maleszicze cum decima et aliis duobus molendinis, Trzeczyesz cum decima et piscina, Zagorowa cum decima, et Tarnowa cum decima et piscinis quatuor, et allodiis duobus, circa monasterium praedictum, cum parte decimae in Zarnowyecz, et pro monasterio Krzyzanowicze ipsam villam Krzyzanowicze cum molendino et allodio, ac villas Lyesznicza et Conary; praeterea cum dudum serenissimus dominus rex Poloniae praedictus, certis de causis exacta diligentia iura et privilegia monasterii Krzyzanowycze quaerere mandasset, quadam vice in locis archanis dicti monasterii repertum fuit quoddam privilegium, sub titulo Lestkonis ducis Poloniae, qui villam Krzyzanowicze donavit monasterio Busensi, cum omni iure, dominio etc. etc. ad fundandum monasterium nostri ordinis in dicta villa Krzyzanowicze. Cuius quidem monasterii paternitatem abbates Sancti Vincentii sibi usurparunt, super quo dictus dominus rex petivit, sibi et dicto monasterio Busensi de remedio provideri. Nos praemissis, et aliis ad hoc nos iuste moventibus attentis, praepositum, canonicos et moniales dicti monasterii Krzyzanowicze in monasterium Busense iam translatas, ab obedientia abbatis Sancti Vincentii absolvimus, praepositum et canonicos Krzyzanowycze obedientiae abbatis Vithoviensis, qui dicti monasterii pater abbas esse dinoscitur, astringendo. In quorum omnium et singulorum testimonium, sigillum nostrum praesentibus litteris duximus apponendum. Datum Praemonstrati, anno Domini 1416. ultima die mensis Novembris. Nos vero Vladislaus Dei gratia rex praefatus, petitionibus iustis et rationi consonis praefatorum fratris Michaelis praepositi et Jachnae priorissae, ac conventus monasterii Busensis annuentes, praedictas litteras praefati fratris Petri abbatis monasterii Praemonstratensis in omnibus ipsarum punctis, clausulis, articulis, capitulis, sententiis et conditionibus, ratas et gratas habentes ratificamus, approbamus et praesentibus confirmamus, decernentes ipsas obtinere robur perpetuae firmitatis. Actum in Nova civitate Korczin, feria tertia post dominicam Reminiscere, a. D. 1418. Praesentibus strenuis nobilibusque viris Christino de Ostrow castellano Cracoviensi, Johanne de Tarnow Cracoviensi, Nicolao de Michalow Sandomiriensi, Johanne Lyganza de Nyewarow Lancziczieusi, Jacobo de Conyeczpolye Syradiensi, palatinis, Michaele de Bogumilowycze Sandomiriensi, et Dobkone de Olyeschnycza Voyniczieusi castellanis, militibus nostris fidelibus, et aliis quam pluribus fide dignis. Datum per manus reverendissimi in Christo patris domini Alberti episcopi Cracoviensis et regni Poloniae cancellarii, nobis sincere dilecti et venerabilis

Donin decani Cracoviensis, Sedis Apostolicae protonotarii, regni Poloniae vicecancellarii. Relatio eiusdem domini Alberti episcopi Cracoviensis regni Poloniae cancellarii.

CRZYZANOWYCZE,

quartum monasterium ordinis Praemonstratensis in dioecesi Cracoviensi.

Boleslaus dux Cracoviensis, Sandomiriensis, Syradiensis, Lanciciensis et regni Poloniae monarcha, religione et alti sangvinis nobilitate fulgens, ignem et ardorem sanctae caritatis et devotionis, quem illi clementissimus Dominus de sua speciali benignitate infuderat, non valens contegere, neque lucernam sui pectoris abscondere sub modio, sed per sancta opera caeteris lumen praebiturus, in haereditate et villa sua ducali Crzyzanowycze fundare in animum inducit sanctimonialium domum, de ordine praemonstratensi, sub regula Sancti Augustini, et templo pulcherrimo ex petra alba et quadro lapide, suis sumptibus fabrefacto, monasterium sanctimonialium ordinis Praemonstratensis in praefata villa Crzyzanowycze, ad fluenta fluminis Nidae sita, anno Domini 1254. quarto calendas Junii instituit et fundat, eique in dotem primum praefatam villam Crzyzanowicze, cum optimo et spatioso praedio et molendino in flumine Nida constituto, item villas Clyczanow, Sarbye, Kowalye, Lesznycza, Conary, Cobylniky, Szolnik, Wolya Grochowska, Swyeborowicze, Kostrz, Byernathowicze, Junowidz, Umyanowicze, caeterosque introitus assignat, virginesque sanctimoniales ex claustro Strzelnensi sumptas, in perpetua virginitate Domino coeli famulaturas, introduxit, quae singulis diebus laudes Domino canerent, singulasque horas nocturnas pariter et diuturnas explerent. Aedificavit et pro virginibus Christi unum domicilium, cum necessariis officinis, easque clausura sepsit. Aedificavit et pro praeposito et pro fratribus eiusdem ordinis Praemonstratensis aliud, qui et rem divinam explerent, et monasterium ac sanctimoniales in spiritualibus et temporalibus sua provida gubernatione administrarent; ecclesiam etiam parochialem in Crzyzanowycze, cum suis proventibus et animarum cura, eidem monasterio uniri et incorporari procuravit. Duravit autem monasterium praefatum in Crzyszanowicze in sua proprietate et fundationis essentia annis centum sexaginta duobus, et sub obedientia abbatis Sancti Vincentii de Vratislavia, eiusdem ordinis Praemonstratensis tanti temporis spatio consistebat,

sed per Vladislaum Secundum Poloniae regem mutatio illius effecta est. Videns enim rex praefatus tria monasteria sanctimonialium ordinis praemonstratensis, videlicet: in Busko, Crzyszanowycze et Imramowycze defectuosa in sanctimonialibus fore, nec tenere numerum debitum et necessarium Deo dicatarum foeminarum, auctoritate sedis Apostolicae et Petri abbatis, atque capituli generalis Praemonstratensium consensu, ipsam per Albertum Jastrzambyecz tunc episcopum Cracoviensem, et Brzeschensem et Vithoviensem abbates, quibus auctoritas et commissio a capitulo generali Praemonstratensi mittebatur, in unum monasterium Busko transferri, et in unum corpus, tres sanctimonialium conventus, ex tribus monasteriis concinnari, monasteriumque Crzyzanowycze ab obedientia abbatis Sancti Vincentii de Vratislavia et sua paternitate abstrahi, et abbati Vithoviensi subici, per praefatum Petrum abbatem Praemonstratensem, anno Domini 1415. procuravit. Tunc quoque a monasterio Crzyzanoviensi tres villae dotales, videlicet: Clyczanow, Sarbye et Kowalye ablatae sunt, et monasterio in Busko incorporatae et unitae, quae et hactenus in eius proprietate perseverant; monasterio autem Crzyzanoviensi villae Crzyzanowicze cum praedio et molendino, Lesznicza et Conary et paucis aliis proventibus relictae sunt; quibus praepositus loci illius cum uno fratre illic habitans, et curam animarum et parochiae gerens sustentatur. Quas in descriptione inferius ponenda, latius exprimemus.

Krzyzanowycze, monasterium ad fluenta Nidae, prope oppidum Pyandziczow situm est, veteris adhuc coenobii, dum sanctimoniales illud incolebant, faciem et signa condens; nam et habitacula clausuraque servarum Dei, caeteraeque officinae illis cohaerentes, adhuc visuntur ad praesens tempus, et in ecclesia monasterii sanctimonialium illic requiescentium, in quadro lapide capitalibus litteris desculpta epitaphia, quarum multa petra ex humore corrupta iam delevit. Habitat autem monasterium praefatum unus ex fratribus ordinis Praemonstratensis, et praepositaram dicti monasterii, ex more antiquo institutam, ad quam per loci ordinarium qualibet vacatione occurente ad praesentationem instituitur et providetur, tenens secum unum fratrem eiusdem ordinis Praemonstratensis, in solatium sibi datum, cum cuius auxilio, et curam animarum illius praepositurae, et bona temporalia administrat, solvens omnia iura pontificalia et contributiones, et archidiaconos seu visitatores ad se venientes suscipiens et procurans. Cessavit autem a tempore translationis sanctimonialium in Busko horarum canonicarum nocturnarum, pariter et diurnarum, rei quoque divinae decantatio, sed fratres illic degentes, horas ipsas sub silentio in domibus privatis, rem vero divinam dominicis tantum, imo et celebribus diebus sub cantu, aliis vero ferialibus et quotidianis, voce summissa pro arbitrio suo explent.

In qua re satrapa ille Benedictus Jaxa praefati monasterii unicus et principalis fundator, non bene mihi videtur provisus, sed in intentione animi sui, si verum eloqui debeam, fraudatus, fructu tamen devotionis suae apud clementissimum Deum, cui omnia notissima et praesentia sunt, nequaquam cariturus.

Krzyzanowycze, villa ad alveum fluminis Nida sita, habens in se conventualem et parochialem ecclesiam, ex albo lapide et quadro. Cuius ibidem ferax terra per Jaxa militem fabricata, ad monasterium fratrum de Crzyzanowycze pertinens, cum omni iure, dominio et proprietate. In qua sunt viginti novem lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu tredecim grossos usuales pro monasterio. Item sunt ibi ultra praefatos viginti novem laneos cmethonales, alii quinque lanei cmethonales, et quilibet solvit monasterio pro censu unum fertonem. Item laborant proprio curru aut aratro unum diem singulis septimanis, item unum diem in anno falcastrant, alterum robora ad monasterium ducunt, tertium fimum educere ad molendinum, videlicet diem septimanalem tenentur. Item ova triginta, de laneo solvunt, item caseos, item capones duos quilibet de laneo solvere tenetur annuatim, item *powabam*, item *ossyep*. Item taberna est ibi una habens agros, quae solvit monasterio pro censu tres fertones; item hortulaniae. Item molendinum est in eadem villa in flumine Nida, et solvit pro monasterio in Crzyzanowicze metretas ex molendino provenientes. Item cmethones omnes dictae villae, item omnes tabernatores, item omnes hortulaniae solvunt et conducunt decimam manipularem propriis curribus, ducendo pro monasterio Pyandzyschoviensi, cui de mensa episcopali per Sbigneum cardinalem et episcopum Cracoviensem de consensu capitularium donata est et valor eius aestimatur ad quadraginta, aliquando ad quinquaginta, aliquando ad sexaginta marcas. Item decimam canapalem cmethones et tabernatores solvunt pro monasterio Pyadziczoviensi, quilibet de laneo per quatuor ierugas. Item est in eadem villa praedium coenobiale optimum, habens agros uberes, in tres campos divisum, de cuius agris monasterium non solvit alicui decimam manipularem, sed eam pro se tollit et in horreum suum inducit. Item habet prata optima.

LyeszNycza, villa sub parochia de Crzyszanowicze sita, cuius proprietas ad monasterium in Crzyszanowicze pertinet. In qua sunt quinque cum medio lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu monasterio sedecim grossos. Non tenentur autem ad labores aliquos, neque ad dacias; item non est ibi praedium, non est taberna, non sunt hortulaniae. Item omnes agri villae praefatae solvunt .....

Conary, villa sub parochia de Ottwynow sita, cuius proprietas ad

monasterium in Crzyszanowicze pertinet. In qua sunt sex lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu sedecim grossos. Item quilibet in septimana de laneo tenetur proprio curru aut aratro laborare unum diem. Item est ibi una taberna habens agros, et solvit monasterio pro censu mediam marcam. Item praedium non est, neque hortulaniae, neque molendinum. Item omnes agri villae praefatae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro decanatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad quinque marcas, aliquando ad sex. Item sunt in eadem villa quatuor praedia militaria, de quibus decima manipularis solvitur ecclesiae et plebano in Otthwinow, et valor eius aestimatur ad sex marcas.

Villae a monasterio alienatae: Cowalye, Szarpkow, Clyczanow. Supra scriptae tres villae abstractae sunt a monasterio Crzyszanoviensi, quando sanctimoniales praefati monasterii translatae sunt in Buszko, et iunctae sunt monasterio in Buszko.

Cobilniky, Wolya, Szolnik, Grochowiska; has villas tenet serenissimus Poloniae rex pro castro Novae Civitatis, super quibus monasterium in Crzyszanowicze asserit se habere optima privilegia.

Swyeborowicze, Kostrz, Byernathowicze, Junowidz, Umyanowicze.

YMRAMOWYCZE

quintum monasterium ordinis praemonstratensis in dioecesi et sub episcopatu Cracoviensi.

Ivo de Konske Cracoviensis episcopus, genus nobile de familia et domo Polonorum, quae se Odrowansch appellat ducens, cum in studio Parisiensi apud Gallias annis aliquot stando, animam suam coelestibus disciplinis et doctrinis imbuisset, favoremque et amorem Dei, fideique et religionis Christianae, ex convictu virorum doctorum et illustrium cooperante, illi clementia superna in pectore suo plantasset, privatus quoque existens et adhuc apud Parisiis agens, habitum Sancti Victoris de Parisiis roketum album deferens sub mantello assumpsit. Jamque velut lampas charitatis ardore flammans, sanctis et religiosis actibus scintillare opere et habitu coepit. In Poloniae quoque regionem reversus, et apud Lesconem Album Poloniae monarcham cancellariatum terrae sortitus, in celebrem virum brevi apud suos propter culturam iustitiae evadens, cedente Vincentio Cadlubkonis de Karwow, viro nobili de domo Roszae, et ordinem Cisterciensium apud Andrzeiow ingrediente, cum esset tunc cantor Gneznensis

et canonicus Cracoviensis, electione conformi capitularium in episcopum Cracoviensem per Honorium papam tertium anno Domini 1218 provisus et confirmatus est, et de suo mandato per Henricum archiepiscopum Gnezsnensem consecratus. Praedicator excellentissimus et vir valde benignus, nihil antiquius, ex quo in episcopum Cracoviensem promotus est ducens, quam ut dioecesim suam Cracoviensem ecclesiis parochialibus et conventualibus et piis locis implevisset. Quapropter cum aliquot famosa coenobia, videlicet in Mogila sive Claratumba ordinis Cisterciensis, item hospitale fratrum ordinis Spiritus Sancti cum geminata cruce de Saxia, pro recollectione miserabilium personarum in Prandnik, item monasterium in Mstow ordinis canonicorum regularium Beati Augustini, item monasterium Sanctae Trinitatis in Cracovia, et aliud Sancti Jacobi in Sandomiria ordinis praedicatorum, item ecclesias parochiales in Luborzicza, Wawrzinczicze, Dzerzaszna, Golyaczow, Daleschicze, Sancti Pauli in Sandomiria fundasset, monasteriis quoque dotem sufficientem, partim ex patrimonio suo, partim ex bonis episcopalibus, ecclesiis vero parochialibus ex decimis mensae episcopalis consignasset. Coenobiumque sanctimonialium, seu virginum ordinis Praemonstratensis, in villa patrimonii sui Dlubnya, quae hactenus Imramowicze vocitatur, erigere et fundare in animum suum induxit; viro enim illi, et geminata scientia pollenti, et divini ignis amore aestuanti, ad culturam maiestatis divinae et ad ampliandum religionis orthodoxae ritum, qui salutem in praesens et in posterum posset proferre et procurare, in Regno Poloniae et in dioecesi sua Cracoviensi, animarum nullae opes, nullae dotes, aut monasteria nullae ecclesiae quantumcumque frequentes, ab eo aut aliis fundatae, sufficere videbantur. Saluberrimum itaque animi sui propositum opere impleturus, anno Domini 1225, in villagio Dlubnya a flumine Dlubnya iuxta illud decurrente, quod hactenus Ymramowicze consvevit appellari, iure haereditario et paterno ab eo possesso, monasterium sanctimonialium ordinis Praemonstratensis sub titulo et honore Sanctorum Petri et Pauli Apostolorum fundat, eique in dotem praefatam villam Dlubnya, cum molendino in altera fluvii parte sito, cum omni dominio et proprietate, nihil sibi reservando, item ecclesiam Sancti Benedicti in eadem villa Dlubnya, cum decimis eiusdem parochiae, eidem monasterio unit et incorporat. Item villas et praedia ad ipsum iure successionis paternae spectantes, videlicet: Brzeszno, Rathagie, Grodzeczsko cum castoribus et omnibus pertinentiis et iuribus suis, item decimas antiquas et novalium manipulares in Cherethocz et Preginam sitas, item decimas in Dlubnya villa filiorum Syetheslavi ad mensam episcopalem pertinentes, de consensu capituli Cracoviensis donatione perpetua largitur et consignat, sanctimonialium quoque de ordine Praemonstratensi

et de monasterio in Zwyerzynyecz sumptarum coetum illuc introducit, horas diurnas et nocturnas, rem quoque divinam in cantu in praefato monasterio expleturas. Fabricat etiam muro coctili ecclesiam monasterii, sed semiplene, et pro virginibus illic Deo militaturis officinas et habitacula praeparat, ipsasque muro claudit et cingit. Aedificat et iuxta ecclesiam aliud virorum monasterium, in quo praepositus cum fratribus ordinis Praemonstratensis sanctimoniales loci et locum in spiritualibus et temporalibus gubernaturus, posset habere recollectionem. Ne autem fundatio praefati monasterii in Dlubnya a quoquam in posterum posset labefactari in toto vel in parte, Ivo ipse Cracoviensis episcopus apud Gregorium papam Nonum anno pontificatus sui tertio, apud Parisium civitatem Italiae anno Domini 1229, quem apud Parisios Galliarum in studio socium carissimum habuerat, personaliter constitutus, et qui illi et ecclesiae Cracoviensi ius metropoliticum et provinciale restituerat, confirmari obtinuit, et litteras confirmationis suis sumptibus, quas etiam in hodiernum diem Ymramoviczense monasterium obtinet expedivit, quarum exemplar de verbo ad verbum inferius subiciemus. Duravit autem fundatio monasterii praefati sanctimonialium per virum insignem Ivonem episcopum Cracoviensem taliter ut praemisimus exorta, in sua proprietate et essentia annis centum nonaginta; post quorum decursum Vladislaus Secundus Poloniae rex, de speciali consensu Sedis Apostolicae, et auctoritate generalis capituli Praemonstratensis, per Albertum Jastrzembyecz episcopum Cracoviensem, et Brzeschensem et Vithoviensem abbates, sanctimoniales Ymramovienses omnes et singulas, item et Crzyszanovienses, in Busko anno Domini 1415 transtulit, et ex tribus sanctimonialium monasteriis unum concinnavit; quae translatio hucusque in haec tempora perdurat, et quamvis a monasterio Crzyszanoviensi aliquot villae bonae, videlicet: Clyczanow, Sarbkow, Kowalye ablatae sint, et monasterio sanctimonialium iuste et necessarie unitae, nescio tamen, quo respectu a monasterio Ymramoviensi nullae villae, nullae decimae, nulli redditus, aut obventiones ablatae sunt, quamvis in crassiori monasterio mutilatio et ablatio bonorum iustior debebat censeri. Remansit itaque monasterium Ymramoviense aliqua Dei occulta providentia, quae ad aliquod opus insigne et celeberrimum, salutiferum et utile conficiendum, id fieri permisit, in suis villis decimis et redditibus integrum et immutilatum. Ab illoque tempore virginibus ex eo in Busko translatis, viri fratres ordinis Praemonstratensis duo, aut ad maximum tres, prout coram cernimus, non sine Dei omnipotentis iniuria et fraude fundatoris, et suarum animarum periculo, illic stant, opipareque et splendide Christi patrimonio utuntur, possidentes opes iuxta dictum Beati Hyeronimi sub paupere Christo, quas sub locuplete diabolo habere non potuerant. Qui vix singulis diebus unam missam

cantatam, aliquando lectam illic explent, omnibus horis canonicis nocturnis et diurnis in ecclesia cantare neglectis, iustam et rigidam quaerimoniam contra se a fundatore eorum et dotatore Ivone episcopo Cracoviensi, in extremo examine, nisi se correxerint, habituri pro suo neglectu. Ordinat autem privilegium Petri abbatis Praemonstratensis, quod villae Brzeszno, Dambowa Lanka, Sczepanowicze, item decimae manipulares in villis Jedlcza, Gywanowicze, Tsczycza, Nova Wyesz, Przestansko a monasterio Ymramoviensi debebant abstrahi, et monasterio sanctimonialium in Buszko applicari.

Ymramoviczense monasterium ad flumen Dlubnya situm, unde et antiquitus non Ymramoviense sed de Dlubnya vocitabatur, quatuor milliaribus distans a Cracovia, in villa sui nominis alias Dlubnya per Ivonem de Konske episcopum Cracoviensem pro sanctimonialium ordinis Praemonstratensis coetu et coenobio fundatum, quod etiam ut praescripsimus in sua fundatione mutilatum est, et sanctimoniales in illo degentes in Busko translatae, omnium tamen temporalium bonorum dos et proprietas per Ivonem episcopum Cracoviensem collata, translatione huiusmodi non obstante, salva eidem et integra absque ulla diminutione remansit. Extant autem in eodem monasterio haud pauca habitacula, sub clausura muri conclusa, quae servarum et sanctimonialium Dei domicilia illic quondam fuisse testantur. Gubernatur autem monasterium praefatum et administratur in spiritualibus et temporalibus per praepositum, quem ordinarius Cracoviensis ad praesentationem abbatis et conventus Brzeszensis et Ymramoviensis providet et instituit, qui secum ex fratribus ordinis Praemonstratensis nonnisi unum, aut ad maximum duos, vel tres fratres tenet, qui integritatem omnium bonorum temporalium in villis et decimis manipularibus optimis, quibus sanctimoniales et fratres ordinis eas curantes abunde contentae erant, tenentes, nunquam horas canonicas, nocturnas et diurnas decantant, rem vero divinam nonnisi dominicis et festivis diebus explent, aliis vero quotidianis et ferialibus diebus voce submissa, negligentius quam convenit, peragunt, et sancta dotalia munera, per praefatum Ivonem et alios proceres collata eidem monasterio, inaniter et sine merito consumunt. In qua re vir tam celebris in Deum, et in ecclesiam servosque suos liberalis, Ivo episcopus Cracoviensis praefatus, videtur mihi plurimum in sua intentione et in suo sancto proposito iniuriatus et fraudatus, continueque iniuriatur et fraudatur, qui cum collegium Deo dicatarum foeminarum sub ordine Praemonstratensi militantium illic instituisset et dotasset, et fratres eiusdem ordinis eis adiunxisset, ut laudes iugiter voce sonora Domino Deo altissimo intonarent, et rem divinam cum horis canonicis in cantu explerent, monialibus in Buszko translatis et omnibus bonis temporalibus circa monasterium remanentibus,

omnis iubilatio laudis divinae ab illo translationis tempore, usque ad praesens tempus est intermissa et neglecta, et substantiam monasterii praefati Ymmramoviensis qua et sanctimoniales monachique cum eis degentes abunde alebantur, duo vel tres monachi sibi usurpant, illamque inutiliter distrahunt, devorant et consummunt; verendum est, ne quandoque consurgat Deus, et praesides et ordinis Praemonstratensis patres iniuriam Dei dissimulanter negligentes, puniat.

Imramowicze, villa quam quondam veteres Dlubnyam a fluvio qui circa eam decurrit vocavere, habens ecclesiam ligneam in se, cuius meliores decimae et proventus monasterio Ymramoviensi fuerunt et sunt unitae. Cuius proprietas ad monasterium Ymramoviense pertinet. In qua sunt duo monasterii lanei cmethonales, et quilibet solvit de laneo unum fertonem. Item laborant arando cunctos agros praediales, serendo, metendo et conducendo et vocantur *iutrzyni*. Item caseum unum, gallos duos, ova viginti, item *powabam* laborant utramque, pro hyeme scilicet et vere, item *ossyep* solvunt, sex choros avenae et quatuor choros siliginis mensurae . . .; item ducturas; item taberna una agros non habens et solvit pro monasterio . . . Item hortulani quinque, habentes solum hortos, non solvunt censum, sed quilibet unum diem in septimana pedester laborat. Item est ibi praedium coenobiale, de cuius agris monasterium pro se tollit decimam. Item est ibi molendinum coenobiale in flumine Dlubnya, de quo monasterium Ymmramoviense habet notabile emolumentum, tollens duas metretas omnium frugum, quae illic moluntur. Item praebenda Szeczechoviensis habet ibi quinque laneos, de quibus pro se tollit et decimam manipularem et censum et omnes obventiones. Item omnes cmethones et hortulani coenobiales villae praefatae solvunt decimam manipularem et canapalem, et conducunt pro monasterio Ymramoviensi, et valor eius aestimatur ad duas marcas. Confinat cum villis Srzyenyawa, Ulina, Scziborzicze, Maliszicze, Glanow. Item scoltetia ibi non est. Item in eadem villa est nobilis Stanislaus Srzyenyawa, habens maiorem partem eiusdem, item sex laneos cmethonales, item hortulanias, item unum molendinum in flumine Dlubnya, item unam tabernam habentem agros, de quorum omnium agris solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro ecclesia parochiali et eius plebano Sancti Benedicti in Ymramowicze. Item ecclesia parochialis ibidem Sancti Benedicti habet agros proprios, de cuius iure patronatus longa durat contentio, inter praepositum monasterii et conventum ab una, et praefatum Stanislaum Srzyenyawa militem partibus ab altera, unoquoque principalitatem collationis sibi vendicante. Donata per Ivonem episcopum Cracoviensem monasterio Ymramoviensi.

Brzeszno, villa habens parochialem ecclesiam Sancti Aegidii in se,

cuius proprietas ad monasterium Ymramoviense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales et quilibet solvit . . ., item ova, item gallos, item caseos, item labor, item *ossyep*, item *powabam*, item hortulani, item tabernae, item praedium, item molendinum. Item post omnes agros solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis. In terra Syradiensi et dioecesi Gneznensi; donata per Ivonem episcopum Cracoviensem monasterio Ymramoviensi.

Rathagye, villa sub parochia de . . . sita, cuius proprietas ad monasterium Ymramoviense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit . . ., item ova, item gallos, item caseos, item labor, item *ossyep*, item *powaba*, item taberna, item hortulani item praedium; item post omnes agros solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis...

Grodzeczsko, villa sub parochia de . . . sita, cuius proprietas ad monasterium pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit . . . .; item ova, item gallos, item caseos, item labor, item *ossyep*, item *powaba*, item taberna, item hortulani, item praedium, item molendinum; item post omnes agros solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis...

Tharnawa, villa sub parochia ecclesiae de Ymramowicze sita, cuius proprietas ad monasterium de Ymramowicze pertinet. In qua sunt viginti octo lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu unum fertonem, item ova viginti, item gallos duos, item unum caseum, item laborant et colunt agros praediales monasterii, serendo, metendo, et conducendo, tam pro hyeme, quam pro vere; item *ossyep* solvunt sex choros avenae et quatuor choros siliginis, mensurae . . . . Item *powabam* laborant utramque, pro hyeme videlicet et pro vere; item taberna est ibi una habens agros, et solvit pro censu . . . .; item hortulani, item molendinum. Item praedium est ibi unum coenobiale, de cuius agris solvitur decima manipularis pro ecclesia parochiali in Gywanowicze. Scoltetia olim erat habens laneos septem, sed praepositus Ymramoviensis coempta scoltetia, fecit ex ea praedium coenobiale. Item post omnes agros cmethonum solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Ymramoviensi, et valor eius aestimatur ad decem marcas. Confinat cum Ymramowicze, Ulina, Srzyenyawa, Szobeszązky, Maliszycze, Wyelmosza, Mninoga.

Malisicze, villa sub parochia ecclesiae de Ymramowicze sita, cuius proprietas ad monasterium Ymramowiense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu unum fertonem, item ova viginti, item gallos duos, item caseum unum, item laborant et colunt agros praediales monasterii, serendo, metendo, et conducendo, tam pro hyeme, quam pro vere, item *ossyep* solvunt sex choros avenae et quatuor choros siliginis, mensurae . . . . . Item *powabam* laborant utramque, pro hyeme scilicet et vere. Item taberna est ibi una agros habens et solvit . . . . . . Item hortulaniae non

sunt, item praedium non est. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro monasterio Ymramoviensi, et valor eius aestimatur ad quinque marcas. Item molendinum est unum ibi in flumine Dlubnya, quod solvit pro monasterio marcas quinque. Confinat cum Ulina, Srzyenyawa, Sczíborzicze et Ymramowicze.

Trzeczyasz, villa sub parochia de Jangroth sita, cuius proprietas ad monasterium Ymramoviense pertinet. In qua sunt duodecim lanei cmethonales, et solvit quilibet pro censu unum fertonem, item ova viginti, item gallos duos, item caseum unum. Item laborant et colunt agros praediales monasterii, serendo, metendo, et conducendo, tam pro hyeme, quam pro vere; item *ossyep* solvunt sex choros avenae et quator choros siliginis. Item *powabam* laborant utramque, pro hyeme scilicet et pro vere. Item est ibi taberna una monasterii habens agros, et solvit pro censu septem marcas. Item hortulaniae non sunt. Item est ibi scoltetia habens duos laneos et unam tabernam, et de omnibus solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Jangroth. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro monasterio Ymramoviensi, et valor eius aestimatur ad quinque marcas, aliquando ad octo. Item molendinum. Confinat cum Jangroth, Glanow, Zadrosze.

Zagorowa, villa sub parochia de Ymramowicze sita, cuius proprietas ad monasterium Ymramoviense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu unum fertonem, item ova viginti, item duos gallos, item unum caseum, item laborant et colunt agros praediales monasterii, arando, serendo, arpicando, metendo, conducendo tam pro hyeme, quam pro vere. Item *powabam* laborant utramque, tam videlicet in frumentis hyemalibus quam aestivalibus. Item *ossyep* solvunt sex choros avenae et quatuor siliginis, mensurae..... Item taberna, item hortulani, item praedium, item scultetia est ibi, habens quatuor laneos. Item post omnes agros cmethonales et scultetiales solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio in Ymramowicze, et valor eius aestimatur ad duodecim marcas. Confinat cum Milunky, Glanow, et Ymramowicze.

Decimae manipulares monasterii de Ymramowicze.

Ymramowicze, decima manipularis post duos laneos cmethonales monasterii, et valor eius ad duas marcas.

Tharnawa, decima monasterii Ymramoviensis, aestimatur ad decem marcas.

Maliszycze, decima monasterii Ymramoviensis, aestimatur ad quinque marcas.

Trzeczyasz, decima monasterii, aestimata ad decem marcas.

Zagorowa, decima monasterii Ymramoviensis, aestimata ad duodecim marcas.

Glanow, villa sub parochia ecclesiae Ymramowicze sita, cuius haeres Nicolaus Chrzanstowsky, vexillifer Cracoviensis nobilis de domo Strzegomya. In qua sunt viginti lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis pro ecclesia parochiali Sancti Benedicti Ymramoviensis, et valor eius aestimatur ad viginti marcas. Item tabernae duae, una sculteti non habens agros, alia haeredis, quae solvit decimam ecclesiae Sancti Benedicti. Item hortulaniae quatuor habentes agros de praedio, quae solvunt decimam manipularem ecclesiae Sancti Benedicti. Item est ibi praedium unum militare, de cuius agris etiam datur decima manipularis pro ecclesia parochiali Sancti Benedicti Ymramoviensi. Item scultetia est ibi, habens tantum duos laneos agrorum, de quibus solvitur decima pecunialis ecclesiae parochiali Sancti Benedicti in Ymramowicze; fuerunt autem ibi sex lanei scultetiales, sed redempti sunt per haeredes, et solvunt decimam ecclesiae S. Benedicti.

Gethlcza, villa sub parochia ecclesiae de Tsczicza sita, cuius haeres Johannes alias Ivan de Obychow de armis Zubrza glowa alias Wyenyawa. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis monasterio Ymramoviensi, et valor eius aestimatur ad viginti marcas, item taberna una habens agros, item hortulani, item praedium est unicum militare, de cuius agris solvitur decima manipularis . . . .

Przestansko, villa sub parochia de Gywanowicze sita, cuius haeredes Johannes Pyenyaszek de armis Odrowansch et . . . . Zagorzensky. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solutio decimae manipularis et canapalis variatur; nam medietas villae solvit eam pro monasterio Ymramoviensi, et valor eius aestimatur ad . . . . ., medietas autem villae solvit eam et conducit pro ecclesia parochiali in Gywanowicze, et valor eius aestimatur ad . . . . . . Item tabernae non sunt, item hortulaniae non sunt. Item praedium non est, item molendinum non est.

Thsczycza, villa parochialem ecclesiam habens in se muratam lapide, cuius medietatis haeres Johannes Denowsky de domo Zambrza glowa, et filia Johannis Baliczsky de domo Bippennium alterius medietatis. In qua sunt lanei cmethonales, et de omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio in Ymramowicze, et valor eius aestimatur ad sedecim marcas. Item tabernae tres, una haeredis, duae plebani habentes agros, et prima solvit plebano . . . . Item hortulani, item duo praedia militaria, et de utriusque agris solvitur decima manipularis pro

ecclesia et plebano in Tsczycza, et valor eius aestimatur ad sex marcas. Item plebanus habet ibi agros proprios liberos, pro suo usu praedio et necessitate.

Swoyczany, villa sub parochia de Tsczicza sita, cuius haeres Johannes Sadowsky nobilis de domo et familia ...... In qua sunt lanei cmethonales, de quibus perceptio decimae manipularis et canapalis variatur; nam de aliquibus campis percipit eam monasterium Ymramoviense, de aliquibus vero ecclesia in Tsczicza, de aliquibus vero praebendarius in Obichow; valor autem decimae, quam percipit monasterium Ymramoviense, aestimatur ad sex marcas. Item taberna una habens agros, item hortulania, item praedium unicum militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Tsczicza, cuius valor ad tres marcas.

Gywanowycze, villa parochialem ecclesiam habens in se, cuius haeres Johannes Pyenyaszek de domo Odrowansch. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus etiam perceptio decimae manipularis variatur; nam de unico praedio quod est ibi, item de aliquibus campis, percipit illam ecclesia parochialis in Gywanowicze, de residuis vero campis eam monasterium Ymramoviense in totum percipit, et valor eius aestimatur ad sex marcas, item tabernae, item hortulani, item praedium pro ecclesia parochiali in ibidem.

Poskythow, villa sub parochia ecclesiae de Gywanowicze sita, cuius haeredes Johannes Pyenyaszek de domo Odrowansch et Johannes Oraczowsky de domo Srzyenyawa. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus perceptio decimae manipularis variatur; nam de medietate villae percipit eam monasterium Ymramowiense, et valor eius aestimatur ad sex marcas, de altera vero medietate villae percipit eam episcopatus Cracoviensis, et valor eius aestimatur ad ..... marcas, notarii autem consistorii Cracoviensis ex donatione speciali episcopi Cracoviensis, illam tollunt. Item tabernae, item hortulaniae duae Johannis Oraczowsky, sed non habent agros. Item praedia ibi duo, unum Johannis Pyenyaszek Gywanowsky, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae et plebano in Gywanowicze, aliud Johannis Oraczowsky, de cuius agris solvitur decima manipularis monasterio Ymramowiensi in *gonithwam*.

RUPELLA

Ordo fratrum Beati Pauli primi heremitae, habens in dioecesi Cracoviensi quinque loca.

Ordo fratrum et religiosorum sub regula Beati Augustini militantium, qui Beati Pauli primi heremitae titulum et appellationem sortitus est, in regno Poloniae et in Ecclesia ab exordio fidei, non habebatur polonica. Primusque illum Ludovicus Caroli Hungariae et Poloniae rex, nepos ex sorore Casimiri Secundi Poloniae regis, qui apud Polonos anno Domini 1370 regnare, morte Casimiri regis avunculi sui secuta, coepit, propter devotionem quam ad Beatum Paulum heremitam habebat, cuius corpus, acephalum tamen, sibi post gwerram inter eum et Venetos occasione regni Dalmatiae habitum, foedere icto per Venetos donatum fuit, et quod ad Sanctum Paulum ante Budam insigniter locatum requiescit, in Poloniae regnum introduxit, primumque monasterium in Claro monte, alias Czansthochowa Cracoviensis dioecesis per Vladislaum ducem Oppoliensem, qui regiam tunc potestatem in regno Poloniae Ludovici nomine exercebat, fabricavit, et fratres ex Buda sumptos, in eum introduxit. Processu vero temporis, in regno Poloniae et in dioecesi Cracoviensi coeli Domino cooperante, tria monasteria ordinis praefati, videlicet in Bansszowa, in Pyadziczow, in Senno fundata et erecta sunt, quorum omnium si dignatio divina concesserit, specialem faciemus descriptionem, quibus annis et quibus personis, quove anno et sub tempore fuere erecta et dotata, praeter nonnulla alia monasteria in aliis dioecesibus ecclesiae Polonicae, de eodem ordine fundata, a quorum nos continebimus descriptione. Ultimum vero omnium, monasterium Sancti Stanislai in Cracovia seu Casimiria de Rupella anno Domini 1472. die vicesima secunda mensis Junii fundatum et erectum est, in honorem altissimi et Matris Domini nostri Jesu Christi, et Sanctorum Michaelis Archangeli et Stanislai pontificis et martyris gloriosi decus et memoriam, et in animarum, quae purgantur purgandaeque sunt remedium,

et in amplitudinem fidei et religionis christianae, regnique Poloniae incrementum. Non ob id tamen illud in extremo situabimus loco, sed praepostero ordine, inter Sancti Pauli primi heremitae, qui Cracoviensem dioecesim continet, a nobis iam nominata monasteria primum illi consignabimus locum. Et locum ipsum quem Beatissimus Stanislaus praefatus felici glorificavit martyrio et Cracoviensem, quae Polonorum et metropolis et regia est, honoraturi urbem, indignum rati tam celebri loco, divino et humano consensu nobilitato, colles, nppida et villagia praeponere. Johannes siquidem Dlugosch senior, canonicus Cracoviensis moleste ferens, tam insignem locum sangvine Sancto et stupendis mirificatum prodigiis per tot saecula, quae necem Beati Stanislai sequuta sunt, haberi neglectum, et cui ultra caeteros impensior debebatur hónos, et quod is, aegre die solis, Saturni et Veneris re divina tantummodo administrabatur, proventibus etiam suis veteribus, quos ampliari non auferri conveniebat in praeposituram S. Floriani translatis exutus, magno studio, magnoque conatu per annos plures et difficultates expertus instititit, ut locus ipse hactenus saecularis cum ecclesia parochiali, in regularem transferretur, et fratribus Beati Pauli primi heremitae contemplativae et activae vitae deditis, parco, simplici, castigato, tam amictu quam victu vivere assvetis, officiis diurnis et nocturnis, re quoque frequenti divina illud officiaturis, assignarétur. Id opus egregium cum plerique mortales damnarent carperentque, et omni cura ne succederet adniterentur, Casimirus Tertius Poloniae rex a Johanne seniore, qui annis octo natorum suorum Vladislai, Casimiri, Alberti, Alexandri, Sigismundi et Friderici erat praeceptor et institutor interpellatus, nodos impedimentorum solvit, in translationem quoque huiusmodi consensit, Johannemque Scalkam de Schyeben ipsius ecclesiae de Rupella tunc rectorem, qui et ipse ab illo loco molestissime ferebat se sequestrandum iri, duabus praebendis ventrosis, Sandomiriensi, quae appellatur Zayanczkowyczska, et Kyelciensi quae appellatur Schidlowyeczska, Johannes Dlugosch contentavit; obtinuit et altare ... in eadem ecclesia de Rupella praefatus Johannes Dlugosch, a magistro Jacobo phisico erectum et censu sedecim marcarum annuo dotatum, consentientibus consulibus Casimiriensibus, praefati altaris collatoribus extingui, et proventus eius coenobio fratrum, salvis oneribus altaris annecti. Emit etiam praefatus Johannes Dlugosch praedium in villa Opathkowicze, quod erat sanctuariorum Cracoviensium, pro centum marcis, salva servitute ecclesiae, per octo hebdomadas in anno, per unum hominem pedestrem impendenda, et censu unius marcae annuo, custodi Cracoviensi solvendo. Ad instantes itaque praefati Johannis Dlugosch petitiones, Johannes Rzeszowsky tunc Cracoviensis episcopus ex parochiali ecclesia de Rupella et altari praefato, titulo eius in perpetuum extincto, regularem fundavit

ordinis praefati ecclesiam, et ipsam fratribus Beati Pauli primi heremitae per priorem et fratres regendam, perpetuo incorporavit, privilegiavit et inscripsit; accedente ad id speciali consensu et ratihabitione Jacobi de Konyeczpolye, Sancti Floriani extra muros Cracovienses praepositi, ecclesiae dc Rupella unici patroni, qui iuri patronatus illius ecclesiae pro se et suis successoribus praepositis Sancti Floriani, perpetuo per patentes litteras, ad quod etiam regius obtentus est consensus, cessit et renuntiavit, perpetuum et ipse ac successores sui praepositi Sancti Floriani anniversarium, a fratribus monasterii de Rupella, in signum praestiti beneficii habituri. Primusque illius prior fuit Jacobus de Bogumylowicze prior provincialis ordinis praedicti, duodecim fratres regulares fovens in coenobio, et rem cum illis cum officiis explens divinam. Cum proventus ecclesiae illius dum saecularis esset, plebanum et vicarium langvide sustinebant, emit et praefatus Johannes Dlugosch, consensu regio et libertatione accedente, apud Spithkonem de Melsthin in zuppis Vieliciensibus medietatem census, qui *barkrath* vocatur, de quo hebdomadis singulis triginta lati grossi proveniunt Pragenses, pro duobus florenorum millibus, et omnem censum illum, praeter duas sexagenas, quae dantur praebendae in Melsthin una, et altera altari Sanctae Catherinae in ecclesia Cracoviensi, coenobio de Rupella perpetuo inseruit, Jacobo de Senno episcopo tunc Vladislaviensi, expost tunc Gneznensi archiepiscopo, ad coemptionem census huiusmodi sexingentos florenos ex propriis conferente, ut frequentior fratrum numerus in loco praefato posset foveri. Ut autem singuli proventus, census et introitus monasterii praefati veteres et novi, pro perpetua rerum memoria possint singillatius sciri, nec aliqua occasione dolo aut fraude obliterari, ipsos et quemlibet eorum fidelius et integrius quo potuimus, in suis locis inferius annotavimus, assistente divino auxilio descripsimus.

Byenczycze, villa sub parochia ecclesiae de Racziborowicze, supra fluvium Dlubnya sita, cuius proprietas et dominium ad praeposituram Sancti Floriani extra muros Cracovienses pertinet; quae villa quondam erat ecclesiae de Rumpella et eius rectoris, nunc vero est fundus primarius praepositurae Sancti Floriani. In qua est praedium optimum praepositi, de cuius agris in tres campos distinctis tollit decimam manipularem monasterium de Skalka. Item de agris tribus sive iugeribus, et primo de agro molendinatoris villae praefatae Byenczycze superioris, ex opposito inferioris molendini sito, item de quibusdam arvis praedialibus, item de agro praediali retro curiam, qui dicitur *powabne*, item de agris Nicolai Krol et Gregorii Schidlo cmethonum, item de agris Nicolai Kostur et Johannis Schidlo tabernatorum, qui agri omnes quondam erant praediales, et valor decimae praefatae annis singulis aestimatur ad sex marcas, et tenentur illam

cmethones molendinator et tabernatores inducere in horreum, a monasterio locandum. Item decimam canapi tabernatores cmethones et molendinator...

Dambnyky, villa sub parochia ecclesiae de Rupella sita, cuius proprietas ad serenissimum dominum regem pertinet. In qua est unus laneus habens prata, ab omni censu, labore et tributo liber, qui perpetua donatione donatus est ecclesiae parochiali de Rupella, per Helizabeth reginam relictam Caroli Hungariae regis, matrem vero Ludovici Hungariae et Poloniae, et sororem germanam Casimiri Poloniae regum, ab ea ab omni labore et onere libertatus anno Domini 1371; qui quidem laneus erat vetus praedium sed angustum ecclesiae de Rupella, tenue ad culturam, quod monasterio in Skalka fundato, Jacobus de Bogumilowicze eiusdem monasterii prior provincialis ampliaturus, alium laneum cmethonalem, antiquo laneo contiguum et vicinum, censualem tamen et servilem apud Johannem Swinka cmethonem anno Domini 1474 salvis oneribus, censibus et tributis regiis, accedente ad id consensu speciali Casimiri Tertii Poloniae regis, pro triginta marcis communis pecuniae coemit, et novum laneum praefatum habentem etiam prata, veteri iungens, praedium optimum effecit, construxitque illic curiam praedialem, monasterio de Rupella ex propinquitate loci utilem et necessariam, in qua servat plurima pecora et armenta ad sustentationem monasterii opportuna. Unus autem ex laneis praefatis situs est iuxta laneum Kozarzowsky, alter vero iuxta Vislam et magnum lacum. Item de praefatis duobus laneis in Dambniky, taliter monasterio in Skalka incorporatis, solvit solvereque tenetur monasterium decimam manipularem ecclesiae parochiali de Drogynya. Item in eadem villa Dambnyky est hortus optimus, liber ab omni servitute et censu, de quo pro annuo censu solvebantur quatuor marcae; sed hortum praefatum nunc monasterium colit.

Stradomia, oppidum suburbinale oppidi Casimiriensis, sub parochia Omnium Sanctorum in Cracovia situm, cuius proprietas ad serenissimum dominum regem Poloniae pertinet. In quo fuit hortus notabilis ex opposito hospitalis Sanctae Hedvigis situs per Stanislaum dictum Czaya oppidanum de Stradomia ecclesiae de Rupella donatione perpetua anno Domini 1378 donatus; in cuius quidem horti spatio, temporis processu, de consensu rectorum ecclesiae de Rupella, locatae sunt septem domus, habentes areas bonas sibi invicem contiguas, sub annua pensione ecclesiae de Rupella perpetuo solvenda. Prima domus Bartholomaei Zywczak, in sinistra habens domum Pauli sartoris alias Papink, quae solvit monasterio pro censu mediam sexagenam. Secunda domus est Andreae Fox, apud Blasium empta, quae solvit monasterio mediam sexagenam. Item tertia domus est Stanislai Czychon, quae solvit monasterio decem grossos. Item quarta domus est

Martini advocati, quae solvit monasterio sex grossos. Item quinta domus est Jacobi Panak, quae solvit monasterio viginti scottos. Item sexta domus est Nicolai Zyla sutoris, de qua solvit monasterio viginti scottos. Septima domus est praefati Jacobi Panak, situm habens in se braseatorium, iuxta domum praefati Nicolai Zyla positum, ubi mediat parva platea, qua itur de Stradomia ad Wyoszkam, quae solvit monasterio viginti scottos. Et census praefatus de septem domibus praedictis facit in summa quatuor marcas et quatuor grossos, super horto autem huiusmodi habet ecclesia de Rupella privilegium Hedvigis Poloniae reginae, quae huiusmodi privilegio, hortum huiusmodi ecclesiae in Rupella per Stanislaum dictum Czaya servitorem Casimiri Secundi olim Poloniae regis, coram eadem Hedvigi regina resignatum appropriat, liberat perpetuo et inscribit.

Molendinum in Forwarky, sub parochia ecclesiae de Rumpella in fluvio Wylga situm, cuius proprietas ad episcopatum Cracoviensem pertinet; quod quidem molendinum Petrus Herszberg mercator Cracoviensis, apud Niklos molendinatorem, anno Domini 1441, pro nonaginta marcis coemens, et in censu annuo quinque marcarum praefatum molendinum dicto Niklos antiquo molendinatori locans, ecclesiae de Rupella illud in eleemosynam perpetuam donavit. Solvebantur itaque ecclesiae de Rupella ex praefato molendino annis singulis quatuor marcae, quinta vero marca solvebatur episcopo Cracoviensi; verum Johannes Skalka existens plebanus in Rupella vendidit proprietatem molendini praefati Nicolao Czeyxkyendorf civi Cracoviensi pro nonaginta marcis, et ab illo tempore una tantummodo marca solvitur pro festo Sancti Martini ecclesiae de Rupella ex molendino praefato.

Casimiria, oppidum in quo est domus cum area in platea, qua itur ad ecclesiam Sancti Jacobi ex una, et domum Yeralthowsky partibus ex altera, sub parochia eiusdem ecclesiae Sancti Jacobi sita. In qua pro nunc moratur Johannes carpentarius, qui pro annuo censu solvit monasterio de Rupella, pro festo Sancti Michaelis, sex grossos. Item in eodem oppido Casimiriensi sub parochia ecclesiae Sancti Stanislai de Rupella, in platea et in parte sinistra, eundo a monasterio Sanctae Catherinae in Rumpella, est domus habens bonum hortum sibi annexum, in qua nunc moratur Martinus Koczinsky, habens domum Helizabeth parte ex una, et plateam parvam, qua itur ad portam Skawinska partibus ex altera, quae pro annuo censu solvit monasterio unam sexagenam. Item in eodem oppido Casimiriensi, iuxta lacum S. Stanislai, est domus bona lignea cum horto et pomerio, quam ecclesiae de Rupella donavit in perpetuam eleemosynam Thylko oppidanus Casimiriensis, et braseatorium illic habebat, sita sub parochia de Rupella. Item in praefato oppido Casimiriensi sunt

tres domus et areae, quas quondam Nicolaus plebanus de Slaboschow et venditor decimarum episcopalium in clavi Leloviensi, ad eum iure haereditario devolutas, obtinebat; qui cum in ecclesia sua in Slaboschow a praedonibus et furibus nocturno tempore necatus fuisset, de cuius morte Potoczsky insimulabatur de armis Szrenyawitarum, Johannes Grusczynsky tunc episcopus Cracoviensis asserens sibi praefatum plebanum in Slaboschow in magnis summis obligatum remansisse, tres domos praefatas in Casimiria sui iuris esse asserens, ipsas ecclesiae de Rupella perpetuo donavit; quarum una sub parochia ecclesiae S. Jacobi, in platea prope portam, qua itur in Skawina, inter domum Hedvigis Przeczslawowa ex una, et inter aream Andreae carpentarii sita est partibus ex altera, de qua pro annuo censu solvitur monasterio unus florenus. Item secunda domus in eodem oppido Casimiriensi, et in eadem platea, et sub eadem parochia, iuxta domum immediate descriptam sita, in qua nunc moratur Mathias Gąszorek, quae solvit monasterio pro annuo censu unam marcam. Tertia autem domus per praefatum Johannem Grusczynsky donata, non in Casimiria sed in Nigra villa, in Poluwszye, sub parochia ecclesiae Sancti Stephani in Cracovia consistit, sita inter domum Nicolai ex una et aream Stanislai Koszel partibus ex altera, cuius nunc inhabitator est Mirek, quae solvit pro censu annuo mediam sexagenam pro festo Sancti Martini, monasterio in Skalka.

Blechy. Item sub terminis oppidi Kazimiriensis, et extra eius muros, iuxta fluvium Wisla, est hortus optimus, in quo panni linei dealbantur, sub parochia ecclesiae S. Jacobi, post ecclesiam S. Laurentii situs, quem quidem Petrus Niger civis Casimiriensis possidebat, nunc vero possidet illum Lank Peter consul civisque Cracoviensis, de quo pro annuo censu solvitur monasterio in Rupella, in festo S. Stanislai in Maio una marca, et pro praetorio Casimiriensi duae marcae, et hortus praefatus est contiguus horto Agnetis Borzuchowa dicto Pobrzeszye.

Pobrzeszye. Item secus Vislam et in rippa eius sub parochia ecclesiae de Rupella est domus, inter domum Franconis piscatoris ex una et Johannis piscatoris partibus ex altera sita; quam nunc inhabitat Laurentius, quae pro annuo censu solvit monasterio de Skalka octo grossos.

Columbatio. Item ad ecclesiam in Skalka pertinent nonnullae domus in oppido Casimiriensi sitae, item villae Pychowicze, Kobyerzyn, Dambniky, Wolwarfky, Blonye, Pobrzezye...

Offertorium. Item singulis fere diebus, et praesertim diebus Veneris, ad monasterium S. Stanislai in Rumpellam frequentant, et locum passione Beatissimi pontificis S. Stanislai nobilitatum singulari devotione venerantur, et oblationes suas atque vota iuxta suam quisque facultatem ibi

offerunt; cuius oblationis summa, quoniam casualis est, non potest ad liquidum aestimari.

Hortus. Item monasterium praefatum de Rumpella habet hortum contiguum domui coenobiali, et pomerium in eo arboribus consatum nobilibus ....

Lacus. Item inter duos hortos ad se pertinentes habet lacum sub monasterio situm, quem Wisla fluvius subterraneis venis inundat et irrigat, qui ferax piscibus, aegritudines depellit, fide plena Sanctum Stanislaum invocantibus, oculorum.

Opathkowycze, villa sub parochia ecclesiae de Gay sita. In qua sunt certi agri ad duos laneos aestimati, optima prata habentes, in quibus duo locati sedebant sanctuarii ex antiquo, qui ad omnia servitia et ministeria in ecclesia maiori Cracoviensi exhibenda, cum aliis Sanctuariis, cum quibus etiam de obventionibus et quaestu sanctuariorum participabant obligabantur, et unam marcam annui census custodiae Cracoviensi solvere tenebantur, ab omnibus aliis laboribus, contributionibus, suffragiis, daciis, *poradlnye*, et quibuscunque tributis, ordinariis et extraordinariis liberi et exempti. Hos itaque duos laneos Sanctuariorum, cum domibus et pratis, de consensu speciali Johannis Woischik custodis Cracoviensis, ad quem eorum pertinebat proprietas, Johannes Senior Dlugosch canonicus Cracoviensis anno Domini 1471. a praefatis sanctuariis, dictorum laneorum haeredibus, pro centum marcis communis pecuniae in amplitudinem et profectum coemit, et praefato monasterio incorporavit, salvis tamen oneribus ecclesiae et custodiae Cracoviensis. Locaverunt autem fratres de Skalka in dictis duobus laneis aliud secundum optimum praedium, nec alicui iuxta atque sanctuarii, qui in illis laneis per prius residebant, solvunt manipularem decimam, sed eam pro se tollunt et in horreum suum inducunt, et unam marcam pro annuo censu custodiae Cracoviensi solvunt; ecclesiae vero Cracoviensi octo hebdomadis illos ex ordine contingentibus ministrant; maior autem pars villae praefatae Opathkowicze pertinet ad monasterium Thyneczense.

Wyeliczka, oppidum montes habens optimos, in quo sales in abundantia effodiuntur, habens in se ecclesiam parochialem, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet, in quo si quis propriis sumptibus et labore novum montem repererit, habet ipse singulis hebdomadis unam sexagenam latorum grossorum Pragensium iure perpetuo et haereditario, per zuparios Vielicienses absque omni recusatione sibi et suis posteris solvendam; qui census communi appellatione vocatur *barkracht.* Huius itaque census medietatem Spithko de Melsthin nobilis de domo Lelivitarum cum habuisset, habita et paterna sibi successione relictam, Johannes Dlugosch senior canonicus Cracoviensis, obtento speciali consensu Casimiri

Tertii Poloniae regis et etiam libertatione, illum pro duobus millibus florenorum, a praefato Spithkone de Melsthin emptione et resignatione perpetua et irrevocabili comparavit, praefatoque monasterio in Skalka perpetuo incorporavit. Ad quam emptionem Jacobus de Senno episcopus tunc Vladislaviensis, expost vero archiepiscopus Gneznensis, sexingentos florenos in auro, praemium ab altissimo, et anniversarium perpetuum a monasterio in Skalka habiturus dedit; ex quo quidem censu monasterium praefatum singulis annis percipit sexaginta tres florenos, duabus sexagenis latorum grossorum exceptis, quarum unam tenentur dare praebendae in Melsthin, alteram vero pro altari S. Catherinae in Cracovia in maiori ecclesia.

Proventus altaris tituli Sanctae Crucis in ecclesia Sancti Stanislai in Rupella.

Domus lignea satis optima habens hortum bonum cum pomerio, in qua altarista altaris praefati, antequam monasterio in Rupella incorporaretur, et antequam eius titulus extingveretur, residentiam personalem faciebat. Altare autem praefatum magister Jacobus de Casimiria medicinae doctor insignis, cognominatus Vobistigwaszd, loquutionibus enim suis frequenter verbum istud *vobiscigwaszd* apponebat, de facultatibus suis ex medicina quesitis censibus, in oppido Kazimirz in domibus de consensu consulum et oppidanorum coemptis, sub pontificatu Zbignei cardinalis et episcopi Cracoviensis, ex singulari devotione fundavit, anno Domini 14 . . . . . .

CZANSTOCHOVIENSE.

Secundum monasterium ordinis Beati Pauli primi heremitae, in dioecesi Cracoviensi in oppido Czanstochoviensi.

Vladislaus Oppoliensis et tunc Vielunensis, Ostrzeszoviensis et Dobrzinensis dux, et palatinus regni Hungariae, resignatis terris Russiae, videlicet Leopoliensi, Przemisliensi, Haliciensi et Podoliensi, quas in eum Ludovicus Poloniae et Hungariae rex perpetua donatione, ut et tanquam Poloniae rex attulerat, eo, quod possessionem earum propter enormem regni Poloniae mutilationem, sibi intelligebat non posse fore diuturnam, rege insuper praefato Ludovico instante, qui alienationem et mutilationem regni Poloniae tam iniquam et notoriam, conscientia illum remordente ferre non potuit, et in vicissitudinem terrarum praefatarum Russiae resignatarum,

praefatas Wielunensem, Ostrzeszoviensem, Dobrzynensem, item castra Crzepicze, Holsthyn, Bobolycze in terra Cracoviensi consistentia, donatione perpetua eiusdem Ludovici regis sortitus, sive donatione propria suapte permotus sive praefati Ludovici regis missione et admonitione ut aliqui ferunt, inductus, utpote qui ad ordinem Beati Pauli primi heremitae, cuius corpus acephalum tamen, per Venetos circa foedus pacis perpetuae cum illis ictum, dono acceperat, singularem huius devotionem de ecclesia parochiali Sanctae Mariae in Antiqua Czanstochova, matre filialis ecclesiae in oppido Czanstochowa sibi propinquo, Cracoviensis dioecesis, de consensu Radliczae Johannis Cracoviensis episcopi et Henrici Byel de Bleszno Cracoviensis et Gneznensis canonici, plebani in Antiqua Czanstochowa, viri nobilis de domo Ostoya sponte illi renunciantis, anno Domini 1382 nona die Augusti, monasterium fratrum heremitarum ordinis Beati Pauli primi heremitae, militantium sub regula Beati Augustini fundat; cui monasterio dux ipse consignat in dotem donatione perpetua villas regias Antiquam Czanstochowa et Krowodrza, cum fabrica ferrificii, molendino et praedio eidem adiacentibus, item decimas pecuniales theloneorum in oppidis Ostrzechow et Czanstochow. Item decimas frumentales in villis regiis: Gayanczice, Dworzyszowicze, Dupicze, Kruplin et Antiqua Brzesznycza, sub tenuta castri Brzesznicza consistentibus. Item decimas frumentorum et braseorum de molendinis constructis et construendis in oppido Czanstochowa et Zary. Item decimas mellis in villis regiis Przemulowicze, Przewodzyszowicze, Bobrowniky, Nadalicze, Kosszanczin, Biskupicze in districtu Holsztinensi, item, Bobrowniky et Kamyen in districtu Wielunensi consistentes, libertando bona monasterii praedicti ab omnibus oneribus, tributis et daciis ordinariis et extraordinariis universis. Haec tamen fundatio et dotatio per praefatum Vladislaum ducem Oppoliensem tunc facta, brevi admodum duravit tempore, velut ea, quae de alieno constituta, facile vires amisit. Ludovico etenim Hungariae et Poloniae rege, pro conditione mortalitatis praefatis subtracto, Vladislaus Secundus natione Lithvanus eidem in regno Poloniae succedens, Vladislaum Oppoliensem ducem, quoniam sponte ducatus et regni Poloniae terras videlicet Vielunensem, Ostrzeszoviensem et Dobrzynensem, et partes terrae Cracoviensis per ipsum iniuste occupatas, frequenter requisitus non reddebat, neque homagium de illis consentiebat exhibere, ipsum per vim et arma atque potentiam de eisdem propulsat, eicit et expellit, et in sui facinoris detestationem singula acta eius rescindit, inficit et damnat. Inter quae et fundationem monasterii Czanstochoviensis per Vladislaum Oppoliensem praefatum confundens et abrogans, novam eiusdem monasterii et magis foecundam soli-

damque constituit anno Domini 1393. vicesima quarta Februarii, apud Cracoviam tunc agens, sub praesentia Spithkonis de Melsthin Cracoviensis, Johannis de Tharnow Sandomiriensis, Johannis Liganssza Lanciciensis palatinorum, Christini de Ostrow Sandomiriensis, Cristini de Koszeglowy Sandeczensis, Straszonis de Koszczelniky Malogostensis castellanorum, Zakliczc de Myedzygorze cancellarii, et clementis de Moskorzow regni Poloniae vicecancellarii, fundationem, donans et inscribens eidem monasterio, per patentes litteras, donatione perpetua et irrevocabili villas regias: Antiquam Czanstochowa, Krowodrza, Grabowa, Szarleowka, Lgotha. Item angulum mellificiorum, qui Jamiska vulgariter nuncupantur, iuxta metas praedictarum villarum et iuxta fluvium Szarnowa situatum, quem cmethones villae regiae Zakrzow secus oppidum regium Clobuczko positae, alias possidebant, una cum ferrificio et piscina. Item praedium seu allodium, contigue adiacens ipsi monasterio. Item quatuor marcas latorum grossorum Pragensium census regii ex oppido regio Czanstochowa, annis singulis provenientes; item duo macella carnificum in eodem oppido Czanstochowa; libertans omnes villas praefatas a se dotatas, ab omnibus expeditionibus, exactionibus, tributis et daciis, et oneribus quibuscumque, praeter dacia avenae, pro qua tenebitur quilibet de laneo pro festo S. Martini solvere unam mensuram avenae, mensurae Vielunensis. Item dedit libertatem monasterio praefato, item ferrificio, item omnibus villis praefatis, ut propriis lignis deficientibus, habeant facultatem in sylvis, nemoribus et borris regiis, absque tamen detrimento alveariorum, pro aedificiis, carbonibus et focis, in propriam duntaxat necessitatem, pro quolibet tempore scindendi et recipiendi; concessit et libertatem lapides ferri et eius mineram, ad conflandum ferrum, in omnibus sylvis, nemoribus, borris, villis regiis, absque tamen damnificatione haereditatum et illatione damnorum, ad fabricarum usus et necessitates recipiendi. Singulari etiam devotione locum vivens coluit et violatores illius Jacobum Nadobny de Rogow de domo Dzalossza, et Johannem Curopatwa de Laczucho de familia Srzenyawa, qui illic magnam pecuniarum vim se offensuros credentes, locum expilaverunt, in ergastulis aliquandiu habuit. Cuius vestigia filius eius Casimirus Tertius Poloniae rex sequutus, anno Domini 1474 ecclesiam parochialem in oppido Czanstochowa collationis suae regiae monasterio praefato, de consensu Johannis Rzeszowsky tunc episcopi Cracoviensis annexuit, cum eius redditibus et incorporavit, filiamque matri univit. Ut tamen qualitas omnium villarum obventionum eiusdem monasterii notior fiat, illas sigillatim describere pergemus.

Monasterium Czanstochova habens ecclesiam muro lapideo fabricatam cum suis officinis, tam parochialem quam conventualem, ubi olim ecclesia

parochialis saecularis lignea de trabibus pinosis habebatur, quam et ego recordor me vidisse, processu autem temporis et chorus et corpus ecclesiae eleemosynis fidelium erecta sunt; et fratrum illic degentium industria; habet et capellam in septentrionali plaga, ex muro, in qua imago Gloriosissimae et Excellentissimae Virginis et Dominae ac Reginae mundi et nostrae Mariae, mira et rara pictura elaborata ostenditur, placidissimum habens quocumque te verteris aspectum, quae una fuisse ex his fertur, quas Beatus Lucas Evangelista sua manu depinxit; et quam in locum illum Vladislaus Oppoliensis dux cognominatus Ruszky, in primaria monasterii fundatione intulit; devotione singulari aspicientes, quasi vivam cerneres perfundens.

Praedium notabile in quatuor campos distinctum, monasterio Czanstochoviensi contiguum, ad proprietatem eiusdem monasterii pertinens, donatum monasterio per Vladislaum Secundum Poloniae regem, de cuius agris solvebatur decima manipularis in oppido Czanstochowa, et marca pecuniae communis pro illa.

Antiqua Czanstochowa, villa sub parochia de oppido Czanstochowa sita, cuius proprietas ad monasterium Czanstochoviense pertinet, donata monasterio per Vladislaum Secundum Poloniae regem. In qua sunt lanei . . . ., et quilibet solvit . . . . , item ova quindecim, item gallos, item caseos, item labor, item *powabam*, item *osszyep*, item taberna, item hortulani, item praedium; item omnes agri villae solvunt decimam monasterio in Msthow pecunialem.

Crowodrza, villa sub parochia de Czanstochowa sita, cuius proprietas ad monasterium Czanstochoviense pertinet, donata eidem per Vladislaum Secundum Poloniae regem. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit mediam sexagenam. Item ova non solvunt; item gallos non solvunt, item caseos non solvunt; item laborant unum diem in anno falcastrando, et quod falcastrant, rastrando, colligendo, ducendo; item *powabam* non laborant, item *osszyep* quilibet de laneo solvit unam mensuram siliginis et unam avenae; item taberna non est, item hortulaniae duae habentes agros, quilibet solvit unum fertonem, item praedium non est, item omnes agri villae solvunt decimam pecunialem pro monasterio in Msthow. Confinat cum Dzbow, Ranczowicze, Czanstochowka et oppido Czanstochowa.

Grabowka, villa sub parochia de Czanstochowa sita, cuius proprietas ad monasterium Czanstochoviense pertinet, donata monasterio per Vladislaum Secundum Poloniae regem. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit . . . . , item ova, item gallos, item caseos, item labor, item *powabam*, item *osszyep*, item taberna, item hortulaniae, item praedium, item omnes agri villae solvunt decimam pecunialem pro monasterio Msthoviensi.

Sarleowka, villa sub parochia de Clobuczsko sita, cuius proprietas ad monasterium Czanstochoviense pertinet, donata eidem monasterio per Vladislaum Secundum Poloniae regem. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit ...., item ova, item gallos, item caseos, item labor, item *powabam*, item *osszyep*, item non sunt in eadem villa tabernae, non sunt hortulaniae; est ibi scoltetia, habens .... ; item non est ibi aliquod praedium; item de omnibus laneis et scoltetia solvitur decima pecunialis ecclesiae in Clobuczsko, de quolibet laneo per sex grossos.

Lgotha, villa sub parochia de Clobuczsko sita, cuius proprietas ad monasterium Czanstochoviense pertinet, donata eidem monasterio per Vladislaum Secundum Poloniae regem. In qua sunt tredecim cum medio lanei cmethonales, et quilibet solvit mediam marcam; item ova, item gallos, item caseos, item labor, item *powabam*, item *osszyep*. Item non sunt in eadem villa tabernae, non sunt hortulaniae. Item fuit in eadem unus villa nobilis Mikosch, habens illic unum tantum praedium; sed Nicolaus Borzinowsky existens tunc prior provincialis Czanstochoviensis, pro centum marcis coemit illud pro monasterio, et habet ibi monasterium praedium, de quo solvit decimam manipularem ecclesiae in Clobuczsko. Item de omnibus agris villae solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis monasterio in Clobuczsko, et valor eius aestimatur ad decem marcas. Confinat cum Pyerschne.

Jamyska, non est villa, sed sylva et borra extensa et lata, quae olim ad villam Zakrzow prope Clobuczsko sitam, et ad eius incolas ex antiquo pertinebat, et quam praefati incolae de Zakrzow apum et mellis alveariis impleverant et pro Poloniae rege tributa mellis secundum quantitatem mellis ex illa solvebant; sylvam autem praefatam cum suis alveariis omnibus et attinentiis praefatus Vladislaus Secundus Poloniae rex, fundando monasterium Czanstochoviense, ab eisdem cmethonibus de Zakrzow abstulit, et monasterio Czanstochoviensi perpetuo contulit et incorporavit, iuxta quam fluvius Szarnowa decurrit, in quo fluvio locata est fabrica, quae pertinet ad castrum Crzepiczense et vocatur Hankowa fabrica.

Czanstochowa, oppidum habens in se ecclesiam parochialem muratam, iuxta fluvium Wartha situm, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet, de cuius proventibus Vladislaus Secundus Poloniae rex, fundando monasterium Czanstochoviense, quatuor marcas latorum grossorum Pragensium monasterio praefato Czanstochoviensi donavit, contulit et inscripsit, ex censibus oppidi praefati, per monasterium Czanstochoviense percipiendas.

Duo macella. Item in praefato suo oppido regio Czanstochoviensi praedictus Vladislaus Secundus Poloniae rex, fundando Czanstochoviense

monasterium, duo monasterio Czanstochoviensi perpetuo contulit et inscripsit macella, et quodlibet annis singulis solvit......

Gnaszin, fabrica ferri et piscina, sub parochia de Czanstochova sit., cuius proprietas ad monasterium Czanstochoviense pertinet; donata eidem monasterio Czanstochoviensi per Vladislaum Secundum Poloniae regem, in flumine Zarnowa fundata, venas ferri et mineras in circuitu habens foecundas, et piscinam in eodem fluvio Szarnowa piscibus uberem, et solvit annis singulis pro monasterio.....

BANSCHOVIENSE

tertium monasterium ordinis Beati Pauli primi heremitae, in Cracoviensi dioecesi consistens, inter alia.

Albertus Jastrzambyecz de Lubnicze ex pontificio Poznaniensi in Cracoviensem sedem translatus, patrimonii sui sortem et ampliaturus et magnificaturus, ecclesiam parochialem in Banschowa Militari, cuius et ipse cum nepotibus caeterisque militibus de domo et familia Accipitrum patronus et collator erat, et Poznaniensis episcopus existens, anno Domini 1407. cum antea lignea et humilia aedificia haberet, in coctilem et muratam transformaverat; anno Domini 1421. in die S. Trinitatis in conventualem et monasticam transferens, eamque fratribus Beati Pauli primi heremitae, sub regula Beati Augustini, et sub nonnullis constitutionibus superadditis viventibus, consignat, in laudem Omnipotentis Dei horas nocturnas et diurnas, resque divinas et caetera divina officia expleturis, et curam animarum in plebe illius parochiae gesturis. Non tamen monasterio illi novo circa translationem, aliquam dotem crassiorem, sed tantummodo vetustos proventus ecclesiae parochialis, et proventus praebendae seu altaris, quam episcopus Cracoviensis existens in eadem ecclesia fundaverat, et decimis manipularibus mensae episcopalis in utraque Swichow dotaverat assignat, prope tamen mortem constitutus, villulam tenuem Bidlowa illis coemerat, mille insuper marcas latorum grossorum Pragensium pro amplioribus bonis coemendis, in manibus Sbignei episcopi Cracoviensis executoris sui reliquerat, quas pronepotes sui Derslaus et Johannes ad se pertractas, certas villulas et sortem omnem villae Banschowa coementes, ipsas praefato in Banschowa incorporarunt, adiunxeruntque monasterio. Sed et praefatus Albertus Jastrzambyecz principalis praefati monasterii fundator, etiam de sede Cracoviensi, Nicolao Tramba obeunte,

in Gneznensem translatus, dulcedine natalis soli attractus, frequenter locum monasterii personaliter visitabat, variisque illud exornabat clenodiis; excitavit etiam in eodem suis sumptibus adhuc vivens monasterio domum ex muro cum stuba caminata, palaciis, cellariis et cellis, caeterisque coenobialibus officinis insignem, et piscinas aliquot ad usum fratrum et necessitatem exstruxit, in fratres ordinis singularem devotionem gerens, quod parco et castigato victu et simplici amictu contenti, neque amplos proventus requirerent, neque perpetuos sed annuos magistratus; in vitae sanctimonia et regulari observatione utramque vitam, activam videlicet et contemplativam, duplici propterea merito digni exercerent. Cuius quidem monasterii singulos tam veteres quam novos introitus, pro eorundem perpetua subsistentia descripturi a novis ordiemur.

Banschowa, villa parochialem seu conventualem, coctoque latere muratam in se habens ecclesiam, cuius proprietas et dominium ad priorem seu conventum monasterii in Banschowa. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, de quibus pro annuo censu solvitur unus ferto; item est ibi unus nobilis habens unum laneum, item sunt ibi quatuor piscinae, item est ibi una taberna, de qua pro annuo censu solvuntur duae marcae; item sunt ibi duo hortulani, qui solvunt per octo grossos; item est ibi praedium monasterii, de quo soli percipiunt decimam; item post omnes agros tam cmethonales quam curiae, solvitur decima manipularis, et per quatuor ierugas canapalis, pro monasterio in Banschowa. Item haec omnia, praeter decimam, sunt donata

Banschowka, villa sub parochia ecclesiae de Banschowa sita, cuius proprietas et dominium ad monasterium in Banschowa pertinet. In qua est unus laneus cmethonalis, de quo pro annuo censu solvit duas marcas communis pecuniae, in regno Poloniae currentis. Item tenetur unum diem duntaxat in septimana laborare, item tenetur dare et solvere duodecim ova, quatuor gallos, item non solvunt caseos, item non solvunt avenam, item est ibi unus nobilis habens unum laneum. Item de omnibus agris tam cmethonis quam curiae, solvitur decima manipularis ecclesiae et monasterio in Banschowa, et inducunt eam in horreum a priore locandum.

Bydlowa, villa sub parochia ecclesiae de Banschowa sita, cuius proprietas et dominium ad priorem et conventum monasterii in Banschowa pertinet. In qua est unus laneus, de quo pro annuo censu solvitur una marca, item praefati agri seu incolae in eis residentes, tenentur laborare quatuor dies in septimana, item ova, item caseos, gallos; avenam non dant; item decima ex eisdem agris diversificatur, nam post tria quartalia agrorum solvitur decima episcopo Cracoviensi, de una vero quarta, decima ecclesiae

in Olyeschnicza. Item non sunt tabernae, neque hortulaniae. Item est ibi unus molendinator, qui pro annuo censu solvit unam marcam.

Bistramowicze, villa sub parochia de Czyrnin sita, cuius proprietas et dominium ad priorem et conventum monasterii pertinet. In qua sunt quinque lanei cmethonales, de quibus solvitur census varie pro annuo censu, nam tres per viginti scottos, et unus tres fertones, quartus unum fertonem solvunt. Est ibi obstaculum in Visla, ad cuius labores cmethones obligantur. Item decima diversificatur post tres agros in Przeczslaw, in Czyrnin post duos laneos. Item non est ibi praedium, neque hortulaniae, neque taberna.

Oblyecz parva, villa sub parochia ecclesiae de Banschowa sita cuius proprietas et dominium ad magnificum dominum Johannem de Rythwany, nobilem de armis et familia Accipitrum pertinet. In qua sunt duo lanei, item est ibi una taberna, item alios duodecim laneos haeres deposuit in praedium suum, et datur decima ex omnibus agris tam cmethonalibus quam praedialibus monasterio in Banschowa, item non sunt hortulaniae.

Oblyecz Magna, villa sub parochia de Zborow sita, cuius proprietas et dominium ad magnificum dominum Johannem de Rythwani, nobilem de armis Jastrzambczonum pertinet. In qua undecim sunt lanei cmethonales, item est ibi una taberna habens agros, item non sunt hortulaniae, neque praedia. Item post omnes agros solvitur decima manipularis ecclesiae et monasterio in Banschowa et tenentur eam cmethones inducere in horreum a priore locandum, et valor eius aestimatur ad septem marcas.

Lubnicza, villa sub parochia ecclesiae de Banschowa sita, cuius proprietas et dominium ad Johannem de Rythwani, regni Poloniae marschalcum pertinet. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, item una taberna habens agros, item est ibi optimum praedium; item post omnes agros tam cmethonum, tabernatoris, hortulani, quam praediales, solvitur decima manipularis ecclesiae seu monasterio in Lubnicza et inducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a priore locandum, et valor eius aestimatur ad duas marcas.

Lyczba, villa sub parochia ecclesiae de Banschowa sita, cuius proprietas et dominium ad magnificum dominum Johannem de Rythwani, regni Poloniae marsalcum, nobilem de armis Jastrzambczonum. In qua sunt tres lanei cmethonales, item non est aliqua taberna, item non sunt hortulaniae, item non est praedium, item decima manipularis post omnes agros cmethonales solvitur ecclesiae coenobiali in Banschowa et inducunt eam propriis curribus in horreum a priore locandum, et valor eius aestimatur ad duas marcas.

STARA WYESZ, villa sub parochia ecclesiae de Banschowa sita, cuius proprietas et dominium ad Johannem de Rythwany, nobilem de armis Jastrzambczonum pertinet. In qua sunt tres lanei cmethonales, item sunt in eadem villa tres hortulaniae habentes agros, item est in eadem villa una taberna etiam habens agros; item de omnibus agris tam cmethonalibus quam hortulanorum et tabernatoris solvitur decima manipularis ecclesiae coenobiali in Banschowa, et inducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a priore locandum; cuius valor, aestimatur ad duas marcas.

KRZECZOW, villa sub parochia ecclesiae de Banschowa sita, cuius proprietas et dominium ad magnificum dominum Johannem de Rythwany, marsalcum regni Poloniae, nobilem de armis Accipitrum pertinet. In qua sunt tres lanei cmethonales, item hortulaniae, item tabernae, item praedium. Item decima manipularis post omnes agros solvitur ecclesiae coenobiali, et inducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a priore locandum, et valor eius aestimatur ad duas marcas.

CZARYSIN, villa sub parochia ecclesiae de Banschowa sita, cuius proprietas ad magnificum dominum Johannem de Rytwani regni Poloniae marsalcum, de armis Accipitrum, pertinet. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, item non sunt tabernae, non sunt hortulaniae, non est praedium, item decima manipularis solvitur pro monasterio in Banschowa, de omnibus agris cmethonalibus, et inducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a priore locandum, et valor eius ad unam marcam aestimatur.

OTHALASZ, villa sub parochia ecclesiae in Czyrnin sita, cuius proprietas et dominium ad nobilem dominum marsalcum Johannem de Rythwani pertinet, nobilem de armis Accipitrum. In qua sunt quinque lanei cmethonales, item est ibi una taberna habens agros; non sunt hortulaniae, non est praedium. Item post omnes agros solvitur decima manipularis monasterio in Banschowa et inducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a priore locandum, et valor eius aestimatur ad quinque marcas.

OTHALASZKA WOLYA, villa sub parochia ecclesiae de Czyrnin sita, cuius proprietas et dominium ad magnificum dominum Johannem de Rythwani, regni Poloniae marsalcum pertinet. In qua sunt quinque lanei cmethonales, item est aliqua taberna, item est praedium, item hortulaniae; item decima manipularis solvitur monasterio, et per cmethones propriis curribus inducitur in horreum a priore locandum, et valor eius aestimatur ad quinque marcas.

MYLONYN, villa sub parochia ecclesiae de Czyrnin sita, cuius proprietas ad nobilem Aegidium de Sudol, de armis Habdancze pertinet. In qua sunt duo cum medio lanei; item est ibi molendinum habens agros; item

non est aliqua taberna, item non sunt hortulaniae, item non est praedium. Item post omnes agros, tam cmethonales, quam molendinatoris, solvitur decima manipularis ecclesiae et monasterio in Banschowa, et inducunt eam propriis curribus in horreum a priore locandum, cuius valor aestimatur ad unam marcam.

Breń, villa sub parochia ecclesiae de Czyrnin sita, cuius proprietas et dominium ad dominum Aegidium de Sudol, nobilem de armis Habdancze pertinet. In qua sunt quinque lanei cmethonales; item non sunt hortulaniae, item non sunt tabernae, item non est praedium. Item de omnibus agris solvitur decima manipularis ecclesiae in Banschowa, et inducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a priore locandum, et valor aestimatur ad duas marcas.

PYANDZICZOVIENSE

Quartum monasterium ordinis Beati Pauli primi heremitae, in dioecesi Cracoviensi.

Sbigneus de Olyesznicza genere nobilis, de domo et familia Polonorum, quae se Dambno appellat, et crucem albam cum circumlatura triplici, sub latere sinistro crucis, in campo rubeo pro insigni defert, in Cracoviensem episcopum, Alberto Jastrzambyecz in Gneznensem translato, anno Domini 1423, et deinde ob virtutem, praestantiam in Sanctae Romanae ecclesiae tituli Sanctae Priscae presbyterum cardinalem anno domini 1439 assumptus, stirpem et domum suam magnificaturus, castrum et villam Pyandziczow, ad fluvium Nida, cum villis Koporynya, Wyerczyczow, Parschiwka, et successive alias villas in vicinio pro fratre suo germano Johanne Glowacz de Olyeschnicza et successoribus suis, pro certa pecuniae summa et quantitate coemit, et veteri castro, quoniam sibi humile et rescisum et indecorum videbatur, in totum demolito, aliud extensius ex quadro lapide sumptuoso et magnifico opere, tam nobiliter per annos triginta fabricavit, ut arx tam nobilissima et ornatissima parem non habeat in Poloniae regno; ad cuius fabricam et ornatum, ut tam grandis, tamque illustris moles aevo nostro posset extolli, et in opus amplum deduci, plurima laternorum et architectorum sudarunt ingenia, et in eius sumptus haud pauca argenti pondera erogata. Ex vico autem ignobili oppidum excitaturus, villa Wyerczyczow ei contigua, in qua quadrato saxo a veteribus constructa ecclesia fuerat deposita, civitatem fundavit, in qua et ecclesiam collegiatam fundaturus

quo foecundior oppido novo amplitudo proveniret, decimas manipulares mensae episcopalis in villis quinque clavis Wisliciensis, videlicet: in Crzyszanowicze, Welcz, Coporinya, Parsziwka et Cowalye centum marcas communi aestimatione appendentes de consensu Cracoviensis capituli, quem, perpetuo donatis capitulo Cracoviensi manipularibus decimis mensae ecclesiae Cracoviensis episcopalis, videlicet in oppido Koschicze et villis Wlostowicze, Prokoczicze, Sandzyszowicze et Woywanowicze, facile obtinuit, novae collegiatae ecclesiae inscripsit et perpetuo donavit. Processu vero dierum, collegiate ecclesiae fundationem abhorrens, veritus, ne morte sua sequuta, praelati et canonici futuri Pyandziczovienses, solos proventus et introitus beneficiorum, quemadmodum in aliis collegiatis ecclesiis compertum est assidue existere, percipere contenti, curam eius et residentiam negligerent solaque lana gaudentes, laborem non attenderent pasturae, monasterium fratrum heremitarum Sancti Pauli primi heremitae, sub regula Beati Augustini viventium, illic fieri disposuit, et anno Domini 1436. octava Octobris illud cum germano suo Johanne Glowacz de Olyeschnicza, qui regni Poloniae marsalcatus fungebatur officio, et qui etiam palatinatum Sandomiriensem post adeptus fuerat, fundavit, dans illi in perpetuam dotem et inscribens praefatas quinque decimas episcopales in Crzyzanowicze, Welcz, Coporyna, Parsziwka et Cowalye; uniens etiam eidem monasterio duarum ecclesiarum parochialium, videlicet in Pyandziczow et Wyercziczow parochias, redditus et proventus et curam animarum dictarum duarum ecclesiarum in priorem et fratres monasterii transfundens; coemens autem villam Podlansze in vicinatu et sub parochia Pyandziczoviensi sitam, pro trecentis marcis a ..... Sczyepyeczsky, nobili de domo Janina, constructis in ea quatuor piscinis, ipsam cum praedio molendino et plenitudine iuris, nihil sibi in ea aut fratri, aut nepotibus reservando, praefato monasterio donatione perpetua et irrevocabili dedit, contulit, et inscripsit, certos tamen laneos in villa Wyercziczow, qui ad praedium plebani pertinebant, in recompensam et vicissitudinem praefatae villae Podlansze recepit, et illos oppidanis Pyandziczoviensibus distribuit, onus id praefato monasterio Pyandziczoviensi priori et fratribus perpetuo imponens et in signum iurispatronatus, fundationis quoque et dotationis monasterii praedicti, et ad reddendam vicissitudinem beneficii accepti, quod tamen constat nonnisi ex proventibus ecclesiasticis derivatum esse, teneatur prior et fratres monasterii Pyandziczoviensis in perpetua tempora, annis singulis, Johanni Glowacz praefato, velut primario monasterii praefati fundatori, et dotatori, eiusque filiis, nepotibus et singulis domus eorum Dambno pronepotibus, per lineam directam descendentibus, solvere et praesentare ducale dierium, videlicet duodecim gallos, duodecim choros avenae, quartam partem vaccae, sexaginta

panes, unum octuale cervisiae. Cum autem ecclesia parochialis in Pyandziczow humilis et imperfecta foret, chorum quidem eius et sacristiam non movit, neque ampliavit, sed veterem supplevit et testudinavit, corpore tamen veteri demolito novum fabricatum est magis latius et extensius, quod etiam testudinatum cum sacristia et libraria fabricavit, et lapide albo monasterium in quadrum, et pulcherrimas stubas caminatas, cellaria, cellas et ambitus testudinatos constituit, coemeterii quoque latitudinem muro circumdedit. Providit insuper monasterio praefato, de libris, calicibus, crucibus, casulis, cappis, choralibus, campanis, imaginibus, et omnem sepellectilem monasterii praefati efficere conatus est fulgidam et lucentem. Primus autem fuit prior Nicolaus de Borzinow, vir spectatae virtutis, vitae pudicae et exemplaris, qui annis pluribus monasterium illud administrans, plurimas illi, et in vinearum et in pomeriorum plantatione, et in muris et in aedificiis praestitit commoditates, et porticus eius ac coemeterium ex muro fabricat; monasterii autem praefati tales in specie habentur decimae, introitus et proventus.

Monasterium Pyandziczoviense versus partem orientalem porrectum in basso, et iuxta coemeterium, est ad omnes partes, orientis videlicet, occidentis, austri et septentrionis aequaliter situm; habens a parte meriodionali et orientali pomaria et vineas, caeterasque plantationes, a parte vero septentrionali curiam coenobialem, in qua conservantur pecora, oves et iumenta, caeteraque ad usum monasterii pertinentia suppellectilia, cui coniunctum est horreum, in quod frumentorum sata et ex propriis agrorum laboribus et ex decimis provenientia, deducuntur. A parte autem occidentali habet coemeterium, per quod usque ad librariam, et abinde usque ad sacristiam ambitus superne erectus, quietum praestat monachis ad ecclesiam ex monasterio, pro quocumque tempore et ingressum et egressum.

Oppidum Pyandziczow situm iuxta fluvium Nida, habens in se ecclesiam parochialem et conventualem, lapide albo pulchre fabricatam, honorique Sancti Johannis Evangelistae dicatam, cuius haeres Andreas de Olyeschnicza de armis Dambno. Vicus ibi quondam erat, in quo habebantur lanei hactenus oppidanis distributi, item praedium castrense, de quibus solvebatur, nunc quoque solvitur decima manipularis ecclesiae et monasterio Pyandzyczoviensi, et conducitur per oppidanos in horreum monasterii propriis curribus, et valor eius aestimatur ad decem marcas. Item est ibi molendinum notabile in flumine Nyda, solvens metretas pro dominio, in quo monasterium Pyandziczoviense ex privilegio fundationis, molit singula frumenta cuiuslibet germinis, et etiam brasea, absque metreta molendini, quocumque tempore et casu, mensura tamen molendinatoris excepta. Item monasterium Pyandziczoviense habet ibi propria prata bona, in flumine Nida sita; item praefatum monasterium habet proprium lacum inter undas Nidae

consistentem, qui olim ad plebanum Pyandzyczowyensem cum pratis pertinebat, in quo solet frequenter multitudo piscium concludi: primum pratum retro flumen Nida loco Bistrzecz contiguum, secundum in Szmyadochowy, tertium circa pratum advocati. Item hortum penes Nida situm. Item habet monasterium Pyandziczoviense plenam facultatem in flumine Nida ubique in tota haereditate Pyandziczoviensi piscandi, quibuscumque retibus, absque tamen praeiudicio piscatorum, qui fluvium arendant.

Wyercziczow, villa olim hominibus et colonis possessa et locata, nunc vero in totum agris eius oppido Pyandziczoviensi attributis, deserta, habens in se ecclesiam parochialem, quadro fabricatam lapide, et vetusto opere, Sanctae Mariae dicatam, quae singulis diebus dominicis per fratres monasterii Pyandziczoviensis re divina administratur. In qua quondam fuerunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvebatur et conducebatur decima manipularis et canapalis ecclesiae et plebano in Wyerczyczow; nunc vero conducitur pro monasterio Pyandziczowyensi, et valor eius aestimatur ad septem marcas. Item ecclesia et plebanus habebat ibi pro suo praedio duos laneos liberos, quos in vim commutationis, dedit monasterium Pyandziczoviense pro villa Podlansze, et distributi sunt oppidanis Pyandziczoviensibus; monasterium tamen Pyandziczoviense percipit decimam manipularem ex eisdem. Item ibidem piscina parva, quae quondam erat plebani; item duo prata in Dyówy, quae olim erant plebani in Wyerczyczow.

Podlansze, villa sub parochia ecclesiae de Pyandziczow sita, fundus unicus et principalis monasterii Pyandziczoviensis; in qua sunt quinque lanei cmethonales et quilibet solvit monasterio . . . ., item ova, item gallos, item caseos, item labor, item *powabam*, item *osszyep;* item taberna una sed non habet agros, et solvit . . ., item hortulaniae non sunt; item molendinum est ibi, sed non habet agros, quod solvit . . . . . . Item quatuor piscinae ad monasterium Pyandziczoviense pleno iure pertinentes. Item praedium coenobiale, de cuius agris, stante parochiali ecclesia saeculari, solvebatur decima manipularis ecclesiae in Pyandziczow; nunc vero monasterium illam pro se tollit. Item omnes quinque lanei cmethonales solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro praebenda Kelcziensi, quae vocatur Zidowska, et valor eius aestimatur ad quinque marcas. Confinat cum Brzesczye, Sczyepyecz, Czechy, Kygye.

Decimae manipulares mensae episcopalis Cracoviensis, donatae monasterio Pyandziczoviensi, per Sbigneum episcopum et capitulum Cracoviense.

Crzyszanowicze, villa habens in se ecclesiam parochialem et conventualem, quadro lapide fabricatam, iuxta fluvium Nidam sita, ordinis

Praemonstratensium; in qua quondam erat habitatio sanctimonialium eiusdem ordinis Praemonstratensis, quae ex Dlubnya et Crzyszanowicze duobus monasteriis sanctimonialium translatae, apud oppidum nunc Buszko consistunt, cuius quidem villae proprietas ad praepositum praefati monasterii pertinet pleno iure. In qua sunt triginta quatuor lanei cmethonales, et de omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Pyandziczoviensi, et valor eius aestimatur ad quadraginta, aliquando ad quinquaginta vel sexaginta marcas. Item praedium ibi coenobiale, de cuius agris solus praepositus Crzyszanoviensis solvit decimam. Item taberna una habens agros, de quibus decimatur in *gonithwam* pro monasterio Pyandziczoviensi; item hortulani; item molendinum est ibi unum coenobiale in flumine Nida, sed non habet agros.

Welcz, villa sub parochia de Buszko sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt viginti quatuor lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Pyandziczoviensi, et valor eius aestimatur ad triginta marcas. Item tabernae tres, ex quibus duae regiae, et una tantummodo habet agros, de quibus datur decima pro monasterio Pyandziczoviensi, tertia scolteti, sed non habet etiam agros; item hortulaniae quinque, et omnes habent agros, et decimant pro monasterio Pyandziczoviensi; item molendinum est ibi, sed non habet agros, item praedium est ibi unum regale, de cuius agris solvitur decima manipularis pro vice-custodia S. Floriani extra muros Cracovienses, et valor eius aestimatur ad duas sexagenas. Item est ibi scoltetia habens duos laneos agrorum, inclusos in viginti quatuor cmethonalibus, de quibus solvitur decima manipularis in *gonithwam* pro monasterio Pyandziczoviensi.

Coporynya, villa sub parochia ecclesiae Pyandziczoviensis sita, cuius proprietas ad Andream de Olyeschnicza, de familia Dambno pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Pyandziczoviensi. Item taberna, item hortulani, item praedium militare est in eadem villa, de cuius agris solvitur et conducitur decima manipularis vetusto more, pro ecclesia Pyandziczoviensi iure parochiali.

Parszywka, villa sub parochia ecclesiae de Wyercziczow, iuxta fluvium Nida sita, cuius proprietas ad Andream de Olyeschnicza de domo Dambno pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus, solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Pyandziczoviensi. Item taberna, item hortulani, item praedium.

Cowalye, villa sub parochia de Wyercziczow sita, cuius proprietas ad monasterium sanctimonialium de Buszko, ordinis Praemonstratensis

pertinet. In qua sunt sex lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Pyandziczoviensi, et valor eius aestimatur ad decem marcas; item tabernae non sunt in eadem villa, non sunt hortulaniae, non est praedium, neque molendinum in eadem villa; item scoltetia est ibi, quae habet duos laneos liberos, de cuius agris decima manipularis solvitur et conducitur in *gonithwam* pro monasterio Pyandziczoviensi.

Brzescze, villa sub parochia ecclesiae de Pyandziczow sita, cuius haeres Andreas de Olyeschnicza de armis Dambno. In qua sunt octo lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praebenda Kelcziensi, quae vocatur Zydowska, cuius valor aestimatur ad sex marcas; item est ibi praedium militare, parvum et tenue in agris, de quibus iure parochiali vetusto solvitur decima manipularis monasterio Pyandziczoviensi.

Privilegium fundationis monasterii Pyandziczoviensis.

In nomine Sanctae et Individuae Trinitatis Amen. Sbigneus divina miseratione tituli Sanctae Priscae Romanae ecclesiae presbyter, cardinalis Cracoviensis vulgariter nuncupatus, ad perpetuam rei memoriam. Stupendus ille coelestis agricola, et aetherei pariter et terreni ab initio temporis plantator paradisi, qui vere fons sapientiae, verbum Dei a patre in patre manens, genitus ab aeterno, novissime diebus istis adveniente temporis plenitudine, fabricante Spiritu Sancto in Virginis utero caro factus exivit homo, ad opus arduum redemptionis humani generis peragendum, quo ad hortum plantationum suarum irrigaret secundum aquis spiritualis gratiae et doctrinae et exemplar vitae coelestis hominibus sequendum praeberet se ipsum. Verum, quia plerumque mortalis vitae sollicitudinibus pressus homo, mentis aspectum ab huiusmodi exemplaris intuitu divertebat, verus noster Salomon in salo militantis ecclesiae hortum voluptatis inter caeteros quendam facere dignatus est, a procellosis mundi fluctibus elongatum, in quo quietius et securius vacaretur contemplandis servandisque huiusmodi operibus exemplaris. Hic siquidem hortus, est ipsa Sancta religio, quae muris regularis observantiae undique circumclusa intra se, solo contecta Deo, adornatur abunde novellis plantationibus filiorum. Enim vero, si paradisus, prout sacri pandunt codices, in hoc mundo vitae occiduae et labentis est, ubi testantius quam in monasterio consistere monstrabitur? ubi prata virentia scripturarum, ubi praeterfluens undositas lachrymarum, quod de purissimis affectibus amor ille divinus eliquat, ubi sunt arbores erectissimae chori sanctorum, et nulla est, quae non multa fructus frondeat et turgeat ubertate. Videas ibi, hunc

sacris lectionibus intrudentem, illum incumbentem orationibus, hunc pro suis excessibus lachrymantem, illum ieiunantem, et officia pietatis sibi invicem sancto quodam desiderio invidere. Nocte consurgunt media ad confitendum Altissimo, vespere, mane et meridie narrant et annuntiant laudes eius et omnis eorum sedulitas in orbem rotatur obsequii divini. Haec profecto illa est tellus, in qua illi nascuntur lapides, de quibus in Apokalipsi: Civitas regis magni constituitur. Haec est illa sublimis mensa, in qua Deus et cibans est, et cibus; munerans et munus offerens et oblatum; conviva et convivium. Hic congestae sunt omnipotentis Patrisfamilias divitiae, et divisae in singulos, prout singulis congruit ad salutem, quatenus negociarentur et talento commisso, donec veniet rationem spiritualem cum omnibus positurus; et hinc effectum est, ut quia hic mundus in maligno positus est, et in quo non timere, non periclitari impossibile est, habens asperitatem veram, iucunditatem falsam, certum dolorem, incertam voluptatem, durum laborem, timidam quietem, rem plenam miseriae, spem beatitudinis inanem, ab eo veluti a mari quodam, et in prosperis syrenarum blandimento fallente, et in adversis Scyllae Charibdisque voragine absumente, ad locum illum quietis, tanquam ad salutis portum fidus hominibus datur recursus. Hic etenim expanso per orbem universum triplici deceptionis hostis insidiatur reticulo, illic ad illudendum ei, triplici milites Christi e regione armantur annulo; quoniam scriptura teste, quidquid in mundo est, aut concupiscentia carnis est, aut oculorum, aut superbia vitae; ibi omne quod est, aut sanctimonia vitae est, aut abdicatio proprietatis, aut professio humilitatis. In mundo equidem avaritia, idolorum servitus, quam latissimo sinu, omnia invasit; ibi calcatis omnibus, quae mundi sunt, ut Christum lucrifaciant, nudam crucem nudi sequuntur; in mundo connubia, ut repleant terram a filiis hominibus repetuntur, ibi castrati propter coelorum regnum, castitate et continentia replent coelum. In mundo tumor inanis animos ipsum mundum amantium futiliter inflat; ibi perpetuae professio obedientiae feliciter perdurat. Triplex medius fidius funiculus, qui et difficile rumpitur et animas hominum alto potens est advehere coelo. Proinde nos Sbigneus memoratus Sanctae Priscae sanctae Romanae ecclesiae presbyter cardinalis, praemissis attentiori consideratione libratis, notum esse cupimus omnibus et singulis praesentibus et futuris, quod matura et diligenti deliberatione inter nos primum facta, et demum in generalibus capitulis, cum venerabilibus fratribus nostris capituli Cracoviensis, et magnifico domino Johanne de Olyeschnicza palatino Sandomiriensi germano nostro carissimo repetita, habitis tractatibus, contemplatione laudis divinae, et ut uberiori numero animas preciosissimo sangvine Salvatoris nostri redemptas lucrifaciamus, pro nostro, progenitorumque nostrorum praedecessorum remedio salutari, ecclesiam parochialem Sancti Johannis Apostoli et

Evangelistae in oppido Pyandziczow, dioecesis nostrae, in regularem erigendam et transferendam duximus, monasteriumque ordinis Sancti Pauli primi heremitae, ad honorem Omnipotentis Dei, et sub titulo praefati gloriosissimi Apostoli et Evangelistae Beati Johannis in ipsa, tenore praesentium facimus, erigimus, fundamus, instituimus et ordinamus, volentes, ut inibi de caetero sit et vigeat observantia regularis, ita videlicet, ut in dicto monasterio, quod una cum ipsius ecclesia, murorum aedificiis, favente Domino nostris expensis, construximus, fratres, qui in eo pro nunc congregati sunt quinque pro tempore, fuerint in futurum secundum regulam Beati Augustini sub titulo et ordine Beati Pauli primi heremitae, qui quondam primus anachoreticam vitam admirandam sanctitate aggressus, huiuscemodi nomen sortitus est, mores et vitam dirigant et componant, et sub praesidio et protectione tanti Apostoli et patroni, cui etiam Christus dominus in cruce pendens matrem suam Virginum Virgini commendavit, continentiae professores, castum Regi caelorum semper exhibeant famulatum. Et quia et experientia docente, et sacrorum canonum testimonio, cognoscimus spiritualia absque temporalibus non posse subsistere, unde praedicto monasterio, quod anno Domini 1436 ereximus, pro sustentatione corporali prioris et fratrum monasterii praedicti infrascriptos assignamus proventus. Inprimis siquidem de consensu et expressa voluntate praedicti domini Johannis palatini Sandomiriensis, ecclesiarum in Pyandziczow et Wyerczyczow unici collatoris et patroni, eisdem Priori, fratribus in monasterio ipsorum assignamus, adiungimus, unimus et invisceramus et incorporamus et annectimus omnes et singulos proventus et decimas et obventiones, ad praedictas ecclesias parochiales S. Johannis in Pyandziczow et Sanctae Mariae in Wyerczyczow, quarum titulos de consensu praedicti capituli nostri Cracoviensis extingvimus, ex antiquo pertinentes et spectantes, videlicet decimam manipularem in Coporyna, post omnes et singulos agros praedii, praefati domini Johannis palatini Sandomiriensis; item tria prata, unum retro flumen Nida contiguum loco Bistrzecz appellato, aliud in Szmyadochowy, et tertium circa pratum advocati. Item lacum penes balneum Pyandziczoviense. Item hortum penes flumen Nida. Item decimam manipularem post agros scolteti in villa Cowalye. Item decimam manipularem in villa Marzanczin, certis campis in Visliciam eundo, prope viam iacentibus, exceptis. Item decimam manipularem praedialem in Brzeszczye de agris, qui pro praedio praefati domini Johannis germani nostri palatini Sandomiriensis illic hactenus coluntur, provenientes. Item decimam manipularem, ex praediis eiusdem domini palatini Sandomiriensis in Podlasze, provenientem. Item duos laneos agrorum sibi invicem coniunctos in villa Wyerczyczow, penes villam versus montem. Item piscinam versus villam Wyerczyczow.

Item duo prata in Dyowy, quae ad ecclesiam in Wyerczyczow pertinebant et spectabant ex antiquo. Demum pro ampliori prioris et fratrum monasterii praedicti sublevatione, et necessitatum corporalium fulcimento, de voluntate et expresso consensu ac beneplacito dictorum venerabilium fratrum nostrorum capituli Cracoviensis, habitis super hoc pluribus capitularibus tractatibus cum ipso capitulo nostro Cracoviensi, decimas manipulares infrascriptas, quae ad nostram mensam episcopalem spectare dinoscebantur, videlicet in Crzyszanowicze post omnes agros, agris duntaxat praepositi, quos hactenus colit exceptis, in Welcz post araturas omnium cmethonum et scolteti, praedio regali excepto, in Coporyna, in Cowale, in Paszczorka, post araturas omnium et singulorum cmethonum villarum praedictarum, pro dicto monasterio donandas, incorporandas, annectendas, inscribendas et assignandas, duximus, tenoreque praesentium damus, donamus, incorporamus, annectimus, inscribimus, assignamus et perpetuo applicamus, per priorem et fratres monasterii praedicti habendas, tenendas, et pro suis usibus et necessitatibus convertendas. Non obstante, si in dictis villis: Crziszanowicze, Coporyna, Welcz, Cowalye et Paszczorka temporum successu, unum vel plura cmethonibus depositis praedia orirentur, de quibus praediis nihilominus decimam manipularem volumus dicto monasterio reddi et assignari in *gonithwam.* Item nos Sbigneus Sanctae Priscae presbyter cardinalis memoratus et Johannes de Olyeschnicza palatinus Sandomiriensis praedictus, villam nostram Podlansze, haereditario nos contingente iure, cum omnibus et singulis eiusdem villae Podlansze fructibus, censibus, praediis, piscinis, molendinis, pratis, gays, sylvis, agris, mericis, mellificiis, ac omnibus utilitatibus, quae ibi hactenus sunt, vel expost quacumque industria poterunt fieri, nihil pro nobis, aut nostris successoribus in eadem villa, praeter tuitionem et defensionem reservando, eidem monasterio Pyandziczoviensi et fratribus S. Pauli in eo degentibus, in vim dotis et fundationis, perpetua et irrevocabili donatione damus, donamus, largimur et assignamus, praedictamque villam Podlancze in sortem monasterii transferimus, volentes, ut monasterium praedictum amplius et de caetero eius fruatur dominio et possessione, et nihilominus ad nos et successores nostros super iniuriis, perturbationibus, molestiis, gravationibus et angariis, quae dictam villam contigerit, habeant pro defensione recursum, affectantes, quatenus ipsi fratres huiusmodi usuri beneficiis, nostri, etiam praedecessorum nostrorum animarum salus salubrius recolatur. Inprimis amplioris spei certitudinem in nostrae salutis consecutione figere et ponere valeamus, quo latioribus orationum suffragiis per fratres monasterii praedicti nos viderimus et senserimus sustentari, et nostrae eiusdemque germani nostri domini Johannis palatini Sandomiriensis et praedecessorum nostrorum salus

animarum salubrius recolatur. Inprimis volumus et ad id fratres monasterii praedicti obligamus, ut in conventu et in monasterio praefato singulis feriis secundis, annis singulis pro nostra et dicti domini Johannis de Olyeschnicza palatini, germani nostri nostrorumque parentum progenitorum et consangvineorum salute, per fratres illic existentes missa defunctorum cantetur et peragatur. Item volumus, ut singulis diebus septimanae, diebus dominicis et festivitatibus maioribus exceptis, in missa matura cantabili pro nostra et dicti germani nostri domini Johannis palatini, nostrorumque praedecessorum specialis collecta in vita pro peccatis, fato functis pro animabus imponatur. Item teneantur fratres praedicti monasterii duo anniversaria, annis singulis, temporibus perpetuis agere, unum, quod pro nobis in nostri, aliud vero in praefati domini Johannis palatini Sandomiriensis, eiusdemque consortis dominae Annae de Thanczin obitus diebus, missam defuncto rum, per prius cantatis vigiliis novem lectionum die immediate praecedenti in huiusmodi anniversariis complendo, quam primum eis obitus noster et dicti domini Johannis palatini erit notus. Item teneantur fratres monasterii praedicti pro nobis et praefato domino Johanne palatino, tanquam unicis et primis fundatoribus monasterii praefati, in missis, orationibus et quibusvis aliis deprecationibus agere memoriam specialem. Item damus eidem monasterio temporibus perpetuis in flumine Nida in omnibus locis ad quae se dominium nostrum extendit, liberam absque piscatorum nostrorum, qui flumen huiusmodi pretio conveniunt praeiudicio et damno, piscaturam. Item volumus ut prior et fratres monasterii praedicti in molendinis nostris Pyandziczoviensibus, et aliis quibuscumque, frumenta eorum et brasea cuiuslibet generis libere molent, et nullam nobis mensuram occasione illius molitionis reddere teneantur, mensura molendinatoris semper salva. Item volumus ut annis singulis prior et conventus monasterii praefati domino Johanni palatino praedicto, et eo rebus humanis exuto filiis suis et successoribus, ex femore suo descendentibus, et videlicet cui bona Pyandziczow sorte contingerent, stationem rebus infrascriptam limitatam, ducale videlicet digerium continentem, videlicet quartam partem bovis, quatuor mensuras avenae, unum octuale cervisiae, unam panis sexagenam et duodecim gallos, et in festo Sancti Martini annis singulis unum vasculum de eorum vinea, cum duobus panibus offerant, tradant et assignant. Nec propterea ad redditionem praefatae stationis, vini et panis eos obligatos esse volumus, ut eos quoquomodo oneremus, sed ut per hoc in futurum evidens relinquatur signum, nos et praefatum dominum Johannem palatinum, meamque domum et familiam, per lineam masculinam descendentem, praefati monasterii esse veros, legitimos et unicos fundatores, dotatores et collatores, et talem obligationem et stationem ducalis digerii, in signum iuris patronatus,

praesentationis et fundationis et dotationis, propterea nobis et praefato germano nostro, seniorique ex hac nostra domo per lineam masculinam descendenti, in sempiternam memoriam reservamus, ut quocunque nostra et praefati domini Johannis palatini posteritas, nullas alias stationes, exactiones, audeat quoquomodo petere aut exigere a monasterio praedicto, sed hac una dicti ducalis digerii assignatione et limitatione sit contenta. Item si bona ipsa, videlicet castrum et civitatem Pyandziczoviensem, in quibus monasterium praefatum, vel ad aliam domum, vel ditionem regiam aut ducalem, venditione, obligatione, commutatione, vel per lineam foeminini sexus, seu quacumque alia alienatione, quocunque nomine et vocabulo censeatur, devenire contingat, extunc seniori domus et genelogiae nostrae, qui pro tempore fuerit, huiusmodi stationem nihilominus reddi volumus; nec cum dominio et proprietate iurispatronatus dicti monasterii, et haec oblationes stationis et iura, quae seniori meae domus, prior et conventus tenebuntur reddere, transferre in alios possint; quinimo teneatur prior et conventus monasterii praefati etiam dominio temporali alienato, ad successores dicti domini Johannis palatini, per lineam duntaxat masculinam descendentes, et eorum stipite, quod Deus auferat, in totum sublata, ad seniorem nostrae domus, qui pro tempore fuerit, in omnibus suis necessitatibus et oppressionibus et angariis habere recursum vel refugium, sibique et nulli alteri praefatas oblationes, iura et stationes reddere, perinde ac si dominium temporale Pyandziczoviense in sua esset manu, proprietate et dominio constitutum. Item vacatione prioratus monasterii praedicti, ex qualicumque causa occurente, dominus Johannes palatinus praedictus, filiique sui et successores legitimi, aut alias stirpe sua masculina deficiente, senior domus nostrae, fratrem idoneum, quem provincialis Poloniae ordinis praedicti elegerit et nominaverit, et praefato domino Johanni palatino, filiisque suis et successoribus reproduxerit et representaverit, loci ordinario investigendum, suis litteris praesentabit, toties quoties id exposcet oportunitas vel necessitas. Ad haec autem omnia suprascripta, venerabilium fratrum nostrorum dominorum praelatorum et canonicorum Cracoviensis ecclesiae, videlicet: Derslai de Borzinow archidiaconi, Jacobi de Vislicia praepositi, Johannis de Elgoth decretorum doctoris scholastici, Nicolai Spiczmeri decretorum doctoris cantoris, Johannis Grusczynsky custodis, Adae de Bandkow decretorum doctoris, Petri vexilliferi, Nicolai Glamboczsky archidiaconi Poznaniensis, Derslai de Crzizanowicze praepositi Vislicensis, Jacobi de Zamborow decretorum doctoris, Clementis de Nawoyowa, Raphaelis de Sczawyna officialis praepositi Kyelczensis, Stanislai de Sobnyow praepositi Tridentini, Johannis de Radochowicze Sacrae Theologiae professoris, Johannis Pella de Nyecusch archidiaconi Gneznensis, Johannis

Dzekanowsky, Johannis Tarnowsky, magistri Pauli de Zathor decretorum doctoris, Petri Czanstochowsky, magistri Thomae de Strzampno sacrae Theologiae professoris et decretorum doctoris, scholastici Gneznensis, Johannis Dlugosch custodis, Nicolai de Szenno scholastici, Petri Czesla de Krayow cantoris Wislicensis, Johannis Rey praepositi Sancti Michaelis, Johannis Puszka decretorum doctoris et Henrici archidiaconi Sandomiriensis, accessit deliberatio, voluntas, consilium et consensus. In cuius rei testimonium, nostrum et capituli nostri, praedictique domini Johannis de Olyeschnicza palatini Sandomiriensis, sigilla sunt appensa. Datum Cracoviae octava mensis Octobris anno Domini 1449.

KAZIMIRIENSIS.

Ordo canonicorum regularium Beati Augustini quatuor habet in Cracoviensi dioecesi monasteria, quorum primarium et principale est Corporis Christi, in oppido Kazimiriensi.

Oppido Kazimiriensi, secus Cracoviensem urbem et iuxta fluvium Vistulam per Casimirum Secundum Poloniae regem in agris villae Bawol, cuius villae proprietas ad capitulum Cracoviense pertinebat, anno Domini 1335. erecto, etiam parochialis ecclesia sub titulo Corporis Christi, in oppido eodem Casimiria, cui rex ipse nomen suum, ut fundatorem illum perpetuo testaretur indiderat, erecta est, et fere universi novi oppidi accolae eius parochiae attributi. Ea cum per annos centum viginti novem a seculari sacerdote regeretur, Vladislaus Secundus natione Lythvanus, Poloniae rex, singularem devotionem gerens ad religionem Sancti Augustini canonicorum regularium, illam per Petrum Wysch episcopum Cracoviensem anno Domini 1405 in crastino Annuntiationis Mariae, Cracoviae sub praesentia Nicolai Kurowsky archiepiscopi Gneznensis et praefati Petri episcopi Cracoviensis, Johannis de Thanczyn castellani et capitanei Cracoviensis, Johannis de Tarnow palatini Cracoviensis, Johannis Lygasza palatini Lanczicziensis, Clementis de Mstow Moskorzow castellani Wysliciensis, et Nicolai de Sandomiria vicecancellarii regii, de ecclesia saeculari obtinuit in regularem transferri, et ex monasterio apud oppidum Kloczsko in metis Poloniae et Bohemiae sito, recepti fuerunt primi fratres ad regendum monasterium Corporis Christi novae erectionis, cuius primarius praepositus et rector fuit frater Cunradus Almanus, eiusdem monasterii de Cloczsko, vir singularis, devotione et religione redolens, vitae exemplaris, assecutus ecclesiam praefatam per resignationem liberam Johannis de Thanczyn, eiusdem ecclesiae Corporis Christi ultimi et immediati plebani, qui cum ecclesiam Corporis Christi ligneam offendisset, ea demolita, ex lapide et latere nobilem, solatio pecuniario regis et plebis

adiutus, fabricare coepit ecclesiam; quae processu dierum, per successores suos Johannem, Gregorium, Gasparum et Jacobum incrementabatur. Fabricavit et pulcherrimum monasterium ex latere in loco, in quo erat domus quondam plebanalis, quod etiam per suos successores accipiebat amplitudinem et incrementum. In quo et stubas et cellas et promptuaria, et popinam, et salaria, et librarias, et infirmarias, caeterasque coenobii officinas pulchro opere videmus excitatas. Et rex quidem Vladislaus praefatus, quam diu vivebat, locum et monasterium praedictum rara prosequutus est charitate et devotione, illud quoque libertatibus, largitionibus regiis privilegiavit; sed et filius suus Casimirus Tertius Poloniae rex, dum fratre Vladislao Hungariae et Poloniae rege feliciter in praelio, quod cum Turcis anno Domini 1464 gessit occiso, successisset, et patris imitando vestigia, singulari libertate et gratia prosequebatur. Cuius quidem monasterii, quod fratres viginti fovere, et officia singula divina, nocturna videlicet et diurna, omnesque horas canonicas explere voce sonora consvevit, census et proventus singulos cum eorum iuribus, describendos duximus. Cui etiam inter quatuor monasteria ordinis praefati, quae Cracoviensis continet dioecesis, primarium damus locum, et propter urbis Cracoviensis, cui annexum est, praestantiam et religionis observantiam, et quod ab illo caetera monasteria ordinis praefati in Cracoviensi dioecesi, praeter Msthoviense, quod secundo ponemus loco, constat et derivationem et genus accepisse.

Swosszowicze, villa sub parochia ecclesiae de S. Jacobo in Casimiria sita, cuius proprietas et dominium ex integro ad praepositum et monasterium Corporis Christi pertinet, et est fundus principalis monasterii praefati, cuius certae portiones ad praefatam ecclesiam Corporis Christi, dum adhuc saecularis erat pertinebant, caeterae expost per praepositos monasterii coemptae sunt, et monasterio praefato unitae, et villa ipsa ex integro praefato monasterio appropriata et incorporata est. In qua sunt lanci cmethonales, et quilibet pro annuo censu solvit monasterio . . . . ; item quilibet de laneo unum diem proprio curru aut aratro laborat in septimana, per totum annum, et ducturas faciunt ad rationem dierum. Item est praedium coenobiale, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae Sancti Jacobi in Casimiria. Item est ibi taberna habens agros, quae pro censu annuo solvit monasterio quatuor marcas. Item est ibi molendinum, habens agros et prata in flumine Wylga, quod solvit pro annuo censu quatuor marcas. Item sunt ibi hortulaniae habentes agros. Item omnes agri cmethonales, praediales, et tabernae, et hortulaniarum, solvunt decimam manipularem ecclesiae parochiali Sancti Jacobi in Casimiria pro praeposito, et valor eius ad quatuor marcas. Item confinat cum Wroblowicze, Curdwanow, Raysko, Opathkowicze, Jugowicze et Borek rivulus

inter prata discurrens dividit. Item in eadem villa est mons sulphureus, de quo effoditur sulphur in abundantia, et ubera eius dantur serenissimo Poloniae regi. Item sunt ibi quatuor piscinae coenobiales.

Kamyen, villa sub parochia de Czyrnichow sita, cuius proprietas et dominium ad monasterium et praepositum Corporis Christi pertinet. Hanc villam praepositus Gregorius et conventus Corporis Christi pro maiori parte emit a Petrassio et Margaretha consorte sua haeredibus de Kamyen et fratribus eorum Swyaskone, Johanne, Nicolao, Andrea et Adam ac sorore eorum Helizabeth anno Domini 1408 pro quingentis marcis latorum grossorum Pragensium. Processu vero temporis videlicet anno Domini 1429. idem Gregorius praepositus et conventus monasterii praefati, residuam sortem villae praefatae Kamyen a Nicolao et Marczissio fratribus pro centum marcis et duobus pelliceis leporinis coemerunt. In qua villa sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur pro annuo censu ..... Item est ibi praedium coenobiale, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Czyrnichow. Item non est taberna, non est molendinum. Item omnes lanei cmethonales solvunt decimam manipularem et canapalem ecclesiae in Czyrnichow, et valor eius aestimatur ad decem marcas. Item sunt ibi hortulaniae. Confinat cum villis Brodlo, Russoczicze.

Lyplesz, villa sub parochia ecclesiae de Nyegowydz sita, cuius proprietas et dominium ad praepositum et coenobium Corporis Christi pertinet, ratione altaris Beatae Mariae Virginis, in dicto monasterio per Petrum Schaffranyecz haeredem de Luczicza, succamerarium Cracoviensem et capitaneum Lancziczieusem, anno Domini 1418 erecti, et in dicta ecclesia Corporis Christi prope maius altare siti. Hanc villam praefatus Petrus Schaffranyecz de Luczicze, succamerarius Cracoviensis, praedicto monasterio Corporis Christi et pro praefato altari Beatae Mariae Virginis in dotem perpetuam largitione perpetua et irrevocabili, cum omni integritate et plenitudine, nihil sibi iuris aut proprietatis in ea reservando, contulit et donavit; quam donationem Vladislaus Secundus Poloniae rex anno Domini 1421. confirmavit. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus pro annuo censu solvuntur .... Item est taberna habens agros, quae solvit pro annuo censu tres marcas. Item quilibet cmetho de laneo laborat unum diem in septimana, proprio curru aut aratro, per totum annum. Item ducturas faciunt ad rationem dierum. Item solvit quilibet ...... Item est ibi curia et praedium coenobiale; item omnes agri cmethonum et praediales et tabernae solvunt decimam manipularem ecclesiae in Nyegowyedz; item sunt ibi tres piscinae coenobiales et quarta plebani, item non est ibi molendinum. Confinat cum villis Nyegowyedz, Marszowicze, Byelczycze, Lagewnyky, Wyathowicze.

Krzysskowycze, villa sub parochia ecclesiae de Scheprawicze sita, cuius proprietas et dominium ex integro ad praepositum et monasterium Corporis Christi pertinet. Hanc villam Derslaus de Borzynow decretorum doctor, archidiaconus et canonicus Cracoviensis, nobilis de armis et familia, qui se nominant Koppacze, monasterium praefatum in occidua aetate ingressurus, pro praefato monasterio, et pro septingentis marcis, quas ex beneficiis suis collegerat, apud Wyerinkonem militem de armis Janina anno Domini 1450 coemit, et post ingressum, anno uno cum dimidio vivens, peste epidemiae tactus vitam finiens, in eadem ecclesia et monasterio requiescit. In qua villa sunt triginta lanei cmethonales; item cmethones non laborant aliquos dies in septimana, solum ad conducturam roborum pro aedificiis curiae et molendini tenentur. Item in eadem villa est taberna habens agros, quae pro annuo censu solvit monasterio quatuor marcas, item est una hortulania habens agros, quae pro annuo censu solvit ...... Item omnes agri cmethonales, tabernatoris et hortulani solvunt decimam manipularem praebendae Cracoviensi, quae vocatur Gonowska. Verum quia praefata villa in montanis sita est, habens agros steriles et in plures species laneos diversificatos, et incolae villae praefatae maiorem operam dant carbonum exustioni, quam frumentorum sationi, quocirca ex permissione et licentia canonicorum praebendae praefatae, solvit villa praefata pro decima in omni casu annis singulis, pro festo Sancti Martini, canonico pro tempore, sex marcas cum dimidia. Item est curia coenobialis habens agros praediales, de quorum aliquibus solvitur decima manipularis plebano et ecclesiae in Schepraw. Item in eadem villa est molendinum habens hortum quod solvit pro monasterio duas marcas.

Rzeschothary, villa sub parochia ecclesiae de Podstholycze sita, cuius proprietas et dominium ad praepositum et coenobium monasterii Corporis Christi pertinet; quae monasterio donata est per Hedvigim consortem Procopii Pyanyaszek Kruszlowsky et Iuntham fratrem eius. In qua sunt sex lanei cmethonales, et quilibet pro censu annuo solvit sedecim scottos communis pecuniae; item tres hortulaniae, quae habent agros, et quaelibet solvit unum fertonem, et unum diem in septimana pedester laborat. Item est ibi una taberna, habens agros, quae solvit coenobio duas marcas. Item quilibet cmetho de laneo laborat unum diem in septimana, per totum annum, proprio curru aut aratro. Item ducturas faciunt ad rationem dierum in septimana debitorum, item quilibet de laneo solvit duos gallos, duos caseos, et triginta ova; item est praedium coenobiale, de quo decima manipularis pro maiori parte solvitur vicariae perpetuae Cracoviensi, quae pertinet ad praebendam Cracoviensem vocatam Sczytniczska, de aliquibus vero agris praedialibus decima manipularis solvitur ecclesiae et

plebano in Podstholycze. Item est molendinum, quod solvit metretas pro monasterio Corporis Christi. Item sex piscinae sunt in eadem villa satis bonae coenobiales. Item post omnes hortulanias, decima manipularis ecclesiae in Wyeliczka solvitur. Item agri cmethonales villae praefatae solvunt decimam manipularem et canapalem alteri vicariae perpetuae, quae pertinet ad praebendam Cracoviensem, quae vocatur Raciborowska, et valor eius aestimatur ad sex marcas.

Molendinum prope portam S. Nicolai, in Cracovia et in fluvio Rudawa situm, cuius molendini proprietas et dominium integrum ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In hoc molendino praepositus et conventus Corporis Christi ius habet perpetui molendinatoris, et perceptionem tertiae partis omnium emolimentorum, rege Poloniae duas percipiente. Quidam enim Gerlach molendinator molendini praefati et haeres perpetuus, molendinum praefatum per privilegia Vladislai Primi et Vladislai Secundi regum Poloniae obtinebat. Processu vero temporis, videlicet anno Domini 1412. medietatem tertiae partis molendini praefati Catherina relicta Davidis de Cracovia pro septingentis et quinque marcis latorum grossorum Pragensium apud Catherinam relictam Lankzodel emptam, Conrado praeposito et conventui Corporis Christi in animae suae remedium donatione perpetua et irrevocabili resignavit; aliam vero partem tertiae partis praefati molendini Gerlach, Mathias dictus Polak, civis Cracoviensis, ex certa emptione ad eum devolutam anno Domini 1413 Cunrado praeposito et conventui Corporis Christi donatione perpetua et irrevocabili donavit, resignavit et inscripsit; utramque autem donationem et resignationem de tertia parte molendini Gerlach monasterio praefato factam, Vladislaus Secundus Poloniae rex anno Domini 1414 per litteras suas patentes ratificat, admittit et confirmat.

Molendinum aliud ante portam sutorum in Cracovia in flumine etiam Rudawa situm, cuius proprietas et dominium ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In hoc etiam molendino praepositus et conventus Corporis Christi ius habet perpetui molendinatoris, et perceptionem tertiae partis omnium emolimentorum, rege Poloniae duas percipiente. Felix enim civis Cracoviensis, molendini praefati existens perpetuus et haereditarius haeres atque molendinator, in medietate duntaxat tertiae partis molendinorum, maioris murati, et minoris lignei in flumine Rudawa et ante portam sutorum sitorum, omnem illam medietatem, nihil sibi reservando, una cum Agnete uxore sua, filia Casparis Krugel civis Cracoviensis, Gregorio praeposito et conventui Corporis Christi pro quingentis et viginti marcis

latorum grossorum anno Domini 1437. vendidit, coram Stanislao de Poddambycze procuratore generali Cracoviensi resignavit, quam venditionem Vladislaus Secundus Poloniae rex eodem anno ratificavit, confirmavit et admisit.

Wyeliczka. Vladislaus Secundus Poloniae rex, fundator primarius Corporis Christi, monasterium praefatum in suis defectibus relevaturus, donatione perpetua et irrevocabili, et per litteras patentes anno Domini 1431. pro mensa praepositi et fratrum monasterii praefati, annis singulis duos bancos grossi, et duas mensuras minuti salis in zuppis regiis Vielicensibus percipiendas munifica largitione contulit et donavit, et ab illo tempore monasterium Corporis Christi sal huiusmodi percipit et levat, absque omni impedimento.

Vladislaus Secundus Poloniae rex favorem et gratiam in monasterium Corporis Christi a se fundatum ostensurus, monasterium praefatum quotiescunque ligna pro usu vel aedificiis suis coemit, a solutione decimae lignorum fecit liberum, et per litteras patentes anno Domini 1421. inscripsit et privilegiavit ei in solutione decimae lignorum perpetuam libertatem.

Kazimiria. Petrus Wysch episcopus Cracoviensis necessitates monasterii Corporis Christi provisurus, hortum satis amplum monasterio Corporis Christi contiguum, quem propriis pecuniis in oppido Casimiriensi coemerat, et domum, quem propriis sumptibus in eiusdem horti area muro fabricaverat, monasterio praefato Corporis Christi donat perpetuo, annectit et largitur, anno Domini 1407, prima die Augusti. Cuius quidem domus horti donationem per praefatum Petrum Wysch episcopum Cracoviensem factam, Vladislaus Secundus Poloniae rex per litteras suas patentes anno Domini 1426, ab omnibus oneribus, servitutibus et daciis, ordinariis et extraordinariis, regiis et civilibus libertat, et in sortem transfert ecclesiasticae libertatis.

MSTOVJENSE,

secundum monasterium canonicorum regularium ordinis Sancti Augustini, in dioecesi Cracoviensi.

Cracoviensis episcopus Yvo de Konske, ex nobili stirpe procerum Poloniae, quae se Odrowansch nuncupat ortus, vir singularissimae et rarae in Deum et religionem orthodoxam ferventis devotionis et religionis, ad ampliandum et propagandum cultum laudis et nominis divini, in dioecesi sua, et ad fundanda servorum Dei, et vitam monasticam et anachoreticam

ducentium, coenobia, studium habens semper flagrans et incensum, religionem canonicorum regularium Sancti Augustini valde amans, cuius apud Parisiis in studio consistens, dulcedo sibi increverat, et cuius habitum, qui Sancti Victoris appellatur, ad mortem deferebat, in oppido suo episcopali Msthow, iuxta fluvium Wartha, et in dioecesi sua Cracoviensi consistente, monasterium canonicorum regularium, sub regula Sancti Augustini militantium, et tam contemplativam Mariae, quam activam sororis suae Marthae vitas ducentium, anno Domini 1221. erigit et fundat, et villis ac decimis mensae episcopalis dotat, et quo amplior monasterio praefato dos proveniret, ecclesiam parochialem in Msthow ad provisionem, collationem et dispositionem episcopalem pertinentem, crassam in proventibus et ventrosam, cum universis eius decimis et proventibus, atque redditibus unit, appropriat, atque incorporat, subiciens monasterio praefato et eius pro tempore praeposito, omnem Msthoviensem ecclesiam, latam tunc et diffusam parochiam, praeripiens omnibus aliis mortalibus et praesertim episcopis Cracoviensibus suis praedecessoribus et successoribus id meritum, nomen et laudem, ut religionis praefatae canonicorum regularium primarius possit vocari in dioecesi Cracoviensi et fundator et dotator; nullum siquidem pro ea tempestate huius religionis et generationis in dioecesi Cracoviensi, sed nec in Gneznensi metropolitana extabat monasterium, nec religio ipsa tunc apud Polonicam ecclesiam aliqua habebat loca, paeter Vratislaviensem civitatem et dioecesim, in qua ad Sanctam Mariam in Arena, de ecclesia parochiali a Petro de Skrzyn comite quadro lapide, et vetusto opere fabricatam, monasterium recenter fuerat fundatum, et fratribus religionis praefatae in regimen demandatum, quae processu dierum funiculos sui tentorii diffundens, quinque insignia in sola Cracoviensi dioecesi dinoscitur habere per nos iam, favore divino auxiliante, descripta loca. Itaque Yvo Cracoviensis episcopus, fundato ut praemisimus et dotato in Msthow monasterio, non habens propinquiora loca, ex quibus fratres ad incolendum novum monasterium Msthoviense a se fundatum assumeret, ad monasterium Vratislaviense ecclesiam S. Mariae in Arena habuit recursum, et ex illo fratribus receptis, monasterium suum Msthoviense et populavit et rigavit; ex quo effectum est, ut monasterium Msthoviense usque ad nostra tempora semper foret, generationi suae originem commemorans, monasterio Vratislaviensi Sanctae Mariae de Arena ancillare et subiectum, ab illo siquidem et eius abbate, quoties monasterium Msthoviense vacare quomodolibet, aut deformitate aliqua, defectu, aut quocumque casu, aut necessitate obrui et laborare contingebat, rectores et praepositi, reformationes, correctiones et visitationes, iura et quaelibet supplementa, velut a matrice petebantur. Sub nostra vero aetate, dum iam Msthoviense monasterium coaluisset et in robur evasisset virile, de servitute

diuturna et paedagogia, qua hactenus detinebatur, solutum est, et in plenam libertatem vindicatum, primusque post concessam libertatem fuit praefati monasterii praepositus magister Nicolaus Iszneri de Cracovia, vir civilis, modestus et sensatus, et monasterii praefati prior praecipuus; a cuius tempore monasterium Msthoviense iure communi utens, praepositum auctoritate sua, aut ex se eligit, aut ex alio monasterio deposcit. Successit magistro praefato Nicolao Iszneri, Adam, cui Nicolaus de Szyczow modernus praepositus, sub cuius regimine praesens registrum eius fideli narratione edocti confecimus. Et quamvis a tempore fundationis, monasterium praefatum dioecesis Cracoviensis fuisse et esse censebatur, et a Cracoviensi ecclesia et eius pontificibus praepositi Msthovienses provisiones, institutiones, confirmationes et investituras, et monasterium Msthoviense iura et singula charismata accipiebant et reddebant, de quo habebantur et habentur in registris vetustis et annalibus ecclesiae Cracoviensis et in litteris fundationis et dotationis praefati monasterii probabilia et liquida documenta, Gneznensis tamen archiepiscopus monasterium praefatum, Cracoviensi episcopo dissimulante et negligente ius suum, in suam traxit obedientiam et ditionem, et suae dioecesi Gneznensi per vim et iniuriam illud appropriavit, sumens occasionem sui propositi et argumenti, quod ecclesia coenobialis Msthoviensis, non in oppido Mstoviensi, quod infra limites Cracoviensis dioecesis, quos fluvius Wartha disterminat, sed extra oppidum Msthoviense, et ultra fluvium Wartha sita sit, et in loco editiori, ad quem trium terrarum, videlicet Cracoviensis, Syradiensis, et Wielunensis fines asserunt quasi quodam compito confluxisse, ob amoenitatem situs locata. Sbigneus itaque de Olyeschnicza, tituli Sanctae Priscae Sanctae Romanae ecclesiae presbyter cardinalis, et episcopus Cracoviensis, eam iniuriam veluti vir cordacis et animosi spiritus non ferens, monasterium praefatum Msthoviense et eius praepositum magistrum Nicolaum Iszneri, totumque conventum in suam ditionem et obedientiam ad liquidum anno Domini 1454. reduxit, et dioecesim suam annis pluribus mutilatam in ea parte reintegravit. Verum cum Johannes Sprowsky Gneznensis archiepiscopus huiusmodi reintegrationem per Sbigneum cardinalem et episcopum Cracoviensem factam, molestius ferens, coram Johanne de Moszny custode Plocensi, Thomae Strampinsky, qui Sbigneo cardinali et episcopo Cracoviensi in episcopatu successerat, litem movisset, praefatus Johannes de Moszni custos Ploczensis, cum aliis canonicis Plocensibus, iudicis persona exuta, et arbitri induta, pontifices praefatos concordavit, litemque inter eos ea lege perpetuo extinxit, ut monasterium Msthoviense in dioecesi Gneznensi consisteret, et praepositus Msthoviensis et monasterium archiepiscopo Gneznensi lege dioecesana in singulis forent subiecti. Item ut ecclesia specialis in oppido Msthow de novo per praepositum et fratres conventus Msthoviensis re

divina quotannis et hebdomadis administranda dioecesim Cracoviensem, in oppido Msthow fuisse et esse testatura, fabricaretur. Item quoties contributio imponeretur dioecesana dimidiam illius tolleret Gnesnensis archiepiscopus, partem alteram dimidietatem episcopus Cracoviensis sibi exigeret. Si vero pro papa aut rege imponeretur aut pro republica contributio tota pro ecclesia Cracoviensi, per monasterium Msthoviense solveretur. In huncque modum, et sub his conditionibus partibus probantibus, lis omnis extincta est, et conditiones arbitrariae impletae. Ut autem dotationes monasterii praefati series notior sit, oppidi et villarum atque decimarum eius conditionem et qualitatem in inferiori descriptione subiciemus, ut liquide praesentibus et posteris appareat, in fundatione monasterii praefati nullum alium, nisi Ivonem Cracoviensem episcopum, et suum capitulum Cracoviense loco praefato, veluti in dioecesi sua Cracoviensi consistente, dotalia, munera ampla et insignia, liberaliter et munifice contulisse.

Mstow, monasterium in confluentia et compito terrarum Cracoviensis Radomiensis et Wyelunensis in loco editiori respectu oppidi, haud longe a fluvio Wartha situm, habens ecclesiam et monasterium, et cellas officinasque monasterii ex petra fabricata, amoenum, iucundum situm habens, et ad singulas partes praeminentem, quem fluvius Vartha inter monasterium et oppidum percurrens intersecat, habens iuxta se planitiem agrorum praedialium, quos proprio colit aratro, et de quibus nulli solvit decimam manipularem, sed eam praepositus et conventus pro se tollit, et in horreum suum inducit; clementius ibi apparet coelum, et delicatiores herbas gleba regionis illius producit, quapropter et pecora et armenta magis illic crassa et tenera sunt. Bidentium quoque greges, sive id favor coeli, sive voluptas zabuli causet, tenerius subtiliusque vellus, quam in universo regno Poloniae possit offendi, producunt, adeo, ut eius merces interdum triplici, interdum quadruplici appendatur aere.

Msthow, oppidum iuxta fluvium Vartha situm, privilegio et auctoritate Boleslai Pudici filii Lestkonis Albi ducis Cracoviensis, ex villa in oppidum translatum 1279. ecclesiam parochialem filialem in oppido, et alteram in monte habens, in quo sunt decem lanei oppidanorum, et quilibet pro censu solvit ...... Item quilibet laneus tres dies in toto anno laborat, proprio curru aut aratro. Item in eodem oppido est advocatia, habens duos laneos agrorum et arva, sed praepositus modernus Nicolaus coemit eam, et proprietatem suam univit monasterio suo. Ad cuius coemptionem insignis miles Hincza de Rogow castellanus Sandomiriensis medietatem pecuniarum suarum contulit, medietatem vero monasterium; dedit autem praefatus Hincza pro una medietate centum sexagenas et quindecim marcas. Item sunt in eodem oppido centum quinque domus, et quilibet

pro censu solvit unum grossum. Item quilibet propinans cervisiam, solvit unum grossum.

Macella carnificum. Item sunt in eodem oppido quindecim macella carnificum, et quodlibet solvit monasterio pro annuo censu tres lapides sepi, item quilibet sartor pro annuo censu solvit monasterio unum grossum, item quilibet sutor solvit monasterio tres grossos; item sunt in eodem oppido duo molendina in flumine Wartha sita, et solvunt pro monasterio metretas. Item agri oppidanorum et advocatiales solvunt decimam manipularem monasterio Msthoviensi et tenentur illam oppidani propriis curribus inducere in horreum coenobiale, et valor eius aestimatur ad duodecim marcas. Hanc decimam contulit monasterio Msthoviensi episcopus Cracoviensis Ivo, de mensa episcopali 1220.

Theloneum. Item in eodem oppido est theloneum ad proprietatem monasterii Msthoviensis pertinens, et recipitur a quolibet equo pro theloneo medius grossus, item a quolibet bove quadrans, item a qualibet ove et scrofa unus denarius.

Confinat cum villis; Szyedlecz, Lgotha, Kusszyatha, Malusche, Klobukowicze, Rzeschauczicze, Chorzemycze, Rudniky, Brudzyny et Wycirpy.

Sroczsko, villa sub parochia de Msthow sita et ad proprietatem monasterii Msthoviensis pertinens. In qua sunt undecim lanei cmethonales, et quilibet pro annuo censu solvit unum fertonem, item tres dies quilibet de laneo proprio curru aut aratro in anno laborat, item solvunt sex choros avenae mensurae confertae, item duos gallos, item viginti ova; item caseos non dant, item non est in eadem villa praedium, non sunt tabernae, non sunt hortulaniae. Item omnes agri cmethonales solvunt decimam manipularem monasterio Msthoviensi et inducunt eam propriis curribus in horreum coenobiale vel a coenobio locandum, cuius valor aestimatur ad decem marcas. Donata monasterio per Ivonem episcopum Cracoviensem de mensa episcopali. Confinat cum Kusszyanthy, Lgotha, Syedlecz.

Zawada, villa sub parochia ecclesiae de Msthow sita, et ad proprietatem monasterii Msthoviensis pertinens. In qua sunt duodecim lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu annuo unum fertonem; item quilibet de laneo tenetur laborare proprio curru aut aratro in anno tres dies, item solvunt sex choros avenae mensurae confertae, item gallos duos, viginti ova; caseos non dant. Item non est in eadem villa praedium, item non sunt tabernae, neque hortulaniae; item omnes agri cmethonales solvunt decimam manipularem monasterio Msthoviensi, et inducitur propriis curribus in horreum coenobiale, cuius valor aestimatur ad decem marcas. Donata monasterio per Ivonem episcopum Cracoviensem.

Kobylczycze, villa sub parochia ecclesiae de Zoraw sita, et ad monasterium pertinens. In qua sunt undecim lanei cmethonales, et quilibet pro censu annuo solvit sedecim scottos, item duos gallos, viginti ova; caseos non dant, item non datur *osszyep;* item quilibet de laneo tenetur laborare tres dies in anno, proprio curru aut aratro; item non sunt ibi tabernae, neque hortulaniae, neque praedium, neque molendinum. Item decima ma nipularis post omnes agros datur monasterio Msthoviensi, et inducitur per cmethones propriis curribus in horreum a coenobio locandum, cuius valor aestimatur ad duodecim marcas. Donata monasterio per Ivonem episcopum Cracoviensem. Confinat cum Mokrzesza, Zoraw, Zagorze, Maluschie. Item decima villae praefatae erat quondam de proprietate ecclesiae in Yrzandza, sed cambita est pro decima villae Zadusznikу, sub parochia Yrzandze consistente.

Cromolow, oppidum habens in se ecclesiam parochialem, cuius haeres Stanislaus Cromolowsky nobilis de armis Griffonum. In quo praeter alios laneos civiles ad haeredem pertinentes, est unus laneus, qui pertinet ad proprietatem monasterii Msthoviensis, et solvit pro censu monasterio unum fertonem, decimam vero de eodem laneo solvit plebano in Cromolow. Item est ibi una hortulania, etiam ad proprietatem monasterii Msthoviensis pertinens, et solvit monasterio Msthoviensi octo grossos. Item praepositus et conventus monasterii Msthoviensis habet pro una medietate iuspatronatus ad praesentandum ecclesiae parochialis in Cromolow, et quoties ecclesia parochialis in Cromolow vacat, toties praepositus et conventus monasterii Msthoviensis habent facultatem et interesse, ut pro sua medietate personam idoneam praesentent episcopo Cracoviensi instituendam.

Zyrkowycze, villa sub parochia ecclesiae de Kromolow sita, cuius proprietas et dominium ad monasterium Msthoviense pertinet. In qua sunt novem lanei, et quilibet solvit unum fertonem pro censu, item duos gallos, viginti ova solvunt; item caseos non dant, item dant *osszyep* per sex choros avenae, item quilibet de laneo tenetur laborare proprio curru aut aratro tres dies in anno, item praedium non est, tabernae non sunt, hortulaniae non sunt, molendinum non est. Item de agris solvitur decima manipularis monasterio Msthoviensi, et inducitur in horreum a coenobio locandum, cuius valor aestimatur ad decem marcas. Donata per Ivonem episcopum Cracoviensem, de mensa episcopali, monasterio Msthoviensi. Confinat cum villis: Dupycze, Cromolow, Zankowycze.

Mokrsko, villa sub parochia ecclesiae de Cromolow sita, et proprietas ad monasterium Msthoviense pertinet. In qua sunt decem lanei cmethonales, et quilibet pro annuo censu octo grossos, solvit item duos gallos, viginti ova, item *osszyep* dant monasterio per sex coros avenae; item laborant

proprio curru aut aratro tres dies in anno; item decima manipularis post omnes agros solvitur monasterio in Msthow, et inducitur propriis curribus cmethonum in horreum a coenobio locandum, et valor eius aestimatur ad quinque marcas, aliquando ad decem. Donata monasterio per Ivonem episcopum Cracoviensem. Item est ibi scoltetus habens duos laneos liberos, de censu vero nihil habet, post cuius agros decima manipularis coenobio Msthoviensi. Confinat cum villis: Dupycze, Cromolow, Zankowycze, Skarszycze.

Skarszycze, villa sub parochia ecclesiae de Cromolow sita, cuius proprietas et dominium ad monasterium de Msthow. In qua non sunt cmethones, solum septem hortulani habentes agros, et quilibet solvit pro annuo censu unum fertonem, item duos gallos, viginti ova; item *osszyep* non solvunt item post omnes agros solvitur decima manipularis episcopo Cracoviensi, et quilibet cmetho proprio curru conducit in horreum ab episcopo locandum. Item erant ibi quondam agri praediales, in quibus nunc hortulani resident, de quibus decimatur pro episcopo Cracoviensi. Item sunt ibi alii agrii praediales, qui arantur et coluntur pro monasterio, de quibus non solvunt alicui decimam sed monasterium Msthoviense illam pro se tollit.

Skrzydlow Minor, villa in dioecesi Gneznensi, et sub parochia in Msthow sita, cuius proprietas et dominium ad monasterium Msthoviense pertinet. In qua sunt septem lanei cmethonales, et quilibet solvit pro annuo censu per unam marcam, item duos gallos, viginti ova; item *osszyep* non solvunt; item est ibi una hortulania, quae pro censu solvit sex scottos; item laborant tres dies in anno, proprio curru aut aratro, item de omnibus agris solvitur decima manipularis praebendae Gneznensi, quam nunc habet Spinko et inducitur in horreum a canonico locandum, et valor eius aestimatur ad sex marcas. Item est ibi unum molendinum in flumine Wartha situm, et solvit pro censu annuo duas sexagenas. Tabernae non sunt. Confinat cum Maiori Skrzydlew, Rzerzanczycze.

Kuchary, villa sub parochia ecclesiae de Msthow sita, cuius proprietas et dominium ad monasterium de Msthow pertinet, et quilibet solvit per duodecim scottos, et sunt ibi duodecim lanei, praeter scoltetiales, item duos gallos, viginti ova, item non solvunt *osszyep*, item laborant tres dies in anno proprio curru aut aratro, item decima manipularis solvitur ibi monasterio Msthoviensi, et inducitur in horreum a coenobio locandum, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Item est ibidem scoltetus habens duos laneos liberos, nihil habet de censu, de cuius agris solvitur decima manipularis monasterio Msthoviensi. Donata monasterio per Ivonem episcopum

Cracoviensem. Confinat cum villis Rzezancze, Skrzydlina Maiori et Clobukowicze.

Kunyno, villa sub parochia ecclesiae de Msthow sita, cuius proprietas et dominium ad monasterium Msthoviense pertinet. In qua sunt quinque lanei cmethonales, et quilibet pro annuo censu solvit unum fertonem, item ova viginti, duos gallos, item *osszyep* per sex choros avenae pro monasterio; item laborant tres dies in anno proprio curru aut aratro; item tabernae non sunt, hortulaniae non sunt, praedium non est. Item post omnes agros solvitur decima manipularis monasterio Msthoviensi, et inducitur per cmethones propriis curribus in horreum a coenobio locandum, cuius valor aestimatur ad tres marcas, aliquando ad quatuor. Donata per Ivonem episcopum Cracoviensem. Confinat cum Rudnik, Borowno.

Jaskrzow, villa sub parochia ecclesiae de Msthow sita, cuius proprietas et dominium ad monasterium Msthoviense pertinet. In qua sunt triginta lanei cmethonales, et quilibet solvit per unum fertonem de censu, item ova viginti, duos gallos, item per sex choros avenae monasterio; item laborant tres dies in anno proprio curru aut aratro; item tabernae non sunt, hortulaniae non sunt, praedium non est; item decima manipularis solvitur monasterio de Msthow post omnes agros cmethonum, et inducitur in horreum a coenobio locandum Msthoviensi, et valor eius aestimatur ad quindecim marcas. Donata monasterio per Ivonem episcopum Cracoviensem de mensa episcopali. Confinat cum Rzandzini, Szyedlyecz, Wyczirpy.

Decimae manipulares.

Opathow, villa sub parochia ecclesiae de Clobuczsko sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis, et per quatuor ierugas canapalis, pro monasterio Msthoviensi, et valor eius aestimatur ad decem marcas, item taberna una habens agros; item hortulaniae non sunt, item praedium non est. Decima donata per Ivonem episcopum Cracoviensem. Item cmethones villae praefatae iure parochiali ecclesiae in Clobuczsko solvunt missalia, de quolibet laneo unum chorum siliginis et unum avenae mensurae aequalis.

Walenczow, villa sub parochia ecclesiae de Clobuczsko sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et canapalis, et conducitur per cmethones pro monasterio Msthoviensi, et valor eius aestimatur ad decem marcas. Item taberna una habens agros; item hortulaniae

non sunt, item praedium non est; item cmethones villae praefatae iure parochiali, ecclesiae parochiali in Clobuczsko solvunt missalia, de quolibet laneo unum chorum siliginis et unum avenae.

Wylkoyeczsko, villa habens in se ecclesiam parochialem lapide rotundo, quem *glasz* vocamus muratam, et Sancto Nicolao dicatam, cuius haeres Nicolaus Byel et filia sua de domo Ostoya. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et ducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Msthoviensi, et valor eius aestimatur ad quindecim marcas. Item est ibi unum praedium militare, item una taberna scolteti habens agros, item unus laneus libertatus, de quibus solvitur decima manipularis ecclesiae et plebano ibidem in Wylkoyeczsko; item scoltetia una habens duos laneos, de quorum uno decimatur ecclesiae in Wylkoyeczsko, de altero monasterio in Msthow; item duae tabernae haeredis, habentes agros, de quibus decimatur ecclesiae et monasterio Msthowiensi. Donata monasterio per Ivonem episcopum Cracoviensem de mensa episcopali.

Jaworzno, villa habens in se ecclesiam parochialem ligneam, cuius haeres Hyeronimus Kobilensky de domo Grzymalya. In qua sunt sexaginta lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima pecunialis pro monasterio Msthoviensi, de quolibet laneo per octo grossos, et proveniunt decem marcae; item in eadem villa est unum praedium militare de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali ibidem in Jaworzno. Item tabernae duae habentes agros, duos videlicet laneos, et de quolibet solvuntur octo grossi pro decima pecuniali; item hortulaniae non sunt. Item molendinum est in borra, habens modicos laneos. Item sunt ibi quatuor lanei, qui vocantur *wolny*, videlicet cmethonum, et solvit quilibet ecclesiae et plebano in Jaworzno decimam.

Zaduszniky, villa, sub parochia ecclesiae de Irzandze sita, cuius haeres Johannes Pukarzowsky de armis Srzenyawa. In qua sunt quinque lanei cmethonales, de quibus omnibus solvebatur et conducebatur decima manipularis et canapalis pro monasterio Msthoviensi, et valor eius aestimatur ad sex marcas; fuit quondam haec decima monasterii Msthoviensis, donata eodem monasterio per Ivonem episcopum Cracoviensem; sed pro decima villae Kobilczicze commutata est cum ecclesia parochiali Irzandze, in cuius etiam nunc consistit proprietate.

Malusze, villa sub parochia ecclesiae de Msthow sita. In qua sunt tria praedia militaria, de quibus omnibus iure parochiali solvitur decima manipularis monasterio Msthoviensi; et valor aestimatur ad duas marcas. Sunt autem tres villae, quae vocantur uno nomine Malusze, videlicet Blothne, Poszrzedne et Stare. Item lanei et agri omnes villarum praefatarum, solvunt decimam manipularem pro mensa episcopali Cracoviensi,

et valor eius aestimatur ad septem marcas. Item haeredes villarum praefatarum: Jacobus Woyczik de armis Pobodze, Jacobus Pyotraszek, Petrus Syedlyeczsky de armis Srzenyawa, Wlodek de armis Srzenyawa, Johannes Oszog, Bartholomaeus Obulyecz de domo Odrowansch.

Rudniky, villa sub parochia ecclesiae de Msthow sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua est scoltetia habens agros duos liberos, de quibus solvitur decima monasterio Msthoviensi, et valor eius aestimatur ad unam marcam; item lanei et agri omnes villae praefatae solvunt decimam manipularem pro dioecesi Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad sex marcas, pro ecclesia et plebano et scholastico in Moskorzow. Donata per Nicolaum Trąba archiepiscopum Gneznensem de consensu capituli eidem ecclesiae in Moskorzow, cum aliis decimis manipularibus, videlicet in Grabowa, Czikarzow, Mikanow.

Decimae pecuniales monasterii in Msthow.

Czanstochowa, oppidum ad proprietatem regis Poloniae pertinens; in quo sunt lanei optimi, de quorum quolibet solvitur decima pecunialis pro monasterio in Msthow; donata per Ivonem episcopum Cracoviensem.

Wyczirpi, villa sub parochia de Czanstochowa sita, cuius haeres Przedbor de armis Pobodze; in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima pecunialis per octo grossos communes pro monasterio in Msthow.

Wyczirpi Minor, villa sub parochia de Czanstochowa, sita, cuius haeres Johannes Sluzka de armis Pogonya. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit pro decima pecuniali monasterio Msthoviensi octo grossos.

Kyedrzyn, villa sub parochia de Czanstochowa sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt triginta lanei cmethonales, et de quolibet solvitur decima pecunialis per octo grossos pro monasterio in Msthow.

Wyrzchowyszko, villa sub parochia de Czanstochowa, cuius proprietas ad Poloniae regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et de quolibet solvitur decima pecunialis per octo grossos monasterio in Msthow.

Wyrzchowiszko Minor, villa sub parochia de Czanstochowa sita. In qua novem lanei, et de quolibet ratione decimae, solvitur per sex grosos monasterio Msthoviensi.

Czanstochowka, villa sub parochia de Czanstochowa, cuius proprietas ad monasterium de Czánstochowa pertinet. In qua sunt lanei

cmethonales, de quibus solvitur decima pecunialis per octo grossos de quolibet, pro monasterio in Msthow. Donata monasterio per Ivonem episcopum Craçoviensem.

Garbowka, villa sub parochia de Czanstochowa sita, cuius proprietas ad monasterium Czanstochoviense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, item una scoltetia habens duos laneos, de quibus omnibus solvitur decima pecunialis, per octo grossos de quolibet, pro monasterio in Msthow.

Krowodrza, villa sub parochia de Czanstochowa sita, cuius proprietas ad monasterium Czanstochoviense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et omnes solvunt ratione decimae per octo grossos, monasterio Msthoviensi.

Mirow, villa sub parochia de Msthow sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonum, item una scoltetia habens agros, seu duos laneos, de quibus omnibus solvitur ratione decimae per novem grossos, pro monasterio in Msthow. Donata per episcopum Cracoviensem Ivonem.

Syedlecz, villa sub parochia de Msthow sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua lanei cmethonum, de quibus decima pecunialis solvitur monasterio Msthoviensi, de quolibet laneo per novem grossos. Donata per episcopum Cracoviensem Ivonem.

Wolya Mokrzeszka, villa sub parochia de Zoraw sita. In qua sunt lanei cmethonales', item scoltetus habens duos laneos, de quibus omnibus solvitur decima pecunialis, de quolibet laneo per sex grossos, pro monasterio praefato Msthoviensi.

Duae piscinae.

Prusszyczsko, villa sub parochia de Antiqua Brzesznicza sita, cuius proprietas et dominium olim ad Hinczam de Rogow castellanum Sandomiriensem pertinebat; nunc vero pertinet ad Hyeronimum Kobilensky et fratres eius, Johannem et Jacobum, nepotes germanos praefati Hinczae ex sororis filio generatos. In huius villae terminis, praefatus Hincza de Rogow castellanus Sandomiriensis, miles de armis Dzyalyosza, in flumine Trzebicza duas piscinas bonas et amplas, suis impensis et laboribus ordinavit et construxit, piscium foecunditate abundantes, quas adhuc agens in vita, monasterio Msthoviensi in eleemosynam perpetuam, donatione perpetua et irrevocabili donavit, contulit et inscripsit, cum omni iure, usu et proprietate, nihil sibi in illis, aut suis successoribus reservando; de quibus monasterium Msthoviense suas explet in diebus quadragesimalibus necessitates.

Beneficii autem et largitionis tam praesentis, quam alterius, qua idem Hincza de Rogow datis ad coemptionem advocatiae Msthoviensis, centum sexagenis et quindecim marcis, monasterium Msthoviense iuverat, praepositus et conventus Msthoviensis memores, praefato Hinczae de Rogow, ad explendum anniversarium perpetuum pro anima sua, ad legendum videlicet singulis septimanis quatuor missas defunctorum, et ad cantandum unam missam de Beata Maria Virgine, etiam singulis septimanis, perpetuis temporibus se obligaverunt et inscripserunt; onus satis ponderosum et gravidum, suis et suorum successorum cervicibus imponendo.

In nomine Domini Amen. Quoniam gestis hominum solet novercari processus temporum, eapropter nos Ivo Dei gratia Cracoviensis episcopus notum facimus, tam praesentibus, quam futuris, quia de consensu capituli Cracoviensis omnes decimas domus Msthoviensis, quam in nostra dioecesi sitam canonici possident regulares, quas decimas ab antecessoribus nostris legitime sunt adepti, prout ex eorum privilegiis comperimus, ipsis et eorum successoribus, praesenti pagina duximus confirmandas, et vocabulis propriis exprimendas. Sunt autem istae: ipsum Msthow cum sylvis, agris et villis, quae intra terminos eius continentur, quarum villarum vocabula sunt: Zawada, Usczyno, Sroczsko, Jaskrow, Kunyno. Item in villis militum circumiacentibus, quarum nomina sunt ista: Clobukowycze, Irządze, cuius etiam partem dicta domus iure haereditario possidet; item in villis istis: Cobylczycze, Matrzessa, Zoraw, Zagorze, Myrow, Szyedlcze, Czanstochowa, Czanstochowka, Randzyny, Kuchary; in duabus villis ducis Wlodowycze, Mokrsko, Zirkowycze, Wylkogeczsko; in his omnibus haereditatibus sive in villis nunc constructis, sive in futuris temporibus construendis, in terminis ipsarum haereditatum, dictae domui Msthoviensi in perpetuum decimas persolvere statuimus, sicut etiam nostri antecessores statuerunt. Prohibemus ergo sub poena anathematis, ne quaelibet ecclesiastica, saecularisve persona, dictos fratres et eorum successores in dictis decimis audeat impedire. Nullus etiam in dicto loco Msthoviensi ordinem et regulam Sancti Augustini valeat permutare, prout per sedem Apostolicam fratribus ecclesiae Sanctae Mariae Virginis in Vratislavia est indultum, sub quorum dicta domus Msthoviensis cura fuisse, a suae fundationis exordio comprobatur; et ne quis dictos fratres Msthovienses audeat et possit quocumque modo in praedictis molestare, praesentem paginam sigillo meo et sigillo capituli Cracoviensis fecimus sigillari. Acta sunt haec anno ab incarnatione Domini 1220, in die Nativitatis Domini, ante altare Beati Floriani martyris in Cracovia, praesentibus his: Wyslao decano, Andrea archidiacono, Benedicto magistro

scholastico, Laurentio cantore, Paczslavo custode, et aliis canonicis ecclesiae, videlicet: Woykone, Johanne, Domano, Stephano, Johanne Cruszvycziensi decano, Gregorio decano Sancti Floriani, Vito, Nicolao, Gozwino, et capellanis nostris Hieronymo, Stephano, Gozyko, Sybrethko, Jerando et aliis quam plurimis.

In nomine Domini Amen. Cum ea, quae frequenter legitime acta sunt, longitate temporis interveniente, quae mater est oblivionis multis multoties in dubium revocantur, ideoque nos Vladislaus dei gratia rex Poloniae, nec non terrarum Cracoviae, Sandomiriae, Lanciciae, Cuiaviae, Syradiaeque dux et dominus, scire volumus universos, tam praesentes quam posteros, praesentium notitiam habituros, quia intendentes utilitatibus nostris, bona sive haereditates nostras insimul volentes aggregare, cum religiosis viris domino Johanne praeposito et conventu de Msthow vulgariter dicto, commutationem fecisse profitemur, dantes eis haereditates, videlicet Kumornyky in Morszko et Scaricze vulgariter dictas, pro partibus haereditatum Wlodowycze et Parkossowicze vulgariter dictarum; quae quidem partes dictarum haereditatum ipsos, seu claustrum eorundem ab exordio suae locationis haereditariae contingere videbantur, cum omnibus utilitatibus, usufructibus, in dominium nostrum per commutationem puram recitatas dicti claustri haereditatum partes, ex nunc accipimus; praefato conventui seu claustro praescriptas haereditates, simili modo cum omnibus utilitatibus, usufructibus, sylvis, pratis, piscinis caeterisque proventibus qui nunc sunt, aut fieri poterunt in futurum, secundum quod praetactae haereditates certis suis antiquis terminis circumferentialiter sunt distinctae. Insuper attendentes, quanta speciali praerogativa felicis recordationis progenitores nostri fundatione sua claustrum praedictum fratresque ibidem Deo deservientes, dilexerunt, eorum vestigiis inhaerere cupientes, marcam auri, quam nobis solvere singulis annis sunt astricti, ob amorem divinae retributionis dimittimus, ipsos et eorum successores a praedicta marca absolvimus et eximimus, perpetuo liberando; damus etiam praedicto conventui seu claustro memorato potestatem locandi iure theutonico, iure scilicet Novifori, quod Sroda dicitur, omnes haereditates ad ipsum claustrum pertinentes, iura polonicalia omnia et singula, in solutionibus, exactionibus, servitiis, caeterisque vexationibus, angariis, perangariis, quibuscumque nominibus censeantur, necnon iudicia castellanorum, palatinorum, iudicum, subiudicum, ac iurisdictiones ipsorum ministeriales, officiales quoque eorundem, a praefati claustri haereditatibus seu villis perpetuo removendi; sed tantummodo scolteti villarum conventus nominati, in bonis eiusdem causas tam leves, quam

magnas, sive suspendendum, sive ad decollandum, caeteraque genera poenarum iuxta merita poenas infligendo, iure theutonico iudicabunt, neque evocationibus ministerialium seu officialium ad praesentiam quorumlibet iudicum citari tenebuntur, nisi per nostram litteram sigillo consignatam, in nostra curia evocati, de gratulantibus iure suo theutonico respondebunt; omnes habitatores haereditatum nominatarum, dum scolteti eorundem in reddenda iustitia negligentes reperti fuerint, iure suae locationis existant responsuri. In cuius rei testimonium, praesentem paginam sigilli nostri munimine duximus roborandam. Actum Cracoviae in die Purificationis Virginis gloriosae anno Domini 1327. Praesentibus nobilibus viris: Navogio castellano Cracoviensi, Thomislao palatino Sandomiriensi, Spyczmiro Myschuxo iudice Cracoviensi, Adamo castellano Vislicensi, Imramo subpincerna Cracoviensi, domino Petro praeposito Sandomiriensi, vicecancellario curiae nostrae, et aliis multis fide dignis. Datum per manus magistri Francisci praepositi Vislicensis et cancellarii Cracoviensis quarto nonas Februarii.

In nomine Sanctae et individuae Trinitatis Amen. Quoniam omni operi bono duae debentur mercedes, una temporalis et alia aeternalis, ideo nos Boleslaus filius Leschkonis divina miseratione dux Cracoviae et Sandomiriae, notum facimus universis et praesentibus declaramus, quia ob amorem retributoris omnium bonorum, et ob specialem favorem sacrosanctae religionis conventus et fratrum monasterii de Msthow, ordinis Sancti Augustini, quam debemus et tenemur diligere et favere, de consensu et unanimi voluntate baronum nostrorum fidelium, damus et conferimus Vilhelmo praeposito eiusdem monasterii et fratribus ibidem Deo famulantibus, plenam et perpetuam potestatem, ut in eadem villa Msthow locent et constituant civitatem iure theutonico, iure videlicet Novo forensi dioecesis Vratislaviensis, et disponant eam vel ordinent per omnia secundum ius, vel consvetudinem iuris theutonici, et constituant in ea perpetuo, omnia iura et libertates civiles Noviforenses dioecesis supradictae. Damus etiam eidem praeposito et conventui, quod advocatus ipsorum, quemcumque ipsi in eadem sua civitate Msthow constituerint pro sua voluntate, cum iudicibus ipsorum, omnes causas, quae in civitate et in villis ipsorum evenerint inter suos et extraneos, criminales et sangvinis, qualescunque fuerint, libere et licite semper iudicabit, et hoc secundum ius suprascriptum, unde si quando de aliquibus iuribus vel iudicibus huius civitatis ab aliquibus fuerit dubitatum, ad ius Noviforensis civitatis a dubitantibus recurratur. Nos enim eandem civitatem Msthow, et omnes villas eidem praeposito Msthoviensi pertinentes, quibuscunque nominibus nuncupentur, facimus perpetuo liberas, et exemptas ab omnibus solutionibus et exactionibus, et quibuslibet polonicis

iuribus, quibuscunque nominibus censeantur, nobis de iure vel de facto spectantibus, ab his etiam pertinentiis omnibus quaecumque comiti Cracoviae pertinebant, ita quod amplius quilibet castellanus vel palatinus Cracoviae, et omnes iudices ipsorum, in praefata civitate et in villis Msthoviensi praeposito pertinentibus, nullam penitus debent habere iurisdictionem vel potestatem, praeter ipsum praepositum et ipsius iudices; nec ad expeditiones aliquas cogentur, nec ad castra aedificanda nova, vel antiqua reparanda, nisi contra christianae fidei adversarios indicatur expeditio generalis, ad quam ne tenebuntur, sed sub hac forma pacti, quod incolae dictae civitatis et villarum, nobis dimidiam marcam auri, vel sex argenti monetae Cracoviensis, et castellano Cracoviensi tantumdem, expirata libertate septem annorum, singulis annis solvere tenebuntur, pro iudiciis et omnibus utilitatibus, quae nobis et castellano Cracoviensi ex antiquo pertinebant. Ut autem haec singula et universa semper inconcussa permanerent, roburque perpetuae obtinerent firmitatis, nec possent ullius scrupulo calumniae in posterum praepediri, praesentem paginam in testimonium et memoriam perennem super his fecimus conscribi, et nostri sigilli et castellani Cracoviensis munimine roborari. Acta sunt haec a. D. 1279. Indictione sexta, concurrente quinto, epacta vigesima septima. Praesentibus his, quorum ista sunt nomina: Comes Varsius castellanus Cracoviensis, Comes Sulco pincerna Cracoviensis, Comes Laurentius camerarius, comes Vyrzchoslaus dapifer, Comes Adam subiudex curiae, comes Petrus succamerarius dominae, et alii, quam plures. Datum Cracoviae decima quarta kalendis Julii.

Sententia definitiva arbitraria inter Johannem Sprowsky archiepiscopum Gneznensem, et Thomam episcopum Cracoviensem per duos doctores facta.

Christi nomine invocato, ipsum solum prae oculis habentes pro tribunali sedentes, nostram per hanc definitivam sententiam, quam auctoritate compromissi in nos per partes praedictas de alto et basso facti, ferimus, in his scriptis pronuntiamus, decernimus, arbitramur, declaramus. Quod plena iurisdictio, obedientia, subiectio et reverentia Nicolai Buthneri, praepositi monasterii et conventus fratrum in Msthow, ordinis Sancti Augustini canonicorum regularium et ipsorum successorum, ac villarum, quae trans flumen Vartha versus Brzeznicza et Radomysky sitae sunt, ad monasterium Msthoviense iure parochiali pertinentium, ad reverendissimum in Christo patrem dominum Johannem archiepiscopum et primatem, ac suam ecclesiam et dioecesim Gneznensem, iurisdictio vero et obedientia, reverentia et subiectio oppidi Msthow et suburbanorum eius, ac omnium villarum

trans flumen V a r t h a, versus C r a c o v i a m sitarum, iure parochiali ad monasterium praedictum pertinentium, ad reverendum in Christo patrem dominum T h o m a m episcopum et ecclesiam ac dioecesim suam spectant, pertinent, perpetueque spectare et pertinere debent, fluvio V a r t h a dioeceses Gneznensem et Cracoviensem in ipso loco limitante. Item pronuntiamus, decernimus et arbitramur, quod praefatus Nicolaus B u t h n e r i praepositus et sui successores pro tempore existentes fratres, monasterium et conventus Msthoviensis praefato reverendissimo domino J o h a n n i archiepiscopo et suis successoribus, sanctaeque ecclesiae Gneznensi debitam subiectionem, obedientiam et reverentiam praestare et facere, ac pro iurisdictione, institutione, tanquam ad suum ordinarium tempore se offerente in antea recurrere teneantur. Item definimus, arbitramur et pronuntiamus, creationem in canonicum ecclesiae Cracoviensis, et institutionem ad praepositaram Msthoviensem de ipso Nicolao B u t h n e r i praeposito per olim reverendum in Christo patrem dominum S b i g n e u m episcopum Cracoviensem factas, cassandum et anullandum, cassamusque et anullamus, ipsum praepositum N i c o l a u m et suos successores almutio et superpellicio, ac stalo in ecclesia praedicta Cracoviensi in futurum uti non debere; litterasque citationis et institutionis huiusmodi cassandas et anullandas decernimus ac cassamus, et anullamus, ipsasque in antea nullius esse volumus roboris vel momenti. Item pronuntiamus, definimus, arbitramur et decernimus, quod praefati, N i c o l a u s praepositus, fratres et conventus monasterii Msthoviensis teneantur in oppido M s t h o w aut suburbiis eius in loco aperto erigere ecclesiam, sive oratorium infra hinc ad unum annum, et eandem diebus dominicis et festivis officiare per praebendarium proprium, ac ipsam ex aliquo casu collapsam reficere. Singulis quoque annis a domino episcopo Cracoviensi, eiusdem ecclesiae et oratorii ac hominum trans flumen V a r t h a in iurisdictione et dioecesi Cracoviensi habitantium, in personam suam aut alterius presbyteri comendam, et in casibus auctoritatem tenebitur petere et obtinere. Ad quod faciendum ipse praepositus et conventus monasterii Msthoviensis, pro se et eorum successoribus, ad acta ipsius domini episcopi Cracoviensis aut eius officialis generalis se inscribent, sub censuris ecclesiasticis, per ipsum dominum episcopum Cracoviensem, aut suum officialem generalem ferendis, quod etiam sibi praesentis nostrae pronuntiationis vigore concedimus et adiudicamus. Item quia comperimus, monasterium Msthoviense notabilibus decimis manipularibus et pecunialibus ab ecclesia Cracoviensi dotatum esse, quocirca definimus, pronuntiamus et decernimus, quod praepositus et conventus Msthoviensis pro tempore, omnes contributiones, collectas, tallias, per sedem apostolicam, aut per auctoritatem ordinariam, pro fide et ecclesia Dei aut regni Poloniae, caeterisque necessitatibus publicis imponendas, aut impositas,

nulli alteri nisi dioecesano Cracoviensi, vel eius dioecesano collectori, iuxta veterem taxam solvere teneantur, et ad huiusmodi solutionem faciendam, ipse praepositus et conventus Msthoviensis pro se et eorum successoribus, ad acta ipsius domini episcopi Cracoviensis aut eius officialis generalis, se etiam inscribent, sub censuris ecclesiasticis, per dominum episcopum aut officialem suum ferendis, caritativo tamen subsidio per ordinarios Gneznensem et Cracoviensem inponendo, duntaxat excepto. Quod si aliquando ordinarium Gneznensem universae suae dioecesi Gneznensi imponere contigerit, ad solutionem huiusmodi subsidii pro ecclesia Gneznensi, praepositum et monasterium Msthoviense nonnisi pro medietate taxae suae volumus esse obnoxium et obligatum, et pariformiter quoties ordinarium Cracoviensem universae suae dioecesi Cracoviensi caritativum subsidium imponere contigerit, ad solutionem huiusmodi subsidii pro ecclesia Cracoviensi, praepositum et monasterium Msthoviense nonnisi pro altera medietate taxae suae etiam volumus esse obligatum. Quod si praefatos dominos ordinarios Gneznensem et Cracoviensem in impositione huiusmodi caritativi subsidii in idem tempus concurrere contigerit, ex tunc praepositus cum conventu Msthoviensi pro una medietate taxae suae veteris Gneznensi, et pro alia medietate Cracoviensi dominis ordinariis respondebit. Ad cuius etiam subsidii solutionem, praepositus et conventus Msthoviensis monasterii, pro se et eorum successoribus, iuxta praemissum morem se inscribent. Item definimus et arbitramur, quod N i c o l a u s praepositus cum conventu Msthoviensis monasterii, praemissas inscriptiones et submissiones in actibus domini episcopi Cracoviensis aut sui officialis generalis facere debent, infra hinc ad sex menses. Item definimus et arbitramur, quod N i c o l a u s praepositus pro tempore, et conventus Msthoviensis denarium Sancti Petri de ecclesia sive monasterio Msthoviensi collectori aut succollectori Apostolico in dioecesi Cracoviensi constituto vel constituendo, repraesentant. Item definimus et pronuntiamus et arbitramur et decernimus, omnes lites et quaestiones, differentias, rancores, odia et displicentias, quomodolibet intra praefatos reverendissimos praesules, dominos J o h a n n e m archiepiscopum et ecclesiam Gneznensem, T h o m a m episcopum et ecclesiam Cracoviensem et N i c o l a u m praepositum ac conventum monasterii Msthoviensis Gneznensis dioecesis exortas, et coram quibuscumque iudicibus tam in Romana curia, quam extra, occasione huiusmodi iurisdictionis, obedientiae, subiectionis et reverentiae pendentes indecisas, sopiendas et extingvendas esse, ac sopimus ac extingvimus. Item definimus, arbitramur et decernimus, hanc nostram sententiam arbitralem a praedictis partibus et eorum procuratoribus statim emologandum, suscipiendum, approbandum et observandum esse, sub poena quinque millium florenorum in conpromisso lata parti tenenti, et hanc nostram

sententiam in omnibus et singulis capitulis, articulis, punctis, clausulis, observanti, per partem contravenientem, toties quoties conventum fuerit, solvendorum, compromisso et sententia nostra arbitrali in suo robore nihilominus permanente. Quam poenam partes ipsas incurrere volumus ipso facto, interpretationem vero, correctionem et declarationem huiusmodi nostrae sententiae arbitralis, nobis infra hinc et unius anni decursum reservamus. Anno Domini 1456. feria quinta proxima ante festum Sancti Leonardi facta sunt haec, per duos doctores in civitate Ploczko.

Monasterium tertium ordinis canonicorum regularium Beati Augustini in

CLOBUCZSKO.

Oppidum Clobuczsko Cracoviensis dioecesis, cuius proprietas et dominium ad serenissimum Poloniae regem pertinet, dum a priscis regibus et principibus Poloniae conderetur, propter galeam ferream illic dum conderetur repertam, quam Poloni suo idiomate *clobuczek* vocant, Clobuczsko nomine, ex auspicio taliter a conditoribus reperto, satis faustum et auspicatum accepit; quod et in diem hodiernam retinet auspicio huiusmodi innuens capitis sui, id est fidei et religionis christianae se munimentum forte et galeatum habiturum. Nec tale auspicium illi defuit, ab exordio siquidem suae conditionis in ecclesia parochiali Sancto Martino confessori et Sanctae Margarethae Virgini et martyri dicata, quam Petrum de Skrzyn comitem rudi sed firmo opere ex petra alba vulgavit fabricasse antiquitas, insignes et galeatos quodammodo habuit rectores, qui eam in spiritualibus et temporalibus forti administrabant regimine, et charismate, divino verbo, exemplo et opere imbuebant; insigniores etiam nunc sortita rectores, fratres videlicet Augustinenses canonicos regulares, qui illam assidua sua praesentia et residentia crassioribus irrigant et excubiis et documentis, cui quondam peculiare et proprium fuit, ut quilibet illius parochianus, sive mas ille fuerat sive foemina, diem obiens, bovem aut vaccam daret ecclesiae pro sepultura. Verum dum pestis epidemiae valida, Martino, qui Czyelyanthko appellatus est, viro nobili de domo et familia qui se Kuczaba nuncupat, anno Domini 1454 prima die Augusti plures mortales prosterneret, et iam pecora, quibus sepulturam suam parochiani Clobuczenses cohonestarent deessent, mos ille velut onerosus mortalibus rescisus est et abolitus. Morte autem Martini Czelyanthko sequuta, dum in villam Bartholomaeus vir nobilis de stirpe Perstina alias Wyenyawa anno Domini 1410. ad

praesentationem Vladislai Secundi Poloniae regis, apud quem magisterio capellae fungebatur, sub Petro Wysch episcopo Cracoviensi successisset, et annis viginti quatuor illam rexisset, videns se et aevo et aegritudine maturum et gravem, Johanni Dlugosch seniori nepoti suo germano anno Domini 1434. ultima octobris, de illa, anno vero sequenti de vita excedit. At is quoque cum illam annis quindecim tenuisset, fratri suo germano Johanni Dlugosch iuniori, anno videlicet Domini 1449, sub pontificatu Sbignei Cracoviensis episcopi eam resignat. Verum cum Johannes Dlugosch senior canonicus Cracoviensis sedulo perpendisset plurima se et suos cognatos beneficia a Clobuczensi ecclesia percepisse, videns quoque fratrem suum Johannem Dlugosch iuniorem etiam canonicum Cracoviensem in illa non residere, perpendens etiam ecclesiam ipsam in Clobuczsko in suis decimis et proventibus crassam et ventrosam esse, cuilibet monasterio suffecturam, Casimiri Tertii Poloniae regis anno Domini 1454 apud Thorwy consensu veluti patroni obtento, eam per Sbigneum tituli Sanctae Priscae Sanctae Romanae ecclesiae presbyterum cardinalem et episcopum Cracoviensem fratre suo Johanne Dlugosch iuniore per aliud beneficium contentato, in amplitudinem laudis divinae, et pro incremento fidei et religionis christianae, et salute animarum plebis illius procuranda, ex saeculari in regularem obtinuit transferri, et fratribus Beati Augustini canonicorum regularium et praeposito ex coenobio Corporis Christi in Casimiria primum sumptis, vitam contemplativam et activam practicantibus, in perpetuam mansionem conferri, incorporari et inscribi. Primusque illius praepositus fuit frater Philippus de Cracovia, secundus magister Laurentius, tertius Andreas de .....; et in hunc modum coenobium Clobuczense fundatum et institutum est, duodecim fratum collegium habiturum, et locus ille in curam religiosorum et regularium virorum, tam in spiritualibus, quam temporalibus commissus, qui non solum rem divinam, sed etiam singulas horas canonicas nocturnas pariter et diurnas suis temporibus, sonora voce et rubrica Cracoviensi, in ecclesia Clobuczensi teneantur explere, et habitum fratrum de Corpore Christi in Casimiria deferre, et plebis Clobuczensis late difusae gerere curam animarum. Nam etsi ex ecclesia Clobuczensi, velut ex matrice, et parochia ampla et ventrosa, atque vetusta, quinque aliae ecclesiae parochiales, videlicet in Byala, in Myedzwno, in Wylkoyeczsko, in Crzepicze et in Przestansko superioribus temporibus fundatae sunt, et plures villae locis illis viciniores, quae alias ad ecclesiam Clobuczensem pertinebant, novis ecclesiis adiunctae, adhuc tamen non tenuis parochia pro Clobuczensi ecclesia remansit, parumque Clobuczensi ecclesiae per fundationem tot ecclesiarum, et abstractionem tot villarum, solutione etiam denarii Sancti Petri ex huiusmodi parochiis et novis ecclesiis sibi reservata,

abstractum est; hoc uno molestata et concussa, quod cum Casimirus Secundus Poloniae rex oppidum Crzepicze ad fluvium Isthwartha, in loco et vico sub parochia Clobuczensi consistente conderet, et novum oppidum ecclesia parochiali propria indigeret, nec episcopus Cracoviensis a rege Casimiro rogatus dotationem novae ecclesiae, sub cuius dioecesi consistebat locus, impendere de suis decimis vellet, Jaroslaus Bogoria Gneznensis archiepiscopus petitioni regiae aquievit, et sub ea conditione duas decimas manipulares mensae suae archiepiscopalis, videlicet in utraque Zayanczkowicze ecclesiae novae in Crzepicze in dotem perpetuo donavit et inscripsit, ut locus ipse ad fluvium Isthwartha situus, qui Cracoviensem a Gneznensi dioecesim disterminat, dioecesi suae Gneznensi extunc, confusis limitibus dioecesum, applicaretur. In hunc modum quoque oppidum Crzepicze a dioecesi Cracoviensi abstractum, archiepiscopatus Gneznensis iniuste occupavit et occupat in hunc diem. Decimas autem, census et introitus et proventus praefati monasterii in Clobuczsko, ad illud iure optimo veteri et praescripto pertinentes, speciali in regestro conscribenda duximus, ne expost aliqua his differentia aut quaestio super illis, a quoquam ambitioso occupatore possit exoriri, quorum conditio et appellatio talis est.

Clobuczsko, oppidum habens in se conventualem ecclesiam muratam, cuius proprietas ut praemisimus ad serenissimum Poloniae regem pertinet, iuxta autem ecclesiam praefatam, versus partem orientalem et australem est curia coenobialis, optima habens aedificia, sed lignea, cum officinis ad monasterium correquisitis; habet et pomarium optimum et nobile, spectans ad monasterium vicinum, monasterio contiguum. In quo quidem oppido sunt lanei oppidanorum, de quibus non solvitur decima manipularis, sed frumentalis; quilibet enim oppidanus de laneo tenetur ecclesiae Clobuczensi, annis singulis pro decima solvere de grano puro et mundo, et proprio curru in monasterium inducere, tres mensuras purae siliginis, et tres mensuras avenae, mensurae aequalis Clobuczensis. Item in eodem oppido est advocatia, habens duos laneos, de quibus similiter pro decima solvitur siligo et avena pro monasterio Clobuczensi, in eadem quantitate et mensura, quemadmodum et oppidanorum; decimam autem canapalem neque lanei oppidanorum solvunt, neque advocati. Item in eodem oppido habet monasterium Clobuczense duos laneos liberos praediales, et curiam cum allodio, extra civitatem prope ecclesiam Sancti Bartholomaei; quos quidem laneos, proprio colit aratro, et de quibus nulli dat decimam, sed eam pro se tollit, in horreum suum inducit; qui quidem lanei, in tres campos sunt distincti. Item habet quatuor hortos speciales ad monasterium pertinentes, liberos ab omni solutione, quorum unus iacet contra domum et aream advocatiae, secundus vero iacet iuxta torrentem infra situm oppidum tertius autem iacet versus Pyerstne et hos quatuor hortos monasterium

per se colit et serit, et in primo illorum habet humularium, in altero braseatorium et in tertio caulatorium; omnes autem horti praefati per commutationem et additionem pecuniarum conversi sunt in hortum unum, circa ecclesiam Sancti Bartholomaei locatum. Item monasterium praefatum habet infra oppidum Clobuczense in strata, quae de Clobuczsko in Wylkowyeczsko decurrit, duas piscinas, immediate sibi contiguas, cum pleno iure, situatas in torrente Brinnicza, et tertiam emit Andreas praepositus Clobuczensis apud Albertum et Andream Kukla pro viginti marcis 1466. Item habet monasterium praefatum videlicet quartam piscinam sub limitibus et terminis oppidi Clobuczensis versus villam Lybydza situatam quae Gorylowsky staw communiter appellatur, satis amplam et bonam, quam Andreas praepositus Clobuczensis in sortem perpetuam monasterii Clobuczensis pro sexaginta marcis communis pecuniae comparavit 1465 a. Item in eodem oppido Clobuczsko non est aliquod praedium regale neque curia. Item sunt in eodem oppido duo molendina supra et infra oppidum in torrente.

Theloneum Clobuczense ex antiquo tempore tollitur et recipitur in oppido Clobuczsko, et universa eius perceptio sine diminutione ad monasterium Clobuczense pertinet. Dantur autem pro theloneo huiusmodi, a quolibet bove et vacca tres denarii, item de qualibet capra, ove et scropha duo denarii; item de quolibet equo currum, vel vehiculum trahente medius grossus; item a duobus equis qui pelluntur vel ducuntur medius grossus.

Buthowe. Item monasterium Clobuczense habet censum specialem ex omnibus oppidanis et suburbanis Klobuczensibus, cervisiam aut medonem propinantibus, qui vocatur *buthowe;* quilibet enim cervisiam in oppido aut suburbiis eius propinans, tenetur monasterio solvere unum grossum, qui cervisiam et medonem propinaverit, tenetur solvere monasterio tres grossos.

Oratorium Sancti Bartholomaei. Item extra oppidum Clobuczense est ecclesia S. Bartholomaei lignea, cum coemeterio satis amplo, iuri et proprietati monasterii Clobuczensis in omnibus et per omnia subiecta, quae per fratres monasterii singulis diebus dominicis et in festis Sanctae Trinitatis, Dedicationis et S. Bartholomaei officiatur, propter multa corpora parochianorum Clobuczensium, quae in ea et in eius coemeterio requiescunt. Pestis enim tempore et in aliis quoque temporibus, ad evitandum faetores et venena, propter arctitudinem et ecclesiae coenobialis et coemeterii et oppidi, multa illic corpora mortalium ex vicis adducta, illic sepeliuntur.

Hortus. Iuxta autem coemeterium Sancti Bartholomaei est area cum horto, ad monasterium Clobuczense pertinens, de quibus pro annuo censu solvitur monasterio Clobuczensi unus ferto.

Macellum. Item in eodem oppido habet monasterium Clobuczense inter

macella carnificum oppidi, unum macellum perpetuum liberum, de quo annis singulis solvuntur monasterio duo lapides et duae quartae sepi.

Suburbium Clobuczense, sub parochia monasterii de Clobuczsko, ad plagam meridionalem situm, ad serenissimum dominum Poloniae regem cum omni iure pertinens. In quo sunt lanei suburbanorum, de quibus non solvitur decima manipularis sed frumentalis, coenobio Clobuczensi; quilibet vero suburbanus de laneo tenetur solvere et proprio curru in coenobium inducere, de puro grano, tres mensuras purae siliginis et avenae tres mensuras, mensurae aequalis Clobuczensis; decimam autem canapi non solvunt.

ZAWADA, villa sub parochia ecclesiae de Clobuczsko sita, et suburbio Clobuczensi contigua, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet, et quae quasi pro altero suburbio Clobuczensi reputatur. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet cmetho de laneo non solvit decimam manipularem, sed frumentalem coenobio Clobuczensi; quilibet enim cmetho de laneo solvere tenetur, de puro grano, tres mensuras purae siliginis, et avenae mensuras etiam tres, mensurae Clobuczensis aequalis, et tenentur eam propriis curribus inducere in monasterium Clobuczense. Item non solvunt decimam canapi. Item in eadem villa habet monasterium Clobuczense duos laneos cum pratis liberos, et quilibet pro censu annuo solvit monasterio Clobuczensi mediam marcam.

STHAROMYESCZE, antiqua civitas Clobuczensis, sub parochia monasterii de Clobuczsko sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt lanei, et quilibet de laneo coenobio Clobuczensi solvere tenetur tres mensuras purae siliginis, et tres mensuras avenae, mensurae aequalis Clobuczensis, et tenentur eam curribus propriis inducere ad monasterium Clobuczense. Item non solvunt decimam canapi.

ZAGORZE, villa sub parochia ecclesiae de Clobuczsko sita, cuius proprietas ad serenissimum dominum Poloniae regem pertinet. In qua sunt decem et octo lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et per tres ierugas canapalis, ecclesiae Clobuczensi, et tenentur illam cmethones propriis curribus ducere in horreum a praeposito Clobuczensi locandum, et valor eius aestimatur ad sex marcas. Item est in eadem villa curia regia et praedium, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae coenobiali in Clobuczsko. Item non sunt hortulaniae, non sunt tabernae; item est scoltetia, quae habet duos laneos, de quibus etiam omnibus solvitur decima manipularis ecclesiae et monasterio Clobuczensi. Item est ibi molendinum regium, sed non habet agros.

ZAKRZOW, villa sub parochia ecclesiae de Clobuczsko sita, cuius proprietas et dominium ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt decem et septem lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima

manipularis, et per tres ierugas canapalis, ecclesiae in Clobuczsko, et tenentur eam cmethones propriis curribus ducere in horreum a praeposito Clobuczensi locandum, et valor eius aestimatur ad decem marcas, aliquando ad duodecim, aut quindecim. Item non est ibi praedium, non sunt hortulaniae, non sunt tabernae, non est scoltetia.

Lubidza, villa sub parochia ecclesiae de Clobuczsko sita, cuius haeres Sigismundus de Bleszno dictus Byel, nobilis de armis Ostoya. In qua sunt decem et octo lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis ecclesiae in Clobuczsko, et dant decimam canapalem per tres ierugas, et inducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a praeposito Clobuczensi locandum, et valor eius aestimatur ad quindecim marcas. Item est ibi molendinum, sed non habet agros. Item est ibi praedium militare, habens speciales agros. Item duae sunt hortulaniae in eadem villa, habentes agros. Item una est taberna in eadem villa, habens speciale unum laneum;. et tam de praedialibus, quam tabernarum, atque hortulaniarum agris, solvitur decima manipularis pro monasterio in Clobuczsko. Item est ibi piscina monasterii Clobuczensis optima, vocata Gordowska, ad unam ripam regiam applicata, empta per Andream de Schadek, tertium praepositum Clobuczensem, perpetue pro monasterio Klobuczensi, pro triginta marcis.

Pyerstne, villa sub parochia ecclesiae de Clobuczsko sita, cuius proprietas et dominium medietas villae ad serenissimum dominum Poloniae regem pertinet, et alia medietas villae ad nobiles Johannem, Nicolaum et Mathaeum de armis Ostoya pertinet. In qua sunt sedecim regii lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis ecclesiae in Clobuczsko, et per tres ierugas canapalis, et inducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a praeposito locandum, et valor eius aestimatur ad duodecim marcas. Item sunt ibi praedia tria militaria, de quibus solvitur decima manipularis monasterio Clobuczensi, videlicet Johannis et Nicolai duo cum medio lanei, et Mathaei duo cum medio lanei, et scoltetia habens tres laneos. Item una est taberna habens agros, de quibus solvitur decima manipularis monasterio in Clobuczsko. Item non sunt hortulaniae. Item est in eadem villa molendinum militare, sed non habet agros.

Kamik, villa sub parochia ecclesiae de Clobuczsko sita, cuius haeres Sigismundus Byel nobilis de armis Ostoya. In qua sunt viginti quatuor lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis, et per tres ierugas canapalis monasterio Clobuczensi, et tenentur illam cmethones propriis ducere curribus in horreum a praeposito Clobuczensi locandum, et valor eius aestimatur ad duodecim marcas. Item praedium unicum militare ex scoltetia factum, de quo decima manipularis monasterio Clobuczensi.

Item hortulaniae non sunt, item ibidem tabernae non sunt, item molendinum non est.

BYALA, villa vocata Parva Byala, sub parochia ecclesiae Maioris Byalyae sub titulo Sanctae Catherinae, sita, cuius haeres Sigismundus Byel, nobilis de armis Ostoya. In qua sunt decem et octo lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et per tres ierugas canapalis, monasterio Clobuczensi, et tenentur illam cmethones propriis curribus ducere in horreum a praeposito Clobuczensi locandum, et valor eius aestimatur ad sex marcas, aliquando ad octo, aliquando ad decem. Item praedium est ibi unicum, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae ibidem in Byala. Item taberna est ibi una habens agros, de quibus solvit decimam manipularem ecclesiae in Clobuczsko, et canapalem per unam cum media *kittas*. Item hortulaniae duae, sed non habent agros.

LGOTHA, villa sub parochia ecclesiae de Clobuczsko sita, cuius proprietas et dominium ad monasterium Czanstochoviense pertinet. In qua sunt tredecim cum medio lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis, et per duas ierugas canapalis monasterio Clobuczensi, et tenentur illam cmethones ducere in horreum a praeposito Clobuczensi locandum, propriis curribus, et valor eius aestimatur ad decem marcas. Item non sunt in eadem villa tabernae, non sunt hortulaniae, item praedium est ibi unicum, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae et monasterio in Clobuczsko. Hoc praedium fuit quondam militare; sed frater Nicolaus Borzymowsky, existens tunc prior provincialis, coemit illud pro centum marcis apud Mikosch militem, et monasterio Czanstochoviensi perpetuo incorporavit.

GRODZISKO, villa sub parochia ecclesiae Clobuczensis sita, cuius proprietas et dominium ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt sedecim lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis, et per quatuor ierugas canapalis monasterio Clobuczensi, et tenentur illam cmethones propriis curribus ducere in horreum a praeposito Clobuczensi locandum, et valor eius aestimatur ad quinque marcas, aliquando ad decem. Item non sunt tabernae, non sunt hortulaniae, non est aliquod praedium regale. Item est ibi scoltetia, habens tres laneos, de quibus etiam solvitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Clobuczensi. Item est ibi molendinum scolteti, sed non habet agros.

WRANCZYCZA, villa sub parochia ecclesiae Clobuczensis sita, cuius proprietas et dominium ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt viginti quatuor lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis, et per tres ierugas canapalis, monasterio Clobuczensi, et tenentur illam cmethones propriis curribus ducere in horreum, a praeposito Clobuczensi

locandum, et valor eius aestimatur ad duodecim marcas. Item est in eadem villa taberna una scolteti, habens unum laneum, de cuius agris solvitur decima manipularis pro monasterio in Clobuczsko. Item non sunt hortulaniae, non est aliquod praedium regale. Item est in eadem villa scoltetia, habens quatuor laneos, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Clobuczensi.

Mokra, villa sub parochia ecclesiae coenobialis Clobuczensis sita, cuius haeres Nicolaus Mokrzsky nobilis de domo et familia Junoscha. In qua est unicum praedium militare, de cuius agris solvitur decima manipularis monasterio in Clobuczsko, et valor eius aestimatur ad duas marcas.

Myerzyanow, molendinum sub parochia ecclesiae Clobuczensis situm, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet; quod habet plures agros, de quibus omnibus solvit decimam manipularem monasterio Clobuczensi, et molendinator proprio curru conducit eam in horreum a praeposito Clobuczensi locandum, et valor eius aestimatur ad unam marcam.

Decimae pecuniales monasterii Clobuczensis.

Lobodne, villa sub parochia ecclesiae Clobuczensis sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt triginta três cum medio lanei cmethonales. Item sex lanei scoltetiales, de quibus omnibus solvitur decima pecunialis monasterio Clobuczensi, et quilibet laneus solvit pro decima monasterio novem grossos usualis monetae, in regno Poloniae currentis. Item non sunt ibi tabernae, non sunt hortulaniae, non est praedium. Item sunt ibi duo molendina, unum regium, alterum scoltetiae, sed neutrum habet agros. Item scoltetia est ibi, quae habet sex laneos et solvit decimam pecunialem cum cmethonibus omnibus per novem grossos.

Kalyeya, villa sub parochia ecclesiae de Clobuczsko sita, cuius proprietas et dominium ad monasterium Czanstochoviense pertinet. In qua sunt viginti lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima pecunialis monasterio Clobuczensi, et quilibet laneus solvit pro decima monasterio Klobuczensi sex grossos usualis monetae, in regno Poloniae currentis, pro festo Sancti Martini. Item tabernae non sunt, non sunt hortulaniae, praedium non est.

Byala, villa vocata Magna Byala, habens in se parochialem ecclesiam Sanctae Catherinae dicatam, cuius haeres Henricus Byel nobilis de armis Ostoya. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima pecunialis monasterio Clobuczensi, et quilibet laneus solvit pro decima sex grossos usualis monetae, in regno Poloniae currentis, pro festo

Sancti Martini. Item taberna est ibi una habens agros, et solvit decimam pecunialem monasterio Clobuczensi per sex grossos. Item hortulaniae non sunt. Item praedium est ibi unicum militare, de cuius agris solvitur decima manipularis monasterio Clobuczensi, et valor eius aestimatur ad duas marcas.

Mokra, villa sub parochia ecclesiae Clobuczensis sita, cuius haeres Nicolaus Mokrzsky nobilis de armis et familia Junoscha. In qua sunt triginta lanei cmethonales, et solvunt decimam pecunialem monasterio Clobuczensi, et quilibet laneus pro decima solvit sex grossos usualis monetae, in regno Poloniae currentis, summa facit quatuor marcas, minus uno fertone. Item non sunt ibi tabernae, non sunt hortulaniae. Item praedium est ibi unicum militare, de cuius agris, ut in superioribus praemisimus, datur decima manipularis monasterio Clobuczensi.

Scharleyowka, villa sub parochia ecclesiae de Clobuczsko sita, cuius proprietas et dominium ad monasterium Czansthochoviense pertinet, quae pro decima, pecunialem solvit monasterio Clobuczensi decimam. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet laneus solvit monasterio Clobuczensi sex grossos usualis monetae, in regno Poloniae currentis. Item scoltetus est ibi, qui habet tres laneos liberos. Item non sunt in eadem villa tabernae, non sunt hortulaniae, non est aliquod praedium.

Kopye, villa sub parochia ecclesiae Clobuczensis sita, cuius proprietas et dominium ad serenissimum Poloniae regem pertinet, quae solvit decimam pecunialem monasterio Clobuczensi. In qua sunt viginti unus lanei cmethonales, et quilibet laneus solvit monasterio Clobuczensi, sex grossos usualis monetae, in regno Poloniae currentis. Item non sunt tabernae regiae, solum una scolteti, quae non habet agros. Item non sunt hortulaniae, non est aliquod praedium. Item est in eadem villa scoltetia, habens tres laneos, de quibus etiam solvitur decima pecunialis per sex grossos monasterio Clobuczensi.

Prima fabrica ferri, quae vocatur Herboldi in flumine et sub parochia ecclesiae Clobuczensis sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet; habens agros aliquos, quos serit pro sua proprietate, quae et pro iure parochiali, et pro iure decimae solvit monasterio Clobuczensi censum annuum, qui vocatur *stholowe*, a qualibet domo unum grossum.

Secunda fabrica ferri, quae vocatur Sarra alias Pila in flumine ......

Tertia fabrica ferri, quae vocatur Hankonis in flumine ...

Walenczow, Truskolyaszy, Opathow et Gywanowicze; quinque villae ad serenissimum Poloniae regem pertinentes, sub parochia ecclesiae de Clobuczsko sitae. In quibus etsi episcopus Cracoviensis et mensa eius,

et monasterium de Msthow, habeant decimas manipulares, iure tamen parochiali, quilibet laneus possessus in dictis villis, solvit monasterio Clobuczensi unum chorum siliginis et unum chorum avenae, mensurae aequalis Clobuczensis, teneturque quilibet cmetho siliginem et avenam huiusmodi in monasterium Clobuczense inducere; mensa episcopalis habet decimas in Truszkolyaszy et Gywanowicze, monasterium autem Msthoviense in Opathow et Walenczow, datas eidem monasterio Msthoviensi per Ivonem episcopum Cracoviensem. Truszkolyaszy autem non solvit *meszne*, sed tantummodo denarium Sancti Petri.

In Gywanowicze scoltetia, quae habet tres laneos sub se, de quibus omnibus solvitur decima pecunialis pro monasterio Clobuczensi, de quolibet laneo novem grossos.

In Rambyelycze, villa sub parochia ecclesiae de Clobuczsko sita, in qua est scoltetia habens duos laneos liberos, de quibus omnibus solvitur decima pecunialis per sex . . . monasterio Clobuczensi, decimam autem manipularem solvunt episcopatui Cracoviensi.

Monasterium quartum ordinis canonicorum regularium Beati Augustini Cracoviensis dioecesis in

KRASZNYK.

Johannes Andreae de Thanczyn, vocatus Rabstinsky domicellus et miles Cracoviensis dioecesis, haeres in Crasznik, de armis Bippennium, a Johanne de Thanczyn castellano Cracoviensi patruo suo germano, persvasus et inductus in oppido suo Krasznik augmentum honoris et laudis divinae fidei quoque et religionis christianae effecturus, ex ecclesia parochiali in Crasznik monasterium fratrum Beati Augustini canonicorum regularium fundat, ratus proventus et redditus ecclesiae praefatae in Crasznik pro sustinendis et fovendis fratribus religiosis et eorum coenobio sufficere. Ecclesia itaque praefata in Crasznyk ex morte Johannis Kalynsky eius ultimi et immediati rectoris vacante, Johannes Luthkonis episcopus Cracoviensis a praefatis Johanne de Tanczyn castellano Cracoviensi et nepote suo Johanne Rapstinsky exoratus, ecclesiam praefatam in Crasznik de saeculari anno Domini 1469, die lunae, tertia Martii in regularem transfert, eamque religioni et fratribus canonicorum regularium vitam utramque, activam videlicet et contemplativam practicantibus, et horas nocturnas et diurnas, remque divinam expleturis, perpetuis temporibus ab eis possidendam, regendam, gubernandam et curandam inviscerat, incorporat,

appropriat, privilegiat et inscribit; ordinans, patroni praefati Johannis Rapstinsky consensu speciali accedente, ut vacatione praepositi occurrente, fratres aut ex se aut in defectum idonei, praepositum ex fratribus monasterii Corporis Christi in Casimiria eligant, et fratribus praefatis corporis Christi in Casimiria se in habitu, ritu et caerimoniis, caeterisque consvetudinibus, ecclesiae vero Cracoviensi in rubrica se in omnibus conforment. Eratque monasterii praefati in Crasznyk primarius praepositus et lapis Johannes de Beythom, frater ordinis et monasterii praefati, qui cum aliis fratribus ex monasterio Corporis Christi de Casimiria in adiutorium sibi per fratrem Jacobum praepositum Corporis Christi datis, primus monasterium in Crasznyk annis pluribus rexit, et utiliter gubernavit. Cuius quidem novi monasterii in Crasznik, ne ignorentur proventus, et ne a quoquam in posterum possint supprimi, scribendos duximus, et describimus in hunc modum.

In archidiaconatu Zawichostensi.

Crasznyk, oppidum habens in se parochialem ecclesiam, cuius chorus et sacristia fabricata sunt per Johannem Calinsky de domo Bippennium, tunc eius plebanum, et eo mortuo translata est in ecclesiam regularem, et habitatur atque administratur a priore et octo fratribus regularibus Beati Augustini, cuius proprietas et dominium ad Johannem Myelsthinsky nobilem de domo et familia Bippennium pertinet. In quo sunt triginta lanei oppidanorum, quorum viginti solvunt decimam manipularem monasterio in Crasznik, de quolibet laneo pro festo Sancti Martini per sex grossos; de residuis vero decem laneis, solvitur et solvi debet decima pecunialis scholastriae Sandomiriensi, etiam per sex grossos pecuniae communis et usualis. Item omnes praefati triginta lanei oppidanorum de Crasznik solvunt decimam manipularem ultra pecunialem coenobio in Crasznik, sed moderatam, quae non vocatur decima, sed *copczysna;* nam de siligine dant unam cassulam de quolibet laneo, item de tritico alteram cassulam, item de avena tertiam, et tenentur cassulas huiusmodi propriis curribus conducere in horreum praepositi de Crasznik, et valor eius aestimatur ad sex marcas. Item non solvunt decimam canapalem. Item in praefato oppido Crasznyk sunt speciales sex lanei advocatiales, de quibus datur decima manipularis ecclesiae praefatae conventuali in Crasznik. Item praefati lanei oppidanorum et advocati in Crasznik non solvunt decimam canapalem. Item non sunt in eodem oppido hortulaniae. Item est molendinum, sed non habet agros. Item in eodem oppido praepositus et

coenobium habent optimum praedium, in tres campos divisum, de quo nulli solvunt decimam, sed eam pro se tollunt et in horreum suum inducunt.

Scholae magister. Item est in eodem oppido schola, cuius rectorem praepositus coenobii de Crasznik pro tempore constituit, et solariat eundem anno quolibet quinque marcis.

Rzeczycza, villa sub parochia ecclesiae de Crasznik sita, cuius proprietas et dominium ad praepositum et conventum monasterii in Crasznik pertinet. In qua sunt decem et octo lanei cmethonales, et quilibet de laneo tenetur solvere pro annuo censu sedecim grossos communis pecuniae, praeposito et monasterio in Crasznik. Item non laborant dies in septimana cmethones villae praefatae, sed tam pro vere, quam pro hyeme in praedio praepositi colunt, arant, serunt, metunt et disponunt agros praediales. Item in eadem villa sunt duae piscinae praepositi et coenobii de Crasznik et circa unam ex illis est molendinum ad praepositum et monasterium in Crasznik pertinens, in quo cmethones praefatae villae Rzeczycza frumenta sua molere tenentur, de quo praepositus et monasterium tollunt duas metretas emolumentorum, et molendinator tertiam. Item posset praepositus et monasterium in eadem haereditate Rzeczicza locare, exstruere plures piscinas, pro monasterii in Crasznik utilitate. Item cmethones villae praefatae Rzeczycza gallos duos solvunt pro praeposito, item duos caseos, triginta ova; item cmethones villae praefatae de omnibus decem et octo laneis, solvunt decimam manipularem ecclesiae parochiali in Pnyow, et tenentur eam cmethones propriis curribus ducere, in horreum a plebano de Pnyow locandum, et valor eius aestimatur ad decem marcas. Hanc decimam Johannes Luthkonis episcopus Cracoviensis alienavit ab episcopatu, et dedit eam ecclesiae in Pnyow, dum esset episcopus Cracoviensis, in dotem novae fundationis. Item decimam canapalem cmethones praefati in Rzeczycza . . . .

Sthroza, villa sub parochia ecclesiae de Krasznik sita, cuius proprietas et dominium ad nobilem Rapstinsky Johannem de armis Bippennium pertinet. In qua sunt centum lanei cmethonales, de quorum sexaginta laneis solvitur decima pecunialis per sex grossos pecuniae communis ecclesiae et monasterio in Crasznik; de quadraginta vero laneis aliis, solvitur decima etiam pecunialis per sex grossos scholastriae Sandomiriensi, de pecunia usuali et communi. Item cmethones omnes praefati non solvunt decimam canapalem. Item omnes centum lanei praefati in Sthroza, tam hi, qui solvunt decimam pecunialem monasterio in Crasznik, quam et illi, qui eam solvunt scholastriae Sandomiriensi, tenentur ad decimam moderatam, solvendam ecclesiae et monasterio in Crasznik; quilibet enim ex laneo tenetur ecclesiae praefatae solvere unam cassulam tritici, alteram siliginis,

et tertiam avenae, et decima huiusmodi vocatur *kopcziszna*, et decima huiusmodi aestimatur ad viginti marcas, et tenentur propriis curribus ad eius ducturam. Item si quis colit et serit agrum desertum, in toto vel in parte, nihilominus ad plenam decimae pecunialis et etiam ad *copczisznae* solutionem obligatur. Item non est aliquod praedium in villa praefata. Item non est molendinum. Item sunt ibi tabernae et hortulaniae, sed non habent agros.

PYASSZEK, villa sub parochia ecclesiae de Crasznik sita, cuius proprietas et dominium ad Johannem de Rapsthin nobilem de armis Bippennium pertinet. In qua sunt viginti duo lanei cmethonales, ex quibus decem et septem cum medio solvunt decimam pecunialem per sex grossos ecclesiae et monasterio in Crasznik, de quatuor vero laneis cum medio solvitur etiam decima pecunialis per sex grossos scholastriae Sandomiriensi. Item non solvunt canapi decimam. Item omnes viginti duo lanei cmethonales tam hi, qui decimam pecunialem coenobio in Crasznik solvunt, quam et illi, qui eam solvunt scholastriae Sandomiriensi, tenentur ad decimam moderatam, solvendam ecclesiae et monasterio in Crasznik; quilibet enim de laneo tenetur solvere ecclesiae praefatae unam cassulam tritici, alteram siliginis, tertiam avenae, et decima huiusmodi vocatur *copcziszna*, et valor eius aestimatur ad quinque marcas, et tenentur propriis curribus ad eius ducturam. Item, si quis colit et serit agrum desertum in toto vel in parte nihilominus ad plenam, tam decimae pecunialis, quam ad *copczisnae* solutionem obligatur. Item non est ibi praedium aliquod in villa praefata, non est molendinum, non sunt tabernae, non sunt hortulaniae.

SCHUCHYNYA, villa sub parochia ecclesiae de Crasznik sita, cuius proprietas et dominium ad Johannem Rapsthinsky nobilem de armis Bippennium pertinet. In qua sunt quindecim lanei cum medio, de quorum duodecim laneis, solvitur decima pecunialis per sex grossos ecclesiae et monasterio in Crasznik, de tribus vero laneis cum medio solvitur decima pecunialis etiam per sex grossos scholastriae Sandomiriensi, item omnes lanei praefati non solvunt decimam canapi. Item omnes quindecim cum medio lanei, tam hi, qui solvunt in Crasznik decimam pecunialem, quam et illi, qui in scholastriam Sandomiriensem, tenentur ad decimam moderatam, quae vocatur *copczisna;* nam quilibet de laneo solvere ecclesiae in Crasznik unam cassulam tritici, alteram siliginis, tertiam avenae obligatur, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas, et tenentur propriis curribus ad eius ducturam. Item si quis agrum desertum in parte vel in toto colit et serit, nihilominus ad plenam tam decimae pecunialis, quam *copczisnae* solutionem obligatur. Item non est ibi praedium, non sunt tabernae, neque hortulaniae, item non sunt molendina.

Byelyny, praedium coenobiale monasterii de Krasznik et sub parochia eiusdem situm. In quo sunt quatuor lanei, qui omnes coluntur et arantur per colonos monasterii de Crasznik, de quibus nulli monasterium solvit decimam manipularem aut pecunialem, sed eam pro se tollit et in horreum suum inducit. Item in eodem praedio coenobiali est curia, habens multa pecora et pecudes. Item non sunt aliquae hortulaniae.

Grambienicza, villa sub parochia ecclesiae de Crasznik sita, cuius haeres Johannes Rapsthinsky de Thanczyn, nobilis de armis Bippennium. In qua sunt agri cmethonales, qui incipientes a molendino advocatiali oppidi Crasznik, tenduntur latitudine usque ad praedium coenobiale Byelyny, de quibus aliqui agri solvunt decimam pecunialem per sex grossos monasterio in Crasznik, et aliqui scholastriae Sandomiriensi; decimam autem canapalem non solvunt. Item omnes agri villae Grambinicza tam hi, qui solvunt decimam pecunialem monasterio in Crasznik, quam et illi, qui eam solvunt scholastriae Sandomiriensi, tenentur ad decimam manipularem solvendam moderatam monasterio in Crasznik; quilibet enim de laneo tenetur solvere monasterio praefato unam cassulam tritici, alteram siliginis, tertiam avenae, et decima huiusmodi vocatur *kopcziszna*, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas, et tenentur propriis curribus cmethones ad eius ducturam. Item si quis colit aut serit agrum desertum, in toto vel in parte, nihilominus ad plenam tam decimae pecunialis, quam *kopczisznae* solutionem obligatur. Item non est ibi praedium aliquod, non est molendinum, non sunt tabernae, non sunt hortulaniae. Item in praefata villa Grambyenicza fuit quondam ecclesia parochialis lignea, Sanctae Mariae Virgini dicata, et milites residebant in ea habentes curias speciales, et agros praediales. Postquam vero inde haereditatibus venditis, fecerunt discessum, et villa ipsa Grambyenicza oppido Crasznik fuit adiuncta, etiam ecclesia in Grambyenicza ecclesiae de Krasznik fuit et est cum suis proventibus unita.

Zakrzow, villa sub parochia ecclesiae de Crasznik sita, cuius proprietas et dominium ad abbatem et monasterium Coprzywniczense pertinet. In qua est scoltetia habens octo laneos proprios, de quibus nescio per quam negligentiam et abusum, tantummodo solvit octo scottos, quos vix congrueret pro uno laneo solvere pro monasterio in Crasznik. Cmethonales lanei..., et quilibet pro decima pecuniali solvit monasterio Coprzywniczensi octo grossos. Item agri tabernarum duarum; similiter praedium etiam est ibi monasterii, de cuius agris non solvitur aliqua decima sed abbas eam pro se tollit.

Szulow, villa sub parochia ecclesiae de Crasznik sita, cuius proprietas et dominium ad monasterium Coprzywniczense pertinet. In qua est scoltetus habens quatuor laneos cum medio, et ex duobus laneis antiquis

solvit decimam manipularem ecclesiae parochiali in Crasznik; ex aliis vero duobus cum medio laneis, solvit decimam monasterio Coprzywniczensi. Item sunt in villa eadem lanei viginti octo, de quorum medietate solvitur decima manipularis, et de medietate pecunialis per quatuor grossos, monasterii Coprzywniczensi.

KOCHOVIENSE.

Quintum monasterium canonicorum regularium ordinis Sancti Augustini, in dioecesi Cracoviensi, in Kochow oppido consistens.

Stanislaus miles et haeres de Ostrolanka cognominatus Czyolek, eo, quod esset de domo et familia Taurorum, palatinus Varszoviensis, Stanislai Czyolek Poznaniensis episcopi genitor, fervorem devotionis suae in Deum, et in servos eius fratres regulares canonicos in monasterio in Czyerwyensko, Ploczensis dioecesis effectuali opere monstraturus, duas villas seu haereditates suas paternas, in terra Sandomiriensi, iuxta fluvium Vysla consistentes, monasterio praefato in Czyrwyensko donatione perpetua et irrevocabili, anno Domini ... donat, largitur, appropriat, reformat et inscribit; videlicet: Kochow et Kobilnicza, una cum iure patronatus et praesentandi ecclesiae parochialis, quae in altera villarum videlicet in Kochow a partibus retroactis extat fundata; offerens plena munera dominio, et villas cum omni iure, proprietate et dominio, dicto monasterio in Czyerwyensko donans et conferens, et nihil sibi aut suis successoribus in eis quomodolibet reservans. Abbas autem de Czyerwyensko provide attendens, ecclesiam praefatam parochialem in Kochow non contemnendos habere proventus, eam per episcopum Cracoviensem in regularem ordinavit transferri, et praepositum unum ex fratribus sui coenobii, qui illic cum aliis fratribus ex monasterio Czyrwiensko dandis et mittendis, assiduam faceret residentiam, resque administrare divinas et humanas, et curam exactam gereret animarum, procuravit anno Domini ... creari. Ex quo quidem tempore ecclesia illa in sortem concessit canonicorum regularium, in dioecesi Cracoviensi consistentium, adnumerare voluimus, nomen illius, atque conditionem in lucem extracturi. Cuius etiam redditus, introitus et proventus ne humanis aboleri aut mutilari possint casibus, in praesenti registro ad memoriam praesentium et futurorum describemus.

Notandum, quod monasterium de Czyrwiensko Ploczensis dioecesis,

postquam duas villas praefatas Kochow et Cobylnicza in suam sortem et proprietatem accepit, ecclesiam etiam parochialem in Cochow, quae per saecularem sacerdotem consveverat regi, administrari, etiam sibi una cum decimis et aliis proventibus ecclesiae eiusdem appropriavit et in unum corpus univit et compegit. Vacatione tamen praefatae ecclesiae in Kochow quomodolibet occurrente, non iam saecularem presbyterum loci ordinario Cracoviensi, sed fratrem regularem investigendum de ecclesia praefata in Kochow praesentat de suo coetu et congregatione, qui et praefatas duas villas Cochow et Kobilniczam, et bona praepositurae, seu ecclesiae Kochoviensis, tam in spiritualibus, quam in temporalibus regit, administrat et gubernat.

Kochow, villa iuxta fluvium Visla sita, habens in se ecclesiam parochialem ligneam, Assumptioni Beatae Mariae dicatam, cuius proprietas ad monasterium in Czerwyensko pertinet, una cum praepositura loci eiusdem. Cui Casimirus Secundus Poloniae rex, ut posset in ea civitas locari, dedit privilegium et potestatem. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu . . . Item quinque tabernae habentes agros, quarum tres pertinent ad abbatem in Czyrwiensko, et duae ad praepositum Kochoviensem, et solvit pro censu . . . . Item est ibi curia et praedium in Czirwyensko, de quo et omnibus cmethonalibus agris, solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Kochow. Item sunt ibi duae hortulaniae, habentes agros, pertinentes ad praepositum in Kochow et quilibet proprio curru aut aratro laborat unum diem pro praeposito. Confinat cum Byeliny, Oramy, Maczeyowicze, Oblyn, Wargoczin, Thyrzyn et Pyotrkowycze.

Kobylnicza, villa sub parochia ecclesiae de Cochow sita, cuius proprietas ad monasterium in Czyrwiensko pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu . . . . Item sunt in ea duae tabernae habentes agros, et ambae ad praepositum in Kochow pertinent, et quaelibet solvit mediam marcam pro censu. Item tres hortulaniae, ad praepositum Kochoviensem pertinentes, et quaelibet unum diem in septimana laborat, nihil solvens. Item molendinum est in eadem villa in medietate fluminis Okrzeya, et solvit mensuras pro abbate de Czyrwiensko. Item praedium non est in eadem villa neque scoltetia. Item per omnes cmethones et tabernatores solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae Cochoviensi. Confinat cum Byelyny, Orany, Maczeiowicze, Oblyn, Wargoczyn, Thyrzin et Pyotrkowicze.

Decimae manipulares praeposituræ Kochoviensis.

Wylczkowicze, villa sub parochia ecclesiae de Swirze sita, cuius proprietas ad serenissimum regem Poloniae pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praepositura in Kochow. Item est ibi una taberna habens agros, quae etiam solvit decimam manipularem ecclesiae in Kochow. Item hortulaniae; item est ibi praedium regium, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae in Ryczywol.

Orani, villa sub parochia ecclesiae de Kochow sita, cuius haeres Petrus de Byelyny de domo Taurorum. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et ducitur decima manipularis et canapalis, praeposituræ in Kochow. Item taberna, item hortulaniae, item praedium ibi unicum militare, quod appellatur vulgariter Borowe, de cuius agris solvitur decima manipularis pro praepositura in Kochow.

Maczeyowicze, villa sub parochia ecclesiae de Kochow sita, cuius haeres Nicolaus Maczeyowsky de domo Taurorum. In qua sunt duo lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et ducitur decima manipularis et canapalis praeposituræ in Kochow, et valor aestimatur ad duas marcas. Item tabernae non sunt. Item hortulaniae duae, sed non habent agros. Item praedium est ibi unicum militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Szamogoscz.

Zakrzow, villa sub parochia ecclesiae de Kochow sita, cuius haeres Olth Powalya de Domaszow de domo Powalya. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis praeposituræ in Samogoscz. Item tabernae non sunt. Item hortulaniae non sunt. Item praedium est unicum militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali et eius praeposito in Kochow.

Podstolycze, villa sub parochia ecclesiae de Kochow sita, cuius haeredes: Martinus, Johannes, Stanislaus de domo Taurorum. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et ducitur decima manipularis et canapalis in Samogoscz. Item tabernae non sunt, non sunt hortulaniae. Item praedium est ibi unicum militare, de cuius agris solvitur decima manipularis pro praepositura in Kochow.

Oblin, villae sub parochia ecclesiae de Kochow ambae sitae, quarum haeres et possessor Nicolaus Maczeyowsky de domo Taurorum; in Oblyn autem sunt undecim lanei, et omnes decimant pro ecclesia et plebano in Szamogoscz. In Polik sunt sex lanei, qui decimant pro mensa episcopali. Item praedia, non sunt in praedictis villis.

Krampa, villa sub parochia ecclesiae de Kochow sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sex lanei cmethonales, qui omnes decimant pro mensa episcopali Cracoviensi. Item praedium non est.

Szobolow, villa sub parochia ecclesiae de Kochow sita, cuius haeres Johannes Czyolek de Zyęlyechow de domó Taurorum. In qua sunt lanei cmethonales, qui omnes decimant pro mensa episcopali Cracoviensi. Item praedium non est.

Byelyany, villa sub parochia ecclesiae de Kochow sita, cuius haeres Petrus Byelinsky de domo Taurorum. In qua sunt tres lanei cmethonales, qui omnes decimant..... Item est ibi praedium unicum militare, de cuius agris decima manipularis solvitur pro ecclesia parochiali in Woyczeschkow.

THYNYCZIENSE.

Primum ordinis Sancti Benedicti in dioecesi Cracoviensi consistens monasterium in Thyniecz.

Kasimirus Primus Poloniae rex, qui ex Cluniacensi monasterio in Galliis, ubi iam professionem religionis fecerat, et diaconi arcem susceperat, egressus, gubernationem et regimen regni Poloniae, Benedicto papa Nono dispensante, assumpserat, divinae benignitatis clementiam et beneficia, quae illi et paternum avitumque regnum Poloniae restituerat, pluresque victorias de hostibus variis, introneis et propriis, in circuitu Polonici regni consistentibus, et gades terminosque Poloniae regni usurpare conantibus illi contulerat, recogniturus, duodecim fratribus quos ex monasterio Cluniaczensi secum in Poloniam advexerat, anno Domini 1044. monasterium in colle petrosa, quae Thynyecz appellatur, ad fluenta Wyslae sita, fundat et locat, ecclesiamque coenobialem in honorem Sancti Petri principis Apostolorum fabricat; et dexteritate regia locum praefatum oppidis, villis, censibus, praediis, caeterisque id genus introitibus, in dotem illi datis, locupletat, libertatibus quoque plurimis privilegiat, unum quoque fratrem ex duodecim secum ex Gallis adductis Aaron nomine in abbatem eligi, assumi, qui et nitore vitae et religionis sanctimonia praecipuus inter caeteros habebatur, procurat. Tanta munificentia in praefatum monasterium usus, ut nullius monasterii ante et post in hanc diem fundati, fundus dotis tunc a rege Casimiro praestitae, et per monasterium hactenus possessae potuerit aequiparari, tanta excellentia et praerogativa a sui exordio perpetuo privilegiatum, ut universa monasteria cellae et loca ordinis Sancti Benedicti sub provincia Gneznensi, et in quibuscumque consistentia dioecesibus, iure legitimo et praescripto fuit abbatis Thyniczziensis pro tempore iurisdictioni, dispositioni et ordinationi subiecta. Procuravit etiam idem Casimirus Poloniae rex

monasterio a se fundato, ecclesiam parochialem Sanctae Andreae in Thyniecz, vetusti operis more de petra alba fabricatam, decimis enim manipularibus, proventibus et introitibus, caeterisque id genus redditibus, ad collationem et iuspatronatus regis plenarie pertinens fuerat quaestuosa, uniri et incorporari; in cuius etiam nunc proprietate et dominio consistit et perseverat. Amplificasset autem Casimirus Poloniae rex praefatus dotationem monasterii Thyniczensis a se inchoatam, et magna ex parte consumatam, nisi ex rebus viventium, fato parum sperato fuisset subtractus. In cuius supplementum filii sui natu iunioris Vladislai qui Hermanus appellatus est consors illustrissima, mirae religionis ac devotionis foemina Judith regina, filia Wratislai ducis Bohemiae ex prima uxore Adleyda Hungariae regis Andreae nata suscepta, oppidum Oppathowyecz supra Wislam situm, cum aliquot villis, item villam regiam Xangnicze, cum aliis villis supra Nidziczam sitis, monasterio praefato munifice de viri sui Vladislai ducis et monarchae Poloniae speciali annuentia et consensu, inscripsit perpetuo et donavit. Cuius beneficii tunc accepti monachi Thyniczienses memores Judith reginae, propter excellentiam enim eminentem morum, virtutum, ac generis, nemo illam aliter quam reginam solebat appellari, in suis orationibus, obsecrationibus et sacrificiis agunt ex nomine, et singillatim memoriam specialem, et in secundo illam post primarium fundatorem Casimirum Poloniae regem numerant loco. Ad petitionem insuper Casimiri praefati Poloniae regis, Rachelinus archiepiscopus Cracoviensis, plerisque decimis manipularibus episcopalis suae mensae, monasterium Thyniczense praefatum insignivit et dotavit. Cui Aaron eiusdem monasterii Thyniciensis abbas in pontificatu succedens, amplioribus decimis episcopalibus locum ipsum extulit, et celebrem reddidit, providens, privilegians et perpetuo decernens edicto, quod et in praesentem diem mansit illi solidum atque ratum, ut quilibet abbas Thyniciensis in signum suae excellentiae, praestantiae et dignitatis, Cracoviensis canonicus censeatur, et non secus quam praelatus aut canonicus Cracoviensis, utatur in ecclesia Cracoviensi et canonicali almutio et stallo canonicis debendo chorali; quod quidem tam pulcherrimum clenodium et insigne ornamentum neminem ex omnibus regni Poloniae abbatibus et praepositis videmus rapuisse; sed nec aliquem ex monachis praeter hunc scimus petallum pontificale in Cracoviensi dioecesi et ecclesia gestasse. Cum insuper in villagio Xangnicze ad monasterium Thyniczense pertinente, divisa foret parochialis ecclesia ibi consistens, et duo illam plebani regerent decimis et proventibus limitatis, abbas et monasterium Thyniczense decimas et proventus crassioris partis sibi et suo monasterio Thyncziensi, titulo unius plebanatus extincto, procuravit uniri, et universam parochiae animarumque curam, in alterum plebanum

transfundendo; ab illo quoque tempore ecclesia ipsa in Xangnicze etsi ad unitatem unius plebani redacta sit, in decimis tamen et agris, atque pratis, caeterisque introitibus notabiliter mutilata. In aetate denique nostra praefatae ecclesiae de Xangnicze abbas Mathias, et coenobiales Thynicienses, quoniam illis nuperrime successerat, inescati aliam ecclesiam in Tuchow oppido, in proventibus et decimis ventrosam, narrando ficte et perperam coram summo pontifice Nicolao papa Quinto, qualiter bona eorum monasterii per Bohemos haereticos fuissent incendiis, rapinis, caeterisque expilationibus devastata, obtinuit illam, patrefamilias episcopo Cracoviensi Thoma Strzempinsky, post mortem Danielis illius ultimi possessoris dormiente, uniri cum suis introitibus et incorporari, et locatis ibi sui ordinis, suique coenobii fratribus, ecclesiam illam per se regere, et tam in spiritualibus quam temporalibus administrare, coeperunt, in vilipendium et laesuram sui ordinis, suique legislatoris confessoris gloriosi et pastoris magnifici Benedicti, qui sui ordinis fratres non curam animarum gerere, neque in urbibus habitare, sed anachoreticam vitam ducere, et in heremo degere sanxivit; sed viderint, qui huiusce scandalosae rei fuerunt auctores, per quam auctis monasterii opibus, moribus, virtutibus et legibus evidenter est iniuriatum et detractum, viri quoque monastici et religiosi, ex monachis et heremicolis, in mundanos redacti. Sed nos propositum nostrum prosequuturi, ad describendas decimas, villas et quoslibet Thyneczensis monasterii introitus, calamum invertamus.

Monasterium Thyniciense, in arce petrosa et ardua situm, quam fluvius Istula praeterfluens abluit, habens ecclesiam coenobialem, et cellas atque officinas monasterii muro fabricatas. Arx autem ipsa et moeniis et turribus, caeterisque propugnaculis notabiliter est emunita, quae nocte et interdiu in assidua tenetur custodia. Pulchrum patriae clenodium, et fortis contra hostiles insidias munimen, locus vetustus, et in quo etiam in prioribus aetatibus propter eminentiam collis, nusquam arx deerat. Est ibi praedium notabile coenobii, habens citra duos laneos, de cuius agris nulli solvunt decimam, sed eam pro se tollunt et in horreum suum inducunt, praeter unam portionem, quae vinea dicitur, et quae confinat sepi horti ulterioris, de qua decimatur plebano S. Andreae. Item est notabile pomarium, plures habens arbores foecundas et largas; item sunt duo horti sub monte, in quibus seruntur et plantantur caules, caeteraeque herbae coquinales; item tertius hortus cerasis consitus, habens plures apum truncos.

Thynyecz, villa habens in se ecclesiam parochialem, S° Andreae Apostolo dicatam, vetusto opere ex petra alba muratam, et quae una asseritur de numero ecclesiarum, quas Petrus comes de Skrzin creditur fabricasse; cuius proprietas ad monasterium Thynciense pertinet. In qua sunt hortulaniae

quatuordecim, lanei cmethonales non sunt, et quilibet solvit pró censu sex grossos, duos dies laborando in septimana proprio curru. Item ova, item caseos, item gallos; item laborant duos dies curru et quilibet ..... principio tenetur metere quinque cassulas, et exinde laborant tres dies usque ad natale Christi, et ducunt ligna, foenum et alia in Cracoviam, et dicuntur curiales. Item tabernae duae, habentes prata et agros, et solvunt quaelibet tres marcas pro censu. Item molendinum coenobiale in flumine Skawinka, et solvit pro monasterio duas sexagenas, et frumenta monasterii omnia absque mensura molere tenetur. Item novem alii vocati pedites, quorum sex laborant duos dies in septimana pedibus, et conducunt ligna pro monasterio duobus diebus propriis curribus. Item tres alii, quinque cassulas metunt, et duos dies laborant, usque ad natale Mariae. Item praedium coenobiale est ibi, cuius agri solvunt decimam pro monasterio, praeter aliquos agros vineae, qui cedunt plebano. Item de omnibus agris cmethonum solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Thyniecz S. Andreae, et valor eius aestimatur ad sex marcas; item duo ibi cmethones liberi, qui nihil laborant, quorum unus solvit unam marcam, alius tres fertones, et quilibet ratione *oprawae* tredecim denarios. Item navulum, de quo duae marcae pro censu, quatuor grossi pro vacca in festo S. Petri. Haec ecclesia cum suis decimis, parochia et redditibus, translata est in oppidum Skawina et plebanus de Skawina eam tanquam matricem, per specialem sacerdotem circa eam assidue manentem, administrat. Confinat cum Kostrzecz, Skothniky, Szydzina, Korabniky et Schimbark, Przegorzalye, Byelyany.

Pyekary, villa sub parochia de Thinyecz sita, cuius proprietas ad monasterium Thinciense pertinet. In qua sunt hortulaniae sex, et quaelibet habet tria stadia agri et vocantur maiores hortulani, et non lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu sex grossos, diem laborando in septimana unum pedes; item ova decem, item gallos duos in vere, duos in autumno; item caseum unum; item laborant singulis septimanis duos dies proprio curru aut aratro, metunt quinque cassulas, item pro *powaba* metunt quinque cassulas, et tredecim denarios ter in anno pro *oprawa;* item *osszyep* non solvunt, sed pro vacca quilibet eorum septem cum medio grossos. Item taberna una habens hortum et pratum, et solvit pro censu duas marcas. Item hortulaniae quatuor, quaelibet solvit tredecim denarios in quatuor temporibus, duos grossos pro vacca, tredecim denarios pro *oprawa,* ter in anno, et laborant duos dies in septimana pedes, et duas cassulas metunt cum media. Item praedium coenobiale est ibi, de cuius agris monasterium pro se tollit decimam. Item omnes agri villae, solvunt decimam manipularem et canapalem et conducunt pro monasterio Thincziensi, cuius valor ad quatuor

marcas. Item quilibet cmetho dat quatuor culmos canapi. Item molendinum est ibi, et solvit unam cum media marcas pro censu. Confinat cum Thinyecz, Szmyerdząpcza, Ceyowicze et Raczna et Lyszky.

Czeyowicze, villa sub parochia de Thinyecz sita, cuius proprietas ad monasterium Thincziense pertinet. In qua sunt hortulaniae sex, non lanei cmethonales, et quaelibet solvit duos grossos, unum diem laborat, item ova decem, item gallos duos, item caseos duos; item laborant duos dies non pedites in septimana, sed curru, et ducunt ligna; item pro *powaba* metunt quinque cassulas in frumentis; item *osszyep;* item taberna una habens agros, quae solvit pro censu ....; item hortulani, item praedium coenobiale non est ibi. Item omnes agri villae solvunt decimam manipularem et canapalem, et conducunt pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad duas marcas pro una medietate villae, altera autem medietas villae solvit eam ecclesiae parochiali in Morawicza; valor duae marcae. Confinat cum Yeszerzani, Raczna, Pyekary.

Raczna, villa sub parochia de Thinyecz sita, cuius proprietas ad monasterium Thincziense pertinet. In qua sunt sex lanei cmethonales una quarta, et quilibet solvit de duobus laneis pro censu undecim scottos, de aliis duobus per decem scottos, de quinto mediam marcam, et de sexto scoltetiali mediam marcam latorum grossorum; item ova quadraginta quinque, item gallos quadraginta tres, item caseos quindecim pro tota villa; item laborare non tenentur unum diem in septimana pedestres, sed tenentur ligna et robora conducere pro monasterio varia. Item pro *powaba* laborant agros *iutrzyni*, quos tenentur arare, seminare, metere, et conducere frumentis monasterii. Item *osszyep* non solvunt; item taberna una habens agros, et solvit pro censu tres marcas, et tria prandia iudiciorum magnorum; item hortulaniae tres, duae solvunt per sex grossos, tertia novem scottos, et duos dies in septimana laborant. Item praedium coenobiale est ibi, de cuius agris monasterium tollit decimam pro se. Item omnes agri villae solvunt decimam manipularem, et conducunt canapalem pro monasterio, granum dando, quilibet de medio laneo unam mensuram tritici. Item ager dictus Canthi, alias Dambrowky, quilibet conventor solvit unam sexagenam. Item quilibet de laneo solvit pro plebano in Thinyecz *meszne*. Item omnes cmethones villae tenentur pro festo Paschae dare unam pernam lardi, aut unum fertonem, et cervisiam solvere tribus iudiciis. Item scoltetia est in eadem villa. Confinat cum Czirnyechow, Nowa wyesz, Przegynya, Lyszky, Pyekary, Yeszerzany et Czuyowicze.

Smyerdzaocza, villa sub parochia ecclesiae de Lyszky sita, cuius proprietas ad monasterium Thincziense pertinet. In qua sunt quinque lanei et una quarta cmethonales, et quilibet solvit pro censu novem scottos latorum

grossorum aut valorem, item ova triginta, item gallos duos, item caseos duos; item labores facere non tenentur septimanales, item pro *powaba* laborant agros *iutrzyny*, quos tenentur arare, seminare, metere, conducere, frumentis monasterii. Item *osszyep* non tenentur solvere, sed unam vaccam dant; item unam pernam lardi, aut pro illa unum fertonem. Item est una taberna habens agros, et solvit tres cum media marcas, et tria prandia magnorum iudiciorum; item tres hortulani habentes agros, et solvit unus tres fertones, et duo per mediam marcam. Item est ibi praedium coenobiale, quod nulli dat decimam, sed eam pro se tollit. Item molendinum, solvens duas sexagenas, et vetera aedificia impensis monasterii reformans. Item de agris cmethonum, tabernae et hortulaniarum, solvitur decima manipularis et canapalis uno anno pro episcopo Cracoviensi, altero pro ecclesia in Skawina, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Confinat cum Pyekary, Lyszky, Chorzelin, Chelm, Byelyani.

Lyszky, villa habens in se ecclesiam parochialem, Sancto Nicolao confessori dicatam ligneam, cuius proprietas ad monasterium Thinczïense pertinet. In qua sunt duodecim lanei et virga media cmethonales, et quilibet solvit pro annuo censu mediam marcam latorum grossorum Pragensium; item ova duodecim, item gallos duos, item caseum unum, item laborant *iutrzyny* pro vere et hyeme, et tenentur agros arare, seminare monasterii frumentis, metere, conducere; item *powabam* non tenentur laborare. Item plebanus habet ibi agros et prata, pro suo praedio. Item tabernae tres, habentes agros, duae solvunt per duas sexagenas et tertia unam marcam, item hortulania una est in eadem villa, quae solvit pro annuo censu unam marcam; item est faber, qui de horto solvit unam marcam. Item plebanus habet proprios agros pro praedio. Item praedium coenobiale non est in eadem villa. Item advocatia non est, sed duo lanei scoltetiales, solvit quilibet duas mensuras avenae, totidem siliginis, quatuor grossos. Item de quolibet laneo solvitur una mensura avenae. Item tota villa solvit unam pernam lardi, quam emendam Cracoviae dispensator abbatis demonstraret. Item de omnibus agris cmethonum solvitur et conducitur pro decima manipulari et canapali pro monasterio granum, dando de laneo quolibet duas mensuras tritici, duas avenae, duas siliginis. Item tota villa dat singulis annis unam vaccam, pro monasterio, aut eius valorem. Confinat cum Szmyerdzacza, Rączna, Nowa wyesz, Kaszow, Czulow, Mnikow, Morawicza, Chorzelyn.

Notandum, quia villa Lyszky fuit quondam monasterii sanctimonialium de Zwyerzynyecz, sed monasterium Thinczïense cambivit eam et sibi appropriavit, et dedit pro ea monasterio de Zwyerzynyecz villam Wolowicze, et scoltetiam in Kolbark.

Kasszow, villa sub parochia de Lyszky sita, cuius proprietas ad

monasterium Thincziense pertinet. In qua sunt viginti lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu mediam marcam latorum grossorum Pragensium, item ova duodecim, item gallos quatuor, item caseos duos, item laborant *iutrzyny* in Pyekary, et tenentur arare, seminare, metere, conducere; item *powabam* laborare non tenentur; item *osszyep* solvunt duas mensuras tritici, duas siliginis, duas avenae. Item taberna una habens agros, et solvit quinque marcas, altera habens agros solvit duas marcas; item hortulaniae non sunt, item praedium coenobiale non est. Item omnes agri villae solvunt decimam manipularem et canapalem, et conducunt eam granum dando, de tritico duas mensuras tritici, duas avenae, duas siliginis. Item triginta cmethones, et quilibet dat pro pastura in agris Przelogi duos choros avenae. Item pro plebano in Lyszky *osszyep* solvunt, unam mensuram siliginis et unam avenae. Item singulis annis solvunt vaccam pro monasterio, et *oprawam* per medium grossum pro tribus iudiciis magnis. Item sunt ibi tres lanei cum medio advocatiales, et quilibet dat duas mensuras avenae et unam siliginis, et octo scottos. Confinat cum Przegina, Ribna, Czulow, Czulowek, Lyszky et Mnikow.

Czulow Magna, villa sub parochia de Rybna sita, cuius proprietas ad monasterium Thincziense pertinet. In qua sunt sexdecim lanei et tres quartae, et quilibet pro censu solvit scottos octo, item ova viginti, item gallos quinque, item caseos duos, item laborant duos dies in septimana proprio curru aut aratro, item *powabam* tenentur facere et explere, ter in anno, solum ad horam prandii; item *osszyep* non solvunt, item tabernae duae habentes agros, una solvit duos fertones, altera duas marcas, item hortulaniae quinque, quaelibet solvit quatuor grossos et decem ova; item praedium coenobiale est ibi, de cuius agris monasterium Thincziense tollit decimam. Item omnes agri villae solvunt decimam manipularem et canapalem, et conducunt eam pro monasterio Thincziensi, et valor eius aestimatur ad octo marcas, aliquando ad duodecim. Confinat cum Ribna, Czulowek, Kasszow, Mnikow, Szosznka et Morawicza.

Czulowek Parva, villa sub parochia de Rybna sita, cuius proprietas ad monasterium Thincziense pertinet. In qua sunt septem lanei cmethonales et quatuor cum media virgae, et quilibet solvit pro censu octo scottos communes, aut sex latorum scottos, item ova duodecim, item gallos quinque, item caseos duos, item laborant *iutrzyni*, et tenentur pro vere et hyeme arare, seminare, metere et conducere, item *powabam* laborant et explent, sed datur eis comestio et potus; item pro *osszyep* solvunt sex mensuras avenae, item taberna una habens agros, et solvit unam sexagenam pro censu, item hortulaniae non sunt, item praedium coenobiale non est in villa praedicta. Item omnes agri villae solvunt decimam in grano manipularem, et

conducunt eam pro monasterio Thincziensi granum dando, de tritico duas mensuras, duas avenae, duas siliginis. Confinat cum Czulow, Kasszow, Nowa wyesz, Ribna.

Nowa Wyesz, sub parochia de Lyszky sita, cuius proprietas ad monasterium Thinciense pertinet. In qua sunt duodecim lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu mediam marcam latorum grossorum, item ova duodecim, item gallos quatuor, item caseos duos, item laborant *iutrzyni*, et tam pro vere quam pro hyeme tenentur arare, seminare, metere, conducere; item *powabam* non laborant, item *osszyep* non solvunt; item taberna una habens agros, quae solvit tres marcas, in area etiam cmethonali, in qua propinatur cervisia, solvitur una cum media marca, propter tabernam praefatam; item hortulani; item praedium coenobiale non est in praefata villa. Item omnes agri villae solvunt decimam non manipularem et canapalem, sed eam conducunt pro monasterio dando granum, duas mensuras tritici, duas siliginis, duas avenae. Item praefata villa, una cum villa Przeginya, solvunt monasterio vaccam pro festo Sancti Petri. Item villa praefata solvit quatuordecim grossos pro perna lardi. Item sunt ibi duo lanei scoltetiales et tres quartae, quilibet solvit quatuor grossos, unam mensuram siliginis et duas avenae. Confinat cum Kasszow, Czulowek, Ribna, Przeginya, Czyrnyechow et Raczna.

Przegynya, villa sub parochia de Czyrnyechow sita, cuius proprietas ad monasterium Thincziense pertinet. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu mediam marcam communis, item ova duodecim, item gallos quatuor, caseos duos, item laborant *iutrzyni*, tenenturque agros...; item *powabam* non laborant, item *osszyep* non solvunt; item tabernae duae, una monasterii, altera militaris, item hortulaniae non sunt, item praedium non est ibi coenobiale. Item omnes agri villae de monasterii proprietate, solvunt decimam manipularem et canapalem, et conducunt eam Cracoviensi episcopo, aut dando duas mensuras tritici, duas siliginis et octo scottos latorum; item tenentur procurare nuntium episcopalem, habent de conditione solutionis decimae Johannis Cracoviensis episcopi privilegium, in Thyniecz repositum, unum cum villa Ribna. Item sunt ibi lanei, pertinentes ad Johannem Skawinsky de domo Doliwa. Confinat cum Czirnyechow, Ruszoczicze, Brodla, Ribna, Nowa Wyesz et Raczna.

Czyrnyechow, villa parochialem ecclesiam habens in se, cuius villae proprietas pro una parte pertinet ad monasterium Thincziense. In qua sunt duo lanei cmethonales et quilibet solvit pro censu ...; item ova duodecim, item gallos quatuor, item caseos duos, item labor; item *powabam* non laborant; item *osszyep* non solvunt; item tabernae non sunt in parte monasterii, item hortulani, item praedium coenobiale ibi non est. Item pro altera

medietate villa pertinet ad Zegotham Obricht de domo Bippennium, qui habet ibi praedium, de quo solvit decimam ecclesiae ibidem in Czirnyechow, et . . . laneos cmethonales. Item habet ecclesia laneos et agros pro suo praedio, usu et necessitate. Item de omnibus agris villae solvitur decima ecclesiae in Czirnyechow, et valor eius aestimatur ad sex marcas, et solvitur tam de agris monasterii, quam militaribus. Confinat cum Przeginya, Ruszoczicze, Wolowicze.

Rybna, villa habens in se ecclesiam parochialem, Sanctae Mariae Assumptioni dicatam, cuius proprietas ad monasterium Thincziense pertinet. In qua sunt decem lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu mediam marcam latorum grossorum, item ova duodecim, item gallos quatuor, item caseum unum; item laborant conducendo fimum, falcastrando pratum, et conducendo foenum; falcastrant avenam et conducunt. Item *powabam* in *iutrzyni* explent, et tenentur arare, seminare, metere, conducere pro vere et hyeme. Item *osszyep* solvunt, de qualibet virga medium chorum tritici, siliginis et avenae; item tabernae duae habentes agros, et quaelibet solvit pro censu quatuor marcas. Item hortulaniae tres habentes agros, nil solvunt, sed quaelibet in septimana unum diem laborat. Item praedium coenobiale, de cuius agris nulli solvit decimam, sed eam pro se tollit. Item omnes agri villae solvunt decimam et conducunt, tam manipularem, quam canapalem pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad duodecim marcas, aut per octo scottos latos, duas mensuras tritici, et duas siliginis pro festo Sancti Martini, et expensas nuntio episcopali. Item duo molendina, habentia agros ex praedio, de quibus decimam solvunt pro monasterio Thyncziensi, inferius solvit duas sexagenas, superius duas marcas, et ibi piscina. Item cmethones solvunt *maldry* pro monasterio, de qualibet virga chorum triplicis grani, tritici, siliginis et avenae. Confinat cum Brodla, Przegynya, Czulowek, Nowa Wyesz, Sosznka, Czulow, Poraba, Zalyasz.

Baczyczyn, villa sub parochia de Morawicza sita, cuius proprietas ad monasterium Thinciense pertinet. In qua sunt septem lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu . . ., item ova duodecim, item gallos quatuor, item caseos duos; item laborant *iutrzyni*, et tenentur arare, seminare, metere, conducere; item *powabam*, item *osszyep*, item taberna, item hortulani, item praedium coenobiale non est. Item omnes agri villae solvunt decimam pro ecclesia in Morawicza, et percipiunt eam duo plebani in Morawicza vicibus alternis. Villa praefata in toto desertata est, praeter molendinum dictum Barcziczyn, molendinum in flumine Wyelgarzeka est ibi, quod solvit pro monasterio tres marcas; habens agros et prata. Confinat cum Szosznka, Morawicza, Chroszna, Mnikow, Czulow et Ribna.

Grodzyecz, villa sub parochia de Regulicze sita, cuius proprietas

ad monasterium Thinciense pertinet. In qua sunt undecim cum medio lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu ......; item ova duodecim, item gallos quatuor, item caseos duos; item laborant *iutrzyni*, tenentur enim arare, seminare, metere, conducere; item *powabam*, item *osszyep*, item taberna, item hortulani, item praedium coenobiale est in eadem villa, de cuius agris monasterium decimam tollit. Item omnes agri villae solvunt pro monasterio Thinciensi decimam manipularem et canapalem, et conducunt eam granum dando triplex, videlicet duas mensuras tritici, duas siliginis, duas avenae. Item scoltetia est ibi, habens duos laneos, de quibus decimat... Confinat cum Zalyaszowa, Poramba, Regulicze, Rudno.

Regulycze, villa parochialem ecclesiam habens in se, Sancto Laurentio dicatam, cuius proprietas ad monasterium Thincziense pertinet. In qua sunt novem lanei cmethonales et novem virgae, et quilibet solvit per mediam marcam communis, item ova duodecim, item caseos duos, item gallos quatuor, item labor, item *powabam*, item *osszyep*, item taberna, item hortulaniae; item praedium coenobiale non est ibi. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem, pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad decem marcas. Item scoltetia est ibi. Confinat cum Grodzecz.

Skawina, oppidum, quod tribus villis coenobialibus, videlicet utraque Babycze Nova et Antiqua, et Pyssary, cmethonibus depositis in agris cmethonalibus locatum est, per Casimirum Secundum Poloniae regem, qui et castrum et civitatem muravit 1364, habens in se ecclesiam muratam, cuius proprietas ad coenobium Thincziense pertinet. In quo sunt novem lanei, et quilibet solvit pro censu ... Item de eisdem novem laneis solvitur decima fertonalis in latis grossis Pragensibus, praebendae Cracoviensi dictae Zyrawska, et tenentur consules oppidi illam recolligere, et solvere pro festo Sancti Martini Cracoviensis eiusdem praebendae canonico. Item in eodem oppido est advocatus, habens castellum muratum, et advocatiam vendidit Michaeli de Berith dicto Puschnik, nobili de domo Doliwa, Macislaus abbas pro trecentis marcis latorum grossorum 1394. Item sunt ibi duo molendina in flumine Scala, cuius proprietas ad advocatum pertinet, et solvit metretas pro advocato et braseum. Item est ibi ecclesia parochialis murata lapide, in honorem Sancti Spiritus dicata, cuius unicus est collator abbas Thincziensis et conventus. Item sunt ibi agri advocati praediales, de quibus solvitur decima manipularis ecclesiae in Skawina. Valor eius ad quatuor marcas. Confinat cum Sthimbark, Korabniky, Lubyerthow, Mogilany, Bukowye, Radzeschow, Zoyow et Jurczicze. Item plebanus habet agros proprios et prata.

Sthymbark, villa sub parochia de Skawina, cuius proprietas ad

monasterium Thincziense pertinet. In qua sunt sex hortulaniae, lanei cmethonales non sunt, et solvit quilibet hortulanus mediam marcam; item ova non solvunt, item caseos non solvunt; item gallos duos solvunt, item laborant unum diem in septimana, quilibet proprio curru aut aratro, si opus fuerit, aut pedibus, item *powabam*, item *osszyep;* item tabernae non sunt, item hortulaniae, item praedium coenobiale est ibi, de cuius agris monasterium tollit pro se decimam. Item omnes agri villae solvunt decimam tantummodo manipularem et non canapalem, et conducunt eam in horreum coenobiale, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Confinat cum Thinyecz, Skawina, Jurczicze.

Szydzyna, villa sub parochia ecclesiae de Skawina sita, cuius proprietas ad monasterium Thinciense pertinet. In qua sunt sex lanei cmethonales et quilibet solvit pro censu annuo sex grossos, item ova, item gallos, item caseos, item laborat quilibet diem unum in septimana proprio curru et conducunt ligna pro monasterio, quinque cassulas in principio messis tenentur metere, abinde vero laborat quilibet duos dies in septimana, usque ad festum Nativitatis Sanctae Mariae. Item *oprawam* solvunt in tribus magnis iudiciis per tredecim denarios. Item est ibi taberna una, item non sunt hortulaniae, item non est praedium, taberna praefata ratione horti, in quo fuit olim area cmethonalis, solvit unam marcam. Item agri villae diversimode solvunt decimam manipularem, nam uno anno de tota villa percipit illam praebenda Cracoviensis Zyrawska, altero vero anno percipit eam praebendae Cracoviensis vicaria dictae Thopolska, de aliquibus autem agris percipit eam praebenda Cracoviensis Zakrzowska. Item in eadem villa sunt lanei, qui pertinent ad proprietatem altaris .... Confinat cum Skothniky, Opathkowicze, Korambniky, Skawina et Thynyecz.

Boyanowycze, villa sub parochia de Skawina sita, cuius proprietas ad monasterium Thincziense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et solvit quilibet ...., item ova, item gallos, item caseos, item labor, item *powabam*, item *osszyep*; item tabernae non sunt, non sunt hortulaniae, item praedium non est amplius. Item omnes agri villae solvunt decimam..., Villa praefata iam non est in rerum natura, oppido enim Skawina unita est, et omnes agri eius, oppidanis Skavinensibus distributi.

Bukowye, villa sub parochia ecclesiae de Skawina sita, cuius proprietas ad monasterium Thincziense pertinet. In qua sunt novem lanei cmethonales et tres hortulaniae, et quilibet solvit pro censu mediam marcam, item ova quinquaginta omnes, item gallos quilibet duos, item caseos omnes in communi decem; item labor cmethonum, falcastrant pratum, foenum colligunt, et conducunt in praedium monasterii; datur eis cerevisia, aries et panis, item pernam lardi solvunt, aut fertonem, item unum octuale cervi-

siae pro festo Sancti Martini, aut unum fertonem; item taberna una solvit fertonem pro censu; item hortulaniae duae habentes agros et quilibet solvit novem scottos. Item praedium ibi unicum coenobiale, de cuius agris non dat alicui decimam, sed eam pro se tollit et in horreum suum inducit. Item est ibi unum molendinum coenobiale, et solvit pro censu unam marcam. Item agri omnes solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro vicaria perpetua praebendae Cracoviensis, dictae Bosuthowska, et valor eius aestimatur ad duas marcas pro una medietate villae, pro altera vero medietate villae monasterio Thyncziensi, et valor eius ad duas marcas. Confinat cum Mogilany, Luberthow, Skawina, Radzeschow et Wolya, Korambniky, Chorowicze, Glogoczow.

Zorzow, villa sub parochia de Skawina sita, cuius proprietas ad monasterium Thincziense pertinet. In qua sunt duodecim lanei cmethonales et quilibet solvit decem et octo grossos, item ova sexaginta omnes; item gallos non solvunt, item caseos octo omnes, item labor, item *powabam* laborant, tenentur enim pro vere et hyeme, arare, seminare, metere, et conducere; item *osszyep* datur ab omnibus in commune, siliginis triginta duae mensurae, tritici undecim mensurae, avenae viginti duae mensurae; item taberna una habens agros quae solvit duas marcas pro censu; item hortulaniae non sunt, item est molendinum monasterii, quod solvit metretas. Item praedium coenobiale non est in eadem villa. Item omnes agri villae solvunt decimam manipularem et canapalem, et conducunt granum triplex, pro monasterio. Item est ibi scoltetia, de cuius agris solvitur decima manipularis pro monasterio Thincziensi. Item pro *poradlne*, alias pro censu ducali, solvunt omnes pro festo Paschae tres fertones, pro festo vero Sancti Michaelis unam marcam. Confinat cum Radzeszow, Zorzowek, alias Goluchowyecz, Jurczicze, et Skawina. In Zathoriensi districtu; empta per Bogdalum abbatem apud Venczeslaum ducem Zathoriensem.

Radzeschow, villa habens in se ecclesiam parochialem, Sanctae ..... dicatam cuius proprietas ad monasterium Thincziense pertinet. In qua sunt undecim lanei cmethonales et una virga, et quilibet solvit pro censu mediam marcam et hi lanei in regno Poloniae consistunt; in Zathoriensi vero terra sunt lanei novem et novem virgae, et quilibet solvit unum fertonem latorum grossorum, item ova decem de laneo; item gallos non solvunt, caseum unum; item laborant *iutrzyni* arando serendo, metendo, conducendo, unum pratum suis expensis, aliud expensis monasterii falcastrant, colligunt et conducunt; item taberna, item *poradlne* solvunt tres fertones latorum grossorum; item praedium est ibi coenobiale exiguum, scolteti melius, item pernam lardi solvunt, aut quatuordecim grossos. Item vaccam dant pro festo Sancti Petri.

Item *crowne* media marca pecuniae communis, aut novem scotti latorum grossorum. Item de omnibus agris solvitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Thincziensi, et per incolas conducitur in horreum, et valor eius aestimatur ad decem marcas. Item est ibi scoltetia habens duos laneos, de cuius agris datur decima in Radziszow ibidem ecclesiae et plebano. Confinat cum Zorzow, Brunowska Wolya, Brunaczow. In Zathoriensi districtu.

Brunaczow, villa sub parochia de Radzeszow sita, cuius proprietas ad monasterium Thincziense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur pro censu .... Item villa praefata in toto est deserta, et agros eius colunt cmethones de villa Radzeszow, et solvunt pro censu ...... Item decima villae praefatae pertinet ad praebendam dictam Zakrzowska, pro qua cmethones de Radzeschow eos colentes, solvunt canonico duas sexagenas latorum grossorum pro decima manipulari, ad quam ex debito obligantur, si esset possessionata. In Zathoriensi districtu.

Brunaczowska Wolya, villa habens parochialem ecclesiam in se, cuius proprietas ad monasterium Thinciense pertinet. In qua sunt quatuordecim lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu mediam marcam. Est ibi ecclesia parochialis lignea, Nativitati Beatae Mariae virginis dicata, cuius collator unicus abbas et conventus Thincziensis; item solvit quilibet de laneo viginti quatuor ova, caseos duos, gallos non solvunt, hortulaniae non sunt *iutrzyni* laborant, tenentur enim arare, seminare, metere, conducere, item vaccam dat pro festo Sancti Petri tota villa; item pro perna lardi quatuordecim grossos, item pro *poradlne* tres marcas, cum quindecim grossis, item pro *krowne* unam marcam, item decimam ...... Confinat cum Lanczkorona, Krzyweczka, Lincze, Jurczicze, Radzeszow.

Powozowycze, villa sub parochia de Czirnyechow sita, cuius proprietas ad monasterium Thincziense pertinet. In qua sunt quinque lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu mediam marcam, item ova decem; item gallos non solvunt; item caseum unum; item laborat quilibet metendo tempore messis quinque cassulas; item pro *pomoaba* tenentur messis tempore falcastrare prata, colligere foenum, conducere, quoties vocantur, expensis monasterii; item *osszyep* non solvunt, sed *pomoczne* unum fertonem. Item taberna una habens agros, quae solvit pro festo S. Michaelis mediam sexagenam; item *poradlne* solvunt, unum fertonem pro festo Sancti Adalberti; item praedium non est ibi; item hortulaniae. Item omnes agri villae solvunt decimam manipularem et canapalem pro ecclesia in Czirnyechow et conducunt eam, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas, aliquando ad quinque marcas. Confinat cum Jaszkowicze, Trzabolya, Szosznowicze, Chwaczimyech. In Zathoriensi districtu.

Lanczyany, villa sub parochia ecclesiae de Spithkowicze sita, est,

proprietas ad Thincziense monasterium pertinet. In qua sunt sex areae lanei cmethonales, habentes agros, et quilibet solvit pro censu unam marcam minus quatuor grossis, item ova triginta, item gallos duos, item caseum unum; item labores non faciunt, sed vias pedestres ordinarie in Thiniecz faciunt; item *poradlne* solvunt mediam marcam latorum grossorum; item *osszyep* non solvunt; item taberna non est, cmetho tamen qui propinat cervisiam, solvit monasterio mediam marcam; item hortulania una habens agros, solvit pro censu octo grossos. Item praedium monasterii est ibi, sed non colitur, arendator tamen illius solvit duas sexagenas. Item omnes agri villae solvunt decimam ..... Item est ibi lacus, qui appellatur magnus, qui arendatus solvit duodecim marcas. Item ripa fluvii Visla, ex qua piscator solvit tres cum media marcas. Confinat cum Riczow, Poluwsze, Chranstowicze, Kamyen, Russzoczicze.

Oppathkowycze, super Wylga fluvium, villa sub parochia Sancti Jacobi in Casimiria, iuxta Cracoviam sita, cuius proprietas ad monasterium Thyncziense pertinet. In qua sunt sex lanei cmethonales monasterii, et solvit quilibet pro censu tres fertones, item ova viginti, item gallos quatuor, item caseum unum; item molendinum haereditarium, habens prata, et solvit tres cum media marcas latorum grossorum et unum fertonem communis, qui census dicitur *woyenne;* item pernam lardi pro festo Paschae, aut unum fertonem; item *ossyep* non solvunt, sed *oprawam* ter in anno in tribus iudiciis, dando per medium grossum; item taberna una habens agros, et solvit pro censu quinque marcas; item hortulaniae, item praedium coenobiale non est, sed prata quinque, quae vocantur, videlicet Klymkowka, Kaczerka, Kosczolka, Pastwiska, Gospotka. Item omnes agri cmethonales, tabernae et hortulaniarum monasterii solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro monasterio Thincziensi, et valor eius aestimatur ad sex marcas. Item sunt in eadem villa duo lanei speciales, habentes optima prata, qui quondam erant sanctuariorum ecclesiae Cracoviensis, nunc vero pertinent ad proprietatem monasterii in Rupella; Johannes enim Dlugosch senior datis centum marcis sanctuariis, de consensu Johannis Woyschik custodis Cracoviensis, coemit eos pro monasterio in Rupella, et monasterium praedium optimum creavit sibi ex illis, de quibus nulli solvit decimam, sed eam pro se tollit, quum et sanctuarii, dum illos tenebant, decimam nulli reddebant. Confinat cum Wrzoszowicze, Wroblowicze, Lagewniky, Jugowicze, Kobyerzyn et Lubyertow, Borek, Kobyerzyn et Szydzina.

Golykowicze, villa sub parochia ecclesiae de Wyeliczka sita, cuius proprietas ad monasterium Thincziense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu ..., item ova triginta, item caseos duos

item gallos duos, item laborant; item taberna; item hortulani; item praedium coenobiale non est ibi, item decima de omnibus agris, solvitur et conducitur pro ecclesia parochiali in Wyeliczka, et valor eius aestimatur ad septem marcas. Item est ibi unus laneus episcopalis Cracoviensis, in quo cmethones sedentes solvunt quatuor marcas.

Szyrcza, villa sub parochia de Wyeliczka sita, cuius proprietas ad monasterium Thincziense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit ...., item ova, item gallos item caseos, item labor, item *powabam,* item *osszyep;* item taberna, item hortulaniae; item praedium coenobiale non est ibi. Item omnes agri villae solvunt decimam manipularem et canapalem pro ecclesia parochiali, et eius plebano in Wyeliczka.

Bodzanow, villa parochialem ecclesiam habens in se, Sancto Petro Apostolo dicatam, cuius proprietas ad monasterium Thinciense pertinet. In qua sunt viginti tres lanei cmethonales, et quilibet solvit de laneo mediam marcam, item ova viginti, item gallos duos, item caseos duos, item pernas lardi duas, pro festo paschae, ad arbitrium et voluntatem abbatis; item vaccam unam dant pro festo Sancti Petri, aut pecuniam ad arbitrium abbatis. Item tabernae tres habentes agros, una solvit duas marcas, altera duas marcas, tertia unam sexagenam cum media, tres lapides sepi. Item est quarta taberna quae solvit unam marcam. Item hortulaniae tres, habentes agros, duae solvunt per octo scottos, tertia novem scottos. Item est ibi praedium et curia bona, de cuius agris solvitur decima manipularis pro monasterio. Item pro vacca solvunt quolibet anno mediam marcam, aut vaccam pro abbatis voluntate. Item de omnibus agris cmethonalibus, solvitur decima manipularis et canapalis ecclesiae parochiali ibidem in Bodzanow, et valor eius aestimatur ad viginti marcas. Item scoltetus non est. Item pro carnibus porcinis mediam marcam. Item pro adventu abbatis tenentur dare duo octualia cervisiae, et septem mensuras cum uno choro, viginti tres gallos, unam quartam carnium bovinarum. Confinat cum Przewyaczyani, Biskupicze, Zakrzow, Ochmanow, Zlomirog, Zakrzowyecz, Szczeglow, Zagorze.

Lapszycze, villa habens in se ecclesiam parochialem, Nativitati Sanctae Mariae dicatam, quam Casimirus Secundus Poloniae rex quadro lapide fabricavit, cuius proprietas ad monasterium Thinciense pertinet. In qua sunt triginta lanei cmethonales, inclusis sex laneis, qui alias erant scoltetiales et redacti sunt in cmethonales, exempto scolteto, et quilibet solvit pro censu mediam marcam. Item scoltetia est ibi, quae habet sex laneos, et de quolibet una marca. Item tres tabernae, duae per tres marcas, tertia unam sexagenam, item ova triginti, item gallos duos, item caseos duos, item pro vacca mediam marcam solvunt; item tabernae duae habentes agros, item

hortulaniae, item pro adventu et statione abbatis triginta gallos, item triginta et unum chorum avenae et duo octualia cervisiae proschoen ... item unam pernam lardi pro festo Paschae, omnes solvere tenentur. Item quilibet laborat *iutrzyni*, et tenentur arare, seminare, metere, conducere; item non est ibi praedium. Item ibi est molendinum scolteti in Raba, solvit tres marcas. Item de medietate villae solvitur et conducitur decima manipularis, pro altari Sancti Christopheri in ecclesia Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad quindecim marcas, et de altera medietate solvitur ecclesiae ibidem in Lapszycze. Item praedium militare, de quo decima plebano ibidem in Lapszycze.

Coyanow, villa sub parochia ecclesiae de Lapszycze sita, cuius proprietas ad monasterium Thinciense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales et solvit quilibet ..., item labor, item *powabam*, item *osszyep*, item tabernae, item hortulaniae; item praedium coenobiale non est ibi. Item omnes agri villae solvunt decimam manipularem, et etiam agri scoltetiales, ecclesiae et plebano in Lapszycze, et valor eius ad octo marcas, aliquando ad decem. Item est scoltetia, quae habet duos laneos, de quibus decimatur pro ecclesia in Lapszycze. Confinat cum Bochnya oppido, Lapszycze.

Pogwiszdow, villa habens ecclesiam parochialem in se ligneam, cuius proprietas ad monasterium Thincziense pertinet. In qua sunt decem lanei vel potius agri cmethonales, et quilibet solvit pro censu ......, item ova viginti, item gallos duos, item caseos duos, item labor, item *powabam*, item *osszyep*; item tabernae non sunt, non sunt hortulaniae. Item omnes agri cmethonales solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem, pro altari Sanctorum Petri et Pauli in ecclesia Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad tres marcas. Item praedium ibi coenobiale, de cuius agris solvit et dat decimam manipularem plebano in Pogwiszdow; item molendinum.

Mnyszkowycze, villa sub parochia ecclesiae de Byskupycze sita, cuius proprietas ad coenobium Thincziense pertinet. In quo sunt decem cmethones, indistinctos laneos seu agros habentes, et quilibet solvit pro censu ...., item *powabam*, item ova triginta item gallos duos, item caseos duos, item labor; item unum molendinum habens agros, item *osszyep*, item unam tabernam habentem agros, de qua pro censu solvitur .... Item unum praedium coenobiale, de cuius agris et cmethonalibus et tabernae et molendini solvitur decima manipularis et canapalis, et conducitur pro altari Sanctorum Cosmae et Damiani in ecclesia Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad quinque marcas.

Ruthka, villa sub parochia de Radlow sita, in qua monasterium Thinciense pro una medietate habet proprietatem; in qua medietate sunt

quatuor lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu per octo scottos communes, item ova triginta pro festo Paschae, item gallos duos, item caseos duos; item laborant unum diem in septimana proprio curru aut aratro; item *osszyep* non solvunt, sed unum octuale cervisiae semel in anno pro adventu abbatis, item taberna una habens agros, et solvit unam marcam, item hortulaniae tres non solvunt censum, sed laborant unum diem pedestres in septimana. Item praedium est ibi coenobiale, de cuius agris nulli solvit decimam, sed eam pro se tollit. Item altera medietas villae pertinet ad Johannem Slanka de armis Koppaszyna, item est ibi praedium militare, quod solvit decimam manipularem ecclesiae parochiali in Radlow. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem, videlicet coenobiales quatuor lanei, hortulaniarum et tabernarum, ecclesiae parochiali in Opathkowicze prope Melstin, et valor eius aestimatur ad quinque marcas. Item agri quatuor hortulaniarum, quos habet Johannes Słąka, solvunt decimam manipularem praebendae Visliciensi, quae dicitur Drocheczska. Confinat cum Radlow, Jurkow, Lanka, Dobschicze, Wirzchoslawieze, Goslawicze, Komorow, Byala, Bobrowniky et Byelcza.

Kargow, villa sub parochia ecclesiae de Radlow sita, cuius proprietas ad monasterium Thinciense pertinet. In qua sunt quatuor lanei cmethonales et quilibet pro censu solvit unam sexagenam, item ova viginti, item gallos duos, item caseos duos; item laborat quilibet, arando, seminando duos choros tritici et duos avenae; item pro statione abbatis dant unum octuale cervisiae, et quilibet duos choros avenae; item non sunt ibi tabernae, non sunt hortulaniae, non est praedium, neque molendinum, non est scoltetus. Item de omnibus agris solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Thincziensi, et valor eius aestimatur ad sex marcas. Confinat cum Radlow, Byskupicze, Glyew, Raczlawicze, Lanka.

Oppathkowycze, prope Melsthyn, villa habens ecclesiam parochialem ligneam, iuxta fluvium Dunayecz sita, cuius proprietas ad monasterium Thinciense pertinet. In qua sunt octo lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu mediam marcam, item ova triginta, item gallos duos, item caseos duos, item *osszyep*, item labor, item *powaba;* item taberna una habens agros, et solvit tres marcas pro censu; item hortulaniae quatuor sunt, nihil solvunt, sed laborant; item molendina duo, unum in villa, aliud in flumine solvit metretas; item praedium est, de cuius agris non monasterium, sed ecclesia parochialis tollit decimam in Oppathkowicze. Item omnes agri villae solvunt decimam manipularem pro capitulo Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad duodecim marcas. Item ecclesia in Opathkowicze habet ibi

proprios agros et prata, pro suo praedio et necessitate. Confinat cum Uyazd, Szdanya.

Uyazd, villa sub parochia ecclesiae de Oppathkowicze sita, iuxta fluvium Dunayecz, cuius proprietas ad monasterium Thinciense pertinet. In qua sunt octo lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu mediam marcam et duos grossos, item ova triginta, item gallos duos, item caseos duos, item labor, item taberna est una habens agros, quae solvit pro censu . . ., item hortulania una est habens agros; item praedium non est, neque molendinum. Item post omnes agros solvitur decima manipularis et canapalis pro capitulo Cracoviensi, et conducitur propriis curribus in horreum a capitulo locandum, et valor eius aestimatur ad quindecim marcas. Confinat cum Oppathkowicze et Szdanya.

Szdanya, villa sub parochia de Oppathkowicze sita, cuius proprietas ad monasterium Thincziense pertinet. In qua sunt sex lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu mediam marcam, item ova triginta, item gallum unum, item caseum unum, item labor, item *powabam*, item *osszyep;* item taberna est ibi habens agros, et solvit quatuor marcas pro censu, item hortulaniae non sunt, praedium non est, neque molendinum. Item omnes agri villae solvunt decimam manipularem et canapalem, pro capitulo Cracoviensi, et conducunt eam, et valor eius aestimatur ad septem marcas. Confinat cum Oppathkowicze et Uyazd.

Choynyk, ibi parochialis ecclesia, Beato Martino dicata, cuius proprietas ad monasterium Thincziense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit . . ., item ova, item gallos, item caseos, item labor, item *powabam*, item *osszyep*, item tabernae, item hortulaniae; item praedium non est. Item omnes agri villae solvunt decimam pecunialem pro ecclesia in Oppathkowicze. Item scoltetia est ibi, habens duos laneos, de quibus decimatur manipulo ecclesiae in Choynyk.

Babonyowycze, alias Babycze, villa sub parochia de Gromnik sita, cuius proprietas ad monasterium Thincziense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit . . ., item ova, item gallos, item caseos, item labor, item *powabam*, item *osszyep;* item tabernae, item hortulaniae, item praedium. Item omnes agri villae solvunt decimam pecunialem monasterio Thincziensi.

Szyedlyszka, villa sub parochia ecclesiae de Thuchow sita, cuius proprietas ad monasterium Thinciense pertinet. In qua sunt triginta lanei cmethonum, et de omnibus solvitur pro censu per unam cum dimidia marcas, item ova, item gallos, item unum caseum; item laborant *iutrzyni*, arando, seminando, metendo, conducendo, prata falcastrando suis impensis; item *powabam;* item taberna, item hortulaniae; item praedium coenobiale non est

ibi; item scoltetus est ibi, qui habet ibi .... Item de omnibus agris cmethonum solvitur et conducitur decima manipularis, pro ecclesia et plebano in Thuchow; et valor eius aestimatur ad triginta marcas.

Meszna, villa sub parochia de Thuchow sita, cuius proprietas ad monasterium Thincziense pertinet. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, et tres cum media virgae, et quilibet solvit de laneo unam marcam latorum grossorum, item ova duodecim, item gallos septem, item caseos duos, item labor, item *powabam*, item *osszyep*, item tabernae, item hortulani, item praedium. Item omnes agri villae solvunt decimam pecunialem in latis grossis pro monasterio Thincziensi. Item est ibi scoltetus habens duos laneos, et percipit sextum denarium de censu. Item medietas villae praefatae pertinet ad monasterium Thincziense, medietas ad Nanaykonem Wyelopolsky de domo Antiquorum Equorum.

Lubuszowa alias Lube, villa sub parochia de Thuchow sita, cuius proprietas ad monasterium Thincziense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit ..., item ova, item gallos, item caseos, item labor, item *powabam*, item *osszyep*, item taberna, item hortulaniae, item praedium. Item omnes agri villae solvunt decimam pecunialem pro monasterio Thincziensi.

Dambrowka alias Dambrowa, villa sub parochia de Thuchow sita, cuius proprietas ad monasterium de Thinyecz pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit in summa duas marcas et duos grossos latorum, item ova, item gallos, item caseos, item labor, item *powabam*. Item est ibi una taberna ad proprietatem pertinens scoltetiae, de qua decimatur ecclesiae... Item molendinum unum scolteti et solvit... Item praedium ibi est plebaniae Thuchoviensis optimum, de quo plebanus pro se tollit decimam; item hortulaniae non sunt, item scoltetia est ibidem, habens duos laneos et solvit pro decima unum fertonem in Brzysska, item de censu sextum denarium percipit. Item agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro monasterio Thinciensi. Item pro adventu abbatis solvunt cmethones omni anno per duas mensuras avenae, duos pullos, et unam pernam lardi.

Thuchow, oppidum habens in se ecclesiam parochialem ligneam, honori Sancti Jacobi dicatam. In qua sunt decem et septem lanei oppidanorum, et quilibet solvit pro censu novem scottos latorum grossorum; item duo lanei sub advocatia, unus solvit monasterio novem scottos communis, secundus quatuordecim grossos communes; item omnes agri oppidanorum solvunt et conducunt decimam pecunialem et granalem, non solvunt autem canapalem, in Thuchow, et valor eius aestimatur ad sex marcas in pecunia, et ad decem et octo mensuras siliginis et totidem avenae, de mensura conferta

Thuchoviensi in grano. Item de hortis una marca duo grossi. Item de aliis hortis duae marcae octo grossi, de quo censu non participat advocatus. Item est advocatia in eodem oppido, habens duos laneos, ex quibus solvit decimam manipularem ibidem in Thuchow. Item mellificia sunt ibi, et proveniunt duae quartae mellis. Item de censu agrorum et hortorum percipit advocatus sextum denarium. Item sunt ibi molendina duo, ad advocatum pertinentia, de quibus solvuntur pro advocato metretae. Exactio solvitur annis per oppidanos, pro festo Purificationis, de qua sex marcae proveniunt; macella carnificum solvunt duas marcas minus sex grossis, et septem lapides sepi; balneum solvit duas marcas, macella pistorum, sutorum salicidarum solvunt tres marcas octo grossos. Confinat cum Dambrowa, Burzin, Zalyaszowa, Krowodrza.

Gromnyk, villa habens ecclesiam parochialem in se, cuius proprietas ad monasterium Thincziense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu . . ., item ova, item gallos, item caseos, item labor, item *powabam*, item *osszyep*, item taberna, item hortulaniae, item praedium, item scoltetia est, habens duos laneos, et solvit decimam plebano in Gromnyk; item de censu sextum denarium habet scoltetus, et omnes agri villae solvunt decimam...

Golanka, villa sub parochia de Thuchow sita, cuius proprietas ad monasterium Thincziense pertinet. In qua sunt . . . . lanei, et quilibet solvit . . . ., item ova, item gallos, item caseos, item labor, item *powabam*, item *osszyep;* item taberna, item hortulaniae, item praedium. Item omnes agri villae solvunt decimam... Item est ibi scoltetus habens laneos et percipit sextum denarium de censu.

Zborowycze, villa habens in se ecclesiam parochialem ligneam, cuius proprietas ad monasterium Thinciense pertinet. In qua sunt undecim tantum lanei cmethonales et quinque virgae, et quilibet solvit pro censu per unam marcam, item ova duodecim, item gallos duos item caseos duos, item laborant *iutrzyni*, arando, seminando, metendo, conducendo, tam pro vere, quam hyeme, item ad *powabam;* item taberna una monasterii habens agros et solvit tres marcas; item omnes lanei solvunt monasterio Thincziensi decimam pecunialem per unum fertonem de laneo latorum grossorum. Item praedium est ibi coenobiale, de quo nulli dat decimam sed eam pro se tollit. Item hortulaniae tres habentes agros, nihil solvunt, sed laborant unum diem pedestres. Item molendinum ibi monasterii, et solvit metretas, item per unam mensuram avenae in septimana. Item fuit ibi scoltetia, habens duos laneos et decimam solvebat, sed coempta est per Stanislaum abbatem. Item de censu scoltetus... Confinat cum Czyeszkowicze, Chąszna,

Zimna wodka, Szandziszowa, Syedliska, Staszkowka, Ostrusz et Plawna.

Qwyathonyowycze, villa sub parochia Sancti Petri de suburbio Byecż, cuius proprietas ad monasterium Thinciense pertinet. In qua sunt sex lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu mediam marcam, item ova sex, item gallum unum, item caseum unum; item laborant *iutrzyni* pro hyemé et vere, arando, seminando, metendo, conducendo; item ad *powabam* non tenentur; *osszyep* solvunt, quilibet duas mensuras avenae confertas; item taberna una scolteti, habens agros, et solvit pro censu scolteto duas marcas. Item omnes agri villae solvunt decimam pecunialem monasterio Thincziensi, per sex grossos latorum grossorum. Item hortulaniae tres monasterii unum diem in septimana pedestres laborant, et censum non solvunt. Item praedium unum coenobiale, de quo nulli dat decimam, sed eam pro se tollit. Item scoltetia est ibi, habens duos laneos et decimam solvit..... Item de censu scoltetus recipit sextum denarium.

Zagorzany, villa habens ecclesiam parochialem Beato Laurentio dicatam, cuius proprietas ad monasterium Thincziense pertinet. In qua sunt, includendo villam Mosczyani, quae iure parochiali ad ecclesiam in Zagorzany pertinet, sex lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu . . . , item ova sex, item gallum unum, item caseum unum; item laborant ambae villae *iutrzyni*, arando, seminando, metendo, conducendo; item ad *powabam* . . . . . , item taberna una monasterii habens agros, et solvit . . . . . . ; item hortulaniae non sunt, item molendinum non est. Item omnes lanei cmethonales solvunt decimam pecunialem monasterio Thinciensi, miscendo illam cum censu, et proveniunt de villa utraque de censu et decima, duae marcae, sedecim scotti; unus laneus *wolny:* Item praedium coenobiale non est ibi. Item scoltetia ibi est, habens duos laneos et decimam solvit.... Item de censu scoltetus percipit sextum denarium. Item cmethones de Mosczani omnes simul solvunt ova XXIIII, caseos XVI, gallos XVI. Item pro *osszyep* solvunt octo mensuras confertas. Confinat cum Strzeschin, Klánczana, Kobylanka, Gardlicza, Glinnik, Mszanka, Mosczenicza, Roszembark, Raczslawicze et Mosczyany.

Samborzyn, villa sub parochia de Przethczicza sita, cuius proprietas ad monasterium Thincziense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et solvit quilibet pro censu per decem scottos, item ova, item gallos novem, item caseos; item laborant *iutrzyni*, arando, seminando, metendo, conducendo, item ad *powabam* non tenentur, *oprawam* solvunt per quatuor quadrantes; item taberna est ibi una, habens agros, et solvit pro censu duas marcas, item hortulaniae tres; item omnes lanei cmethonales solvunt decimam pecunialem monasterio Thinciensi per sex grossos. Item scoltetia

est habens duos laneos et decimam solvit; item de censu villae .... Item praedium est ibi unum coenobiale, de quo nulli decimat, sed eam prò se tollit. Item est ibi molendinum, de quo solvuntur monasterio metretae in grano. Confinat cum Kawyeczyn, Zagorze, Jodlowa, Przedczicza, Strygorzicze.

Kawwyeczin, villa sub parochia de Przedczicza sita, cuius proprietas ad monasterium Thinciense pertinet. In qua sunt septem lanei cmethonales sive hortulaniae, quae solvunt pro censu omnes septem hortulaniae unam marcam tantum, item ova duodecim, item gallos duos, item caseos, item laborant *iutrzyni*, arando, seminando, metendo, conducendo; item ad *powabam* ....., item taberna est habens agros, et solvit ...., item hortulaniae non sunt, molendinum non est, item praedium non est. Item omnes lanei cmethonales solvunt decimam pecunialem prò monasterio Thinciensi, per sex grossos in moneta communi. Item scoltetia est ibi, habens duos laneos et solvit decimam.... Item de censu villae accipit scoltetus octo grossos, et solvit abbati pro *obyedne* sex grossos; item cmethones ratione *obyedne* solvunt abbati unum fertonem. Confinat cum Zagorze, Damborzyn et Przedczicza.

Zagorze, villa sub parochia de Przedczicza sita, cuius proprietas ad monasterium Thinciense pertinet. In qua sunt tres cum medio lanei cmethonales, et duae virgae, et quilibet solvit pro censu unam marcam, item ova duodecim, item gallos duos, item caseos duos; item laborant *iutrzyni*, arando, seminando, metendo, conducendo; item ad *powabam* non tenentur; item taberna est ibi una habens agros, et solvit pro censu ...., item hortulani, item agri cmethonales solvunt decimam pecunialem monasterio Thynciensi per sex scottos moneta communi. Item scoltetia est in eadem villa, habens duos laneos, et solvit decimam; item de censu recipit quatuordecim scottos scoltetus. Item praedium non est ibi aliquod coenobiale. Item cmethones solvunt *osszyep*, de quolibet laneo duas mensuras avenae. Confinat cum Damborzyn, Jawczicze, Jodlowa.

Kamyenycza, villa sub parochia de Brzosthek sita, cuius proprietas ad monasterium Thinciense pertinet. In qua sunt viginti duo lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu unam cum media marcas, item ova viginti quatuor, item gallos duos, item caseos duos, item labor; item ad *powabam* non tenentur; item taberna est ibi una monasterii, et solvit ...; item hortulaniae non sunt, item praedium non est. Item omnes agri villae solvunt decimam pecunialem episcopo Cracoviensi per unum fertonem latorum grossorum, et proveniunt sex marcae; item scoltetia est habens duos laneos, et solvit decimam, item de censu scoltetus .... Item scoltetus habet molendinum, quod solvit ....., item scoltetus solvit *obyedne* unum

fertonem; item cmethones mediam marcam pro *obyedne*. Confinat cum Damborzyn, Jowoiczin et Jodlowa.

Brzostek, oppidum habens in se parochialem ecclesiam ligneam Sanctae Cruci dicatam. In quo sunt viginti duo lanei minus duae virgae, inclusis *obszary* oppidanorum, et quilibet solvit pro censu sedecim grossos, proveniunt sex marcae. Item oppidani de suis laneis solvunt decimam pecunialem plebano. Item sunt ibi molendina, unum monasterii, quod solvit .... aliud advocati, quod solvit ......; item advocatia est in oppido praefato, habens duos laneos, de quibus plebano in Brzostek decimat. Item de censu exactionis, alias *szosz*, oppidum pro festo Purificationis Sanctae Mariae, singulis annis solvit sex marcas. Item praedium coenobiale ibi non est; item pro porco oppidani solvunt abbati annis singulis unam sexagenam, item pro statione abbatis solvunt singulis annis quatuor octualia cervisiae, viginti mensuras avenae et unam sexagenam pro recentibus carnibus; item in eodem oppido est forale, alias *targowe*, quod singulis feriis tertiis exigitur a vendentibus, pro abbate. Confinat cum Zawadka, Cleczcze, Januszkowicze, Wolya, Szmarszowa, Szyedliska.

Januszkowycze, villa sub parochia ecclesiae de Kleczcze sita, cuius tantummodo medietas ad monasterium Thinciense pertinet. In qua sunt septem lanei cmethonales et quinque virgae, et quilibet solvit pro censu fertonem, item ova tota villa octuaginta quatuor, item gallos omnis villa quatuordecim, item caseos tota villa quatuordecim; item laborant *iutrzyni,* arando, seminando, metendo, conducendo, item *oprawam* solvunt singulis annis unum fertonem, item taberna una monasterii, habens agros, et solvit ....; item scoltetia est in eadem villa habens duos laneos, de quibus decimat; item praedium non est ibi aliquod coenobiale, neque molendinum. Item lanei et agri cmethonales pertinentes ad monasterium, solvunt decimam pecunialem monasterio Thinciensi. Item medietatis villae praefatae haeres Johannes Amor Tharnowsky de armis Lelywa. Item cmethones pro *obyedne* solvunt mediam marcam, scoltetus unum fertonem. Item pro statione, omnes coniunctim cmethones solvunt pro adventu abbatis quatuor mensuras avenae, item unam pernam lardi, item quatuordecim pullos, item unum octuale cervisiae, item pro carnibus novem scottos. Confinat cum Kleczcze, Gogolow, Brzosthek, Wolya.

Brzosthkowska Wolya, villa sub parochia de Brzosthek sita. In qua sunt tres tantummodo lanei et sex virgae cum media cmethonales, et solvit quilibet pro censu sedecim scottos, item ova triginta, item gallos duos, item caseos duos, item labor, falcastrant pratum, colligunt et conducunt, metunt sexaginta cassulas frumentorum, non plus; item *powabam* non

laborant, item tabernae non sunt, non sunt hortulaniae, item praedium coenobiale non est ibi; item omnes agri villae solvunt decimam, item scoltetia est ibi, quae habet duos laneos, quae de suis agris decimat; item pro statione abbatis solvunt octo grossos pro carnibus, et medium octuale cervisiae; item omnes lanei solvunt decimam. Confinat cum Brzostek, Januszkowicze, Szmarszowa, Kamyenicza.

Kleczcze, villa habens in se parochialem ecclesiam Sancti Leonardi, matricem illius, quae est in Brzosthek, et utraque unum habet plebanum. In qua sunt quatuor lanei cmethonales in ea parte, in qua sita est ecclesia, et solvit quilibet......, item ova, item gallos, item caseos, item taberna, item plebanus habet ibi proprios agros praediales. Item de agris praefatis solvitur decima pecunialis monasterio Thynciensi, item praedium coenobiale non est in eadem villa, item taberna una monasterii habens agros, et solvit monasterio pro censu ..... Item in altera parte villae sunt duo praedia militaria Czurilonum de armis Korczaky; sunt etiam ibi cmethones ad praedictos milites pertinentes, et tam milites quam cmethones eorum decimant ecclesiae in Kleczcze decimam, sed hanc partem, anno 1370 mortuo Casimiro Secundo Poloniae rege praefati milites et eorum parentes violenter monasterio abstulerunt, et detinent iniuste occupatam. Confinat cum Blaszkowa, Dambrowa, Gogolow, Brzosthek, Wolya.

Brzyszka, villa in qua est ecclesia parochialis lignea, Sanctae Mariae Magdalenae dicata, cuius proprietas pertinet ad monasterium Thinciense. In qua sunt lanei cmethonales, et solvit quilibet pro censu..... in summa proveniunt tres marcae et octo grossi, minus duobus quadrantibus, item ova triginta, item gallos duos, item caseos duos; item laborant *iutrzyni*, arando, seminando, agros metendo, conducendo frumenta; item *oprawam* solvunt, unum fertonem, pro *obyedne* mediam marcam cmethones, scoltetus unum fertonem; item una taberna monasterii habens agros, et solvit pro censu monasterio tres marcas; altera scolteti, et utraque decimam manipularem solvit plebano in Brzyszka. Item hortulaniae novem habentes agros, et solvit quaelibet unum chorum siliginis et duas *kittas* canapi puri plebano. Item est ibi scoltetia habens laneos duos et decimam solvit de utroque per fertonem ecclesiae in Brzyska. Item de censu villae tollit scoltetus mediam marcam pro sua parte. Item est ibi molendinum in flumine Wisloka monasterii, de quo solvuntur metretae. Item omnes agri villae solvunt decimam pro plebano in Brzyszka, sed varie, nam aliqui agri solvunt manipulo, et valor ad tres marcas, alii pecunia per fertonem, valor duae marcae sex grossi, alii grano, unum chorum siliginis unum avenae. Item est ibi praedium coenobiale, de cuius agris solvitur decima manipularis pro

ecclesia in Brzyszka, et valor eius ad quatuor marcas. Item cmethones pro statione abbatis dant omnes sex mensuras avenae, unum octuale cervisiae, novem scottos pro carnibus; item cmethones pro adventu abbatis solvunt annis singulis stationem, sex mensuras avenae, item decem et octo gallos, item unum octuale cervisiae, item pernam lardi, aut unum fertonem. Item est ibi una hortulania habens agros, quae solvit mediam sexagenam et non laborat. Confinat cum Clodawa, Blaszkowa, Lypnicza, Uyazd, Czirmna, Dambrowa.

CLODAWA, villa sub parochia ecclesiae de Brzyszka sita, cuius proprietas ad monasterium Thinciense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales et quilibet solvit pro censu . . . , et proveniunt tres marcae sedecim grossi, item ova, item gallos, item caseos, item labor, item *oprawam* solvunt septem grossos duos quadrantes, *obyedne* octo scottos, scoltetus unum fertonem, item taberna una habens agros, solvens scolteto tres marcas cum media, decimans vero ecclesiae in Kolaczycze. Item est ibi scoltetia una, habens duos laneos et solvit decimam pro ecclesia in Kolaczycze; item de censu villae habet sextum denarium. Item lanei cmethonales solvunt et conducunt decimam manipularem in Brzyszka et canapalem, et valor eius aestimatur ad quinque marcas, praeter tres laneos, qui decimant ecclesiae in Kolaczycze, et valor eius ad tres marcas. Item praedium non est coenobiale. Item est molendinum coenobii, de quo solvuntur metretae pro monasterio. Item sunt ibi novem hortulaniae, non solvunt censum, sed laborant unam diem in septimana. Confinat cum Colaczicze, Brzyszka, Dambrowa.

UGYAZD, villa sub parochia in Brzyszka sita, cuius proprietas et dominium ad monasterium Thinciense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales et quilibet solvit pro censu . . . . , et proveniunt coniunctim cum villa Wroblow sex marcae octo grossi, item ova, item gallos, item caseos; item laborant *iutrzyni*, arando, seminando, metendo, conducendo, item *oprawam* solvunt per quatuor quadrantes, *obyedne* mediam marcam, scoltetus unum fertonem; item taberna non est, neque molendinum, neque praedium; item scoltetus est habens duos laneos, et solvit decimam, fertonem unum pro ecclesia in Brzyszka; item de censu sextum denarium. Item agri villae solvunt decimam manipularem pro ecclesia in Brzyszka, tribus agris exceptis, de quibus solvitur ecclesiae in Colaczicze. Item pro adventu abbatis solvit quilibet cmetho et coniunctim omnes, stationem, decem septem avenae, item sex pullos, item unum octuale cervisiae, item unam pernam lardi.

WROBLOWA, villa sub parochia ecclesiae de Brzyszka sita, cuius proprietas ad monasterium Thinciense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, quilibet solvit pro censu per decem scottos communis monetae, item

ova, item gallos, item caseos, item laborant *iutrzyni*, arando, seminando, metendo, conducendo, item *oprawam* solvunt per quatuor quadrantes, *obyedne* mediam marcam, scoltetus unum fertonem; item taberna una monasterii, habens agros et solvit . . . . ., item hortulaniae; item non est ibi scoltetia, item non est praedium; item agri cmethonales et tabernae solvunt decimam pecunialem monasterio Thinciensi, item gallos tota villa septemdecim censuales, totidem stationales; ova nonaginta, caseos quatuordecim; item ista villa coniunctim cum altera Ugyazd, solvit pro adventu anno quolibet decemseptem avenae, unam pernam lardi, et unum octuale cervisiae. Confinat cum Brzyszka, Crayowicze, Dambrowa, Lypnicza Inferiori et Superiori, et Clodawa.

Lypnicza, villa sub parochia ecclesiae de Brzyszka sita, cuius proprietas ad monasterium Thinciense. In qua non sunt plures sed unus laneus, et solvit pro censu annuo unam marcam cum tribus grossis, item ova, item caseos, item gallos, item laborat *iutrzyni*, arando, seminando, metendo, conducendo agros et frumenta in Brzyszka, item *oprawam* solvit quatuor quadrantes, *obyedne* septem scottos cmethones, scoltetus unum fertonem. Item non sunt ibi tabernae, non est praedium, non sunt hortulaniae. Item ibi scoltetia habens duos laneos, et solvit pro decima unum fertonem ecclesiae in Brzyszka. Item de censu recipit sextum denarium. Item agri cmethonis, solvunt decimam pecunialem monasterio Thinciensi, unum fertonem communis pecuniae. Item pro statione dant abbati pro adventu suo, quolibet anno duas mensuras avenae, unum octuale cervisiae, item sex pullos, item pernam lardi. Confinat cum Brzyszka, Crayowicze, Dambrowa.

Banczal, villa sub parochia alterius Banczal Militaris sita, cuius proprietas ad monasterium Thinciense pertinet. In qua sunt lanei cmethonum, et quilibet pro annuo censu solvit tres fertones et sex grossos, item ova quindecim, item gallos tres, item caseos tres, de tota villa; item *oprawam* per quatuor quadrantes, *obyedne* octo grossos cmethones, scoltetus etiam octo grossos. Item taberna una ibi est monasterii, habens agros, solvit . . . . . Item hortulaniae non sunt, item praedium non est, neque molendinum; item laborant *iutrzyni*, arando, seminando, metendo, conducendo; item est ibi scoltetia habens duos laneos, et solvit pro decima unum fertonem in Banczal, item de censu villae sextum denarium recipit. Item agri villae solvunt decimam pecunialem in Thinyecz. Item pro statione solvunt medium octuale cervisiae, tres gallos, item unam mensuram avenae, item mediam pernam lardi. Confinat cum Dambrowa, Brili, Trzennicza, Banczali Superiori.

Golyesch, castrum sub parochia ecclesiae de Kolaczicze situm, cuius proprietas ad monasterium Thincziense pertinet, sub tempore Mathiae abbatis Thyncziensis fuit demolitum, sed sub tempore Andreae Osszka succedentis immediate, fuit instauratum.

Wolya circa Brzostek, villa sub parochia de Brzostek sita, cuius proprietas ad monasterium de Thinyecz pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu ......, item ova, item gallos, item caseos, item *powabam*; item taberna, item hortulani, item praedium; item est ibi scoltetus habens duos laneos, et recipit sextum denarium de censu. Item post omnes agros solvitur decima.... Item pro adventu abbatis cmethones solvunt stationem, duas mensuras avenae, unum octuale cervisiae, sex pullos, item unam pernam lardi.

Kolaczycze, oppidum, in quo ecclesia lignea parochialis, Sanctae Mariae dicata, cuius proprietas ad monasterium Thincziense pertinet. In quo sunt novem lanei oppidanorum, et quilibet solvit pro censu ....., totum oppidum solvit septem marcas. Item est advocatia in eodem oppido, habens tres laneos, de quibus solvit decimam ibidem in Kolaczicze. Item molendinum advocati unum, solvens ibi metretas, item de censu habet ...... Item non est ibi praedium coenobiale. Item oppidani pro decima solvunt ecclesiae Zrzanczin annis singulis quatuor marcas. Item de tribus laneis qui vocantur *bochenkowe*, solvuntur monasterio quinque marcae. Item consulatus in die, qua eliguntur consules, solvit et dat abbati unum octuale cervisae, duas mensuras avenae, quatuor gallos, unum leporem; item oppidani ratione *oprawae* solvunt abbati annis singulis unam sexagenam. Confinat cum Byeszdzedza, Dambrowa, Clodawa, Brzyszka, Bukowa, Szowna et Krayowicze.

Krayowycze, villa sub parochia de Kolaczicze sita, cuius proprietas ad monasterium Thinciense pertinet. In qua quatuor lanei cmethonales, ex quibus solvit unus marcam, duo per novem scottos, item ova, item gallos, item caseos, item labor, item ad *powabam* ...., item una taberna habens agros, et solvit pro censu novem fertones et duas mensuras humuli; item quinque hortulaniae habentes agros, item unum molendinum monasterii in Wysloka et solvit unum fertonem de agro et metretas de molendino. Item cmetho *wolny* solvit quatuordecim grossos; item est unum praedium coenobiale, de quo nulli solvit decimam, sed eam pro se tollit. Item de agro qui dicitur Rauth quando seminatur, solvuntur novem scotti, quando non seminatur, unus ferto. Item de omnibus agris cmethonum et tabernae, atque hortulaniarum, solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem, pro monasterio Thinciensi, et valor eius aestimatur ad sex marcas. Columbatio,

denarius S. Petri, pro ecclesia in Kolaczicze. Confinat cum Golyesch, Kowalowa.

Bryly, villa sub parochia de Jaszel sita, cuius proprietas ad monasterium Thinciense pertinet. In qua sunt non commensurati lanei cmethonum, et omnes solvunt pro censu duas marcas minus duobus grossis, item ova, item gallos, item caseos; item laborant *iutrzyni*, arando, seminando, conducendo, metendo, item ad *powabam* . . . . . .; item tabernae non sunt, item hortulaniae non sunt. Item est in eadem villa scoltetia, habens duos laneos, et agri sui solvunt decimam in Jaszel. Item de censu habet scoltetus sextum denarium; item est ibi molendinum scolteti et solvit . . . . . . Item non est ibi praedium coenobiale; item agri cmethonum solvunt decimam pecunialem pro monasterio Thinciensi. Confinat cum Banczal.

Warszycze, villa habens in se ecclesiam ligneam Sancti Laurentii, cuius proprietas ad monasterium Thinciense pertinet. In qua sunt triginta lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu . . . . . ., in summa novem marcas octo grossos, item ova decem, item gallos omnes solvunt sexaginta sex, item caseum unum, item laborant *iutrzyni*, arando, metendo seminando, conducendo; item *oprawam* solvunt per quatuor quadrantes, *obyedne* cmethones solvunt . . . ., scoltetus unum fertonem; item taberna est una habens agros et solvit . . . ., item pro statione abbatis solvunt pro carnibus et cervisia sedecim scottos, pro hallecibus tres marcas, sex mensuras avenae. Item est scoltetia habens duos laneos et solvit decimam. Item de censu villae habet scoltetus . . . . . Item non est ibi praedium coenobiale, neque molendinum; item *bochenkowe* duae marcae sex grossi. Item omnes agri cmethonum et taberna solvunt decimam pecunialem pro monasterio Thinciensi, per sex grossos, in summa proveniunt duae sexagenae sedecim grossi. Confinat cum Szyekluka.

Nyepla, villa sub parochia ecclesiae de Schebnya sita, cuius proprietas pro medietate ad monasterium Thinciense pertinet. In qua sunt in parte monasterii lanei cmethonales, et solvit quilibet pro censu . . . . . ., in summa tres marcae minus quatuor grossis, item ova, item gallos, item caseos, item pro labore solvit quilibet unum fertonem abbati, item pro *oprawa* solvunt omnes tredecim grossos, pro *obyedne* cmethones mediam marcam, scoltetus unum fertonem. Item taberna est ibi scolteti habens agros, quae solvit scolteto pro censu . . . . . Item pro abbatis statione, solvunt pro carnibus et cervisia novem scottos, avenae duas mensuras, unum chorum. Item scoltetia est ibi, habens duos laneos, et solvunt decimam. Item de censu villae tollit scoltetus . . . . item *bochenkowe* mediam sexagenam. Item omnes agri villae solvunt decimam pecunialem monasterio Thinciensi triginta septem grossos. Item alteram medietatem possidet Nicolaus Schebyensky

nobilis de domo Biberstin. Item praedia non sunt. Confinat cum Moderowka, Schebnya, Woyaszowka, Przybowka.

Chranstowka, villa sub parochia de Schebńya sita, cuius proprietas ad monasterium Thinciense pertinet. In qua sunt septem lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu unum fertonem, item ova quilibet viginti, item gallos quatuor, item caseos duos; item laborant *iutrzyni* arando, seminando, metendo, conducendo frumenta, pro vere et hyeme; item pro *oprawa* quatuor quadrantes, pro *obyedne* octo scottos cmethones, scoltetus octo grossos; item taberna est una monasterii habens agros, et solvit . . . . . . ; item hortulaniae non sunt, neque molendinum, item praedium non est; item *bochenkowe* unus ferto; item est scoltetia habens duos laneos, et solvit decimam pecunialem de laneo quolibet unum fertonem; item de censu tollit sextum denarium. Item omnes agri solvunt decimam pecunialem monasterio Thincziensi per sex grossos communes monasterio Thinciensi, ex qua in summa proveniunt tres fertones, sex grossi. Confinat cum Moderowka, Schebnya, Nyepla, Woyaschowka, Przybowka.

Byrowka, villa sub parochia de Warzicze sita, cuius proprietas ad monasterium Thincziense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales et quilibet solvit . . . . .; item ova, item gallos, item caseos, item labor, item *powabam*, item *osszyep*, item taberna, item hortulaniae, item praedium, item omnes agri solvunt decimam . . . . .

Czelusthnycza, villa sub parochia de Jasszyel sita, cuius proprietas ad monasterium Thincziense pertinet. In qua sunt tres cum medio lanei cmethonales et quilibet solvit pro censu . . . . . ., item ova quilibet decem, item gallos tota villa quadraginta duos, item caseos tota villa viginti unum; item laborant *iutrzyni*, arando, seminando, metendo, conducendo frumentum; item *oprawa* quatuordecim grossi, *obyedne* cmethones mediam marcam, scoltetus unum fertonem; item taberna una monasterii habens agros, et solvit . . . . . .; item hortulaniae non sunt; item scoltetia est ibi habens duos laneos, et solvit decimam manipularem ecclesiae in Tharnowyecz, item de censu villae tollit sextum denarium. Item omnes agri villae solvunt decimam pecunialem monasterio Thinciensi per unum fertonem. Item praedium non est, molendinum non est. Summa census et decimae pecunialis villae praefatae, facit decem cum media marcas minus quatuor grossis. Item pro statione abbatis unum cervisiae octuale, novem scottos pro carnibus, avenae decem cum medio choros. Confinat cum Sobnyow, Lyaszki, Walowicze, Wolycza, Hankowka, Glynnik, Tarnowyecz, Unyeszcz, et cum altera Glinnik Pyenyaszkonis.

Unyescz, villa sub parochia de Jaszlyo sita, cuius proprietas ad monasterium Thincziense pertinet. In qua sunt sex lanei cmethonales, et

quilibet solvit pro censu ......, summa duae sexagenae, item ova quilibet quadraginta, item gallos duos, item caseos non solvunt, item laborat quilibet unum diem in septimana proprio curru aut aratro, item *powabam*, item taberna una habens agros, solvit unam cum media marcas, item hortulania una habens agros, nihil solvit, sed unum diem pedes laborat in septimana; item scoltetia non est, item praedium est ibi unicum coenobiale, de quo decimam monasterium Thinciense tollit. Item omnes agri villae solvunt decimam manipularem et canapalem monasterio Thincziensi, cuius valor aestimatur ad quatuor marcas, item molendinum. Confinat cum Glinnik, Czelustnicza, Tarnowyecz, Tarnowczek, Wroczenka.

Pradnik, villa sub parochia S. Nicolai extra Cracoviam sita, a fluvio Pradnik, qui iuxta eam decurrit appellata, cuius proprietas ad monasterium Thinciense pertinet. In qua sunt sedecim lanei cmethonales, et quilibet pro censu solvit sedecim grossos; item sunt ibi quinque lanei cmethonales ad proprietatem monasterii S. Trinitatis, solvit tamen quilibet sedecim grossos, pro censu monasterio Thinciensi. Item est in eadem villa scoltetia habens tres laneos, de quibus solvit decimam manipularem ecclesiae Sancti Nicolai. Item singulis annis tenentur villae dare duo prandia abbati, scoltetus tertium, item est ibi taberna scoltetialis, habens agros, et solvit duodecim marcas scolteto pro censu; item hortulaniae, item molendinum scolteti est ibi in flumine Prandnik et solvit monasterio Thinciensi de illo quatuor marcas cum uno fertone, scoltetus autem recipit pro se de eodem molendino, alias quatuor marcas. Item omnes agri cmethonum solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro ecclesia S. Nicolai ante civitatem Cracoviensem, et valor eius aestimatur ad viginti quinque marcas. Item ibi tria praedia civium Cracoviensium, de quibus decimatur ecclesiae S. Nicolai. Valor quatuordecim marcae. Confinat cum Cracovia, Rakowicze, Bronowicze, Bathowicze, Crowodrza. Item plebanus S. Nicolai habet in eadem villa duos cum medio laneos liberos et prata.

Wylkow, villa sub parochia ecclesiae de Luborzycza sita, cuius proprietas ad monasterium Thinciense pertinet. In qua sunt duodecim lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu duas marcas; item quilibet laborat proprio curru aut aratro duos dies in septimana, item ad *powabam* tenentur triplicem in anno, item quilibet de laneo solvit triginta ova, item duos capones, caseos non solvunt, item unam mensuram siliginis, duas avenae confertas et quatuor grossos. Item est ibi taberna habens agros, et solvit tres marcas pro censu, et *powabas* laborat. Item hortulaniae quatuor habentes agros et solvit unus tres fertones, duo per decem grossos, quartus sex grossos. Item est ibi praedium coenobiale, de quo nulli dat decimam, sed eam pro se tollit. Item omnes lanei cmethonales, tabernae et hortulaniarum, solvunt et

conducunt decimam manipularem et canapalem, pro praebenda Cracoviensi, dicta Thopolska, et aestimatur ad sedecim marcas. Item molendinum non est, sed piscina una est. Confinat cum Goszczicze, Krzyszowicze, Sczepanowicze, Marszowyecz, Luborzycza et eius Wolya, ubique *uyazdy*.

Charwin, villa sub parochia de Poborowicze sita, cuius proprietas etsi prius solummodo pro medietate maiori ad monasterium Thincziense pertinebat ex antiquo, minorem tamen medietatem eius, salvis duobus laneis nobilium de Sarbye et taberna una plebani de Czulicze, Matthias abbas Thinciensis anno Domini 1474. de consensu Casimiri Tertii Poloniae regis, pro quadringentis quinquaginta marcis apud Dobeslaum Charwinsky nobilem de domo . . . . . coemit. In qua sunt tres militares lanei cmethonales, et unus pro censu solvit unam marcam, alius unam sexagenam, tertius unam marcam cum sedecim scottis, item ova triginta, item gallos duos, item caseos duos; item laborat quilibet unum diem in septimana proprio curru, item *powabam* laborare utramque tenentur omnes incolae villae, et ratione *oprawae* tenetur quilibet medium grossum solvere semel in anno; item avenam alias *ossep;* item inter rubeta villa praefata habet partem unius montis, qui dicitur Maszlowsky. Item praedium ibi coenobiale vetus, de quo decimam manipularem monasterium recipit pro se; item aliud praedium, quod fuit militare, de quo decima manipularis solvitur ecclesiae in Raczechowicze. Item lanei olim militares, et hortulani olim militares, solvunt decimam manipularem ecclesiae in Raczechowicze, valor novem marcae. Item taberna una abbatis habens agros, et solvit tres marcas. Item hortulaniae quatuor olim militares, habentes agros, et quaelibet solvit sex grossos et unum diem laborat in septimana. Item molendinum non est. Item lanei et agri cmethonum et hortulaniarum monasterii antiqui, solvunt et conducunt decimam manipularem ecclesiae in Igolomya. Item sunt ibi sex lanei cmethonales antiqui monasterii, et solvit quilibet, nihil laborando nisi *powabam*, tres marcas minus octo grossis. Item sunt alii quatuor, et quilibet solvit unam marcam cum octo scottis et duos dies in septimana proprio curru laborat, item ova triginta, gallos duos, caseos . . . Payank tenet medium lanei antiquae curiae de quo solvit . . . Confinat cum Rudno, Zydow, Szarbye, Wyrzbno, Gorka.

Wagrzynowicze, villa sub parochia de Gorka sita, cuius proprietas ad monasterium Thinciense pertinet. In qua sunt sex lanei cmethonales et quilibet solvit pro censu tres marcas et sex grossos, item quilibet de laneo tenetur in praedio coenobiali ibidem quindecim arare sulcos, arpicare, seminare, metere et disponere; item praeter hoc quilibet tenetur quinque dies in anno proprio curru aut aratro laborare; item ad tres *powabas* cum

inquilinis tenetur, in tribus campis elaborandas; item quilibet de laneo solvit unam mensuram siliginis et duas avenae confertas, et quatuor grossos. Item ducturas non faciunt; item quilibet *oprawam* medium grossum solvit. Item est ibi una taberna monasterii habens agros, et solvit pro censu unam marcam cum media. Item est ibi praedium coenobiale bonum, de quo non solvit decimam, sed eam pro se tollit. Item hortulaniae non sunt, item de laneo, triginta ova, duos cappones, caseos non dant; item omnes agri cmethonum et tabernae solvunt decimam manipularem et canapalem per quatuor iuncturas, pro praebenda Cracoviensi Bodzowska. Confinat cum Gorka, Ruscza, Karnyow, Chrzistoforzycze, Wadow et ubique *uyazdy*.

Opathkowycze circa Proszowicze, villa sub parochia de Proschowicze sita, cuius proprietas ad monasterium Thincziense pertinet. In qua sunt duodecim lanei cmethonales, et quilibet solvit per unam sexagenam et quatuor grossos de laneo, item ova triginta, item gallos quatuor, item caseos duos, item laborant unum diem in septimana, tempore messis quinque dies in septimana; item *powabam* utramque pro vernis et aestualibus frumentis laborant; item *osszyep;* item taberna una, et solvit pro censu tres marcas; *oprawam* solvunt quilibet medium grossum; item hortulaniae quinque, quaelibet solvit quatuor grossos et laborat pedester quando ei mandatur; item praedium coenobiale optimum, de quo monasterium Thinciense decimam tollit pro se, item omnes agri solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro monasterio Thincziensi, et valor eius aestimatur ad viginti quatuor marcas. Item molendinum est ibi in flumine Czyeklecz, quod solvit octo marcas pro censu monasterio. Confinat cum Scitniky, Climyonthow, Proschowicze et Makoczycze.

Swyanczycza, villa sub parochia de Slawoschow sita, cuius proprietas ad monasterium Thinciense pertinet. In qua sunt quatuor lanei cmethonales et quilibet solvit pro censu unam marcam sexagenam, item ova triginta, item gallos, cappones duos, item caseos duos, non solvunt . . . . . , item laborant duos dies in septimana proprio curru aut aratro; item ad *powabam* tenentur utramque; item est taberna in eadem villa, quae habens unum laneum, solvit unam sexagenam vel duas marcas; non est molendinum, non sunt hortulaniae; item est praedium optimum monasterii Thinciensis, de quo nulli dat decimam, sed eam pro se tollit et in horreum suum inducit. Item omnes lanei et agri villae praefatae, solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro monasterio Thinciensi, et valor eius aestimatur ad sex marcas. Item sunt ibi duo nobiles habentes agros et praediales terras. Item sunt ibi duae hortulaniae habentes agros, et quaelibet solvit sex grossos pro censu, et unum diem in septimana pedestri laborat opere;

item molendinum non est ibi. Confinat cum Kowalye, Pyeczenyagy, Ilikowicze, Maczeyowicze.

Oppathkowycze circa Scarbimiriam, villa sub parochia ecclesiae de Czyarnoczyn sita. In qua sunt septem lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu sedecim scottos, item quilibet laborat in septimana unum diem proprio curru aut aratro, item ducturas faciunt, quo illis mandatur ad rationem dierum, item tenentur laborare duabus personis, duas *powabas*, unam pro vere, alteram pro hyeme; item quilibet solvit de laneo quatuor gallos, caseos autem non solvunt, neque ova, neque avenam; item est ibi una taberna habens agros, et solvit pro censu unam marcam et quatuor gallos, et ad quamlibet *powabam* cum una persona tenetur laborare, cmethones *powabam* cum duabus personis; item tres hortulaniae habentes agros, nihil solvunt, sed tantummodo unum diem in septimana pedestres laborant. Item est ibi unum praedium coenobiale, de quo decimam nulli dant, sed eam pro se tollunt; item omnes agri cmethonales, tabernae et hortulaniarum, solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem, pro monasterio Thinciensi, et valor eius aestimatur ad octo marcas. Item est ibi pratum optimum et latum, et una piscinula. Confinat cum Czarnoczyn, Korytho, Janowicze, Szuszlicze, Krampicze, Kobylniky, Szyeszelow et *ugyazdy* sunt ubique inter villas.

Oppathkowycze prope Andrzeyow, villa sub parochia de Grodzina sita. In qua sunt septem lanei cmethonales, et quilibet solvit unam marcam, et duos choros siliginis et quatuor avenae, item ova triginta, item gallos duos, item caseum unum; item laborant diem unum in septimana, proprio curru aut aratro; item *powabam* non laborant, item *osszyep* non solvunt; item taberna una habens agros, solvit duas marcas pro censu, item hortulaniae quatuor non solvunt censum, sed laborant quando eis mandatur. Item praedium est ibi coenobiale, de quinque laneis, et monasterium tollit decimam de illo pro se. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro abbate et monasterio Thincziensi, et valor eius aestimatur ad septem marcas. Item molendinum est ibi monasterii, quod solvit metretas. Confinat cum Grodzina, Sandowicze, Nyegoslawicze, Oppathkowicze, Mogyle, Grodzinska Wolya, Mrukow.

Modrzany, villa sub parochia de Xangnicze sita, cuius proprietas pro media parte ad monasterium Thinciense pertinet. In qua sunt octo lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu unam sexagenam, praeter octavum, qui solvit octo marcas, qui dicitur Szeczkowsky, qui a laboribus liber est; item ova triginta, item gallos duos; item caseos non solvunt, item laborant tres dies in septimana, proprio curru aut aratro, item *powabam* non

laborant, item *osszyep* non solvunt; item taberna una habens agros, solvit unam sexagenam, item hortulaniae non sunt, item praedium non est, item laborat eadem villa in septimana tres dies proprio aratro aut curru; habet pro se et praedio suo laneos et solvit decimam... Item omnes agri totius villae solvunt decimam manipularem et canapalem, de uno campo pro episcopatu Cracoviensi, et pro ecclesia in Xangnicze et eius plebano de altero, et valor eius aestimatur ad decem marcas de uno campo vel aestivali vel hyemali; anno autem tertio tollit totam episcopatus Cracoviensis. Confinat cum Moykowicze, Biskupicze et Xangnicze.

Dolany, villa sub parochia de Xangnicze sita, cuius proprietas ad monasterium Thincziense pertinet. In qua non sunt lanei cmethonales, sed tantummodo octo hortulaniae, et quilibet solvit octo grossos pro censu, item ova non solvunt, item gallos non solvunt, item caseos non solvunt; item laborant unum diem in septimana proprio curru aut aratro; item *powabam* non laborant, item *osszyep* non solvunt; item taberna est ibi una, habens agros, quae solvit pro censu unam sexagenam; item hortulania, item praedium est coenobiale, de quo monasterium tollit pro se decimam. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro ecclesia parochiali in Xangnicze, et valor eius aestimatur ad decem marcas. Confinat cum Jaksicze, Sziroslawicze, Xangnicze, Moykowicze, Biskupicze.

Wkulycze, villa sub parochia de Czirkew sita, cuius proprietas ad monasterium Thinciense pertinet. In qua sunt tres lanei cmethonales, et solvunt pro censu duas marcas simul, item ova triginta, item gallos duos, item caseum unum; item labores aliquos non faciunt, item *powabam* non laborant, item *osszyep* non solvunt; item tabernae non sunt, item hortulaniae non sunt, item praedium coenobiale non est. Item omnes agri villae solvunt decimam manipularem pro ecclesia et plebano in Lapszicze, cuius valor ad quatuor marcas; item est ibi scoltetia habens duos laneos. Confinat cum Wanszowicze, Dambrowka, Brathuczicze, Boguczicze, Czirkew, Banszow.

Xangnicze Magna, villa habens ecclesiam parochialem in se, Sancto Stephano regi dicatam, cuius proprietas ad monasterium Thinciense pertinet, donata monasterio per Judith Poloniae reginam. In qua sunt decem lanei cmethonales, de quorum quolibet solvitur pro censu annuo una sexagena, item ova triginta, item galli duo; item caseos non solvunt; item laborant tres dies in septimana, proprio curru aut aratro, item *powabam* non solvunt, item taberna una plebani habens agros, et solvit quatuor marcas, item duae hortulaniae plebani, et laborant diem, item hortulaniae monasterii octo, solvit quaelibet quatuor grossos et unum diem pedestres laborant.

Item est ibi optimum praedium coenobiale, de cuius agris solvitur decima manipularis pro monasterio Thincziensi. Item plebanus habet praedium bonum speciale. Item de omnibus agris solvitur decima manipularis pro monasterio Thincziensi et canapalis conducitur, et valor eius aestimatur ad viginti marcas. Item fuerunt ibi pro una ecclesia duo plebani, et monasterium Thinciense procuravit unam plebaniam sibi incorporari, cum omnibus eius fructibus, et tenet eos usque in hanc diem et praedium suum et curiam sibi appropriavit, et habet ibi monasterium optimum praedium, et curiam, et decima villae totius pertinebat ad ecclesiam unius partis. Confinat cum Modrzany, Biskupicze, Parva Xangnicze, Wroczkow et Jaxicze.

Xangnycze Parva, villa sub parochia ecclesiae de Magna Xangnicze sita, cuius proprietas ad monasterium Thinciense pertinet. In qua sunt novem lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu unam sexagenam, item ova triginta, item gallos duos, item caseos non solvunt, item laborant tres dies in septimana proprio curru aut aratro, item *powabam* non laborant; item tabernae duae habentes agros et quaelibet solvit duas sexagenas pro censu; item hortulaniae non sunt, item praedium non est coenobiale, item *osszyep* non solvunt. Item de omnibus agris cmethonum solvitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Xangnicze, cuius valor ad viginti marcas, item molendinum habens agros, et solvit tredecim marcas pro monasterio. Confinat cum Biskupicze, Lawszow, Zyslawicze et Magna Zyslawicze.

Oppathowyecz, oppidum in quo est Sancti Jacobi Apostoli et Sanctorum Simonis et Judae Apostolorum ecclesia murata, cuius proprietas et iuspatronatus ecclesiae ad monasterium Thinciense pertinet. In quo sunt sedecim lanei oppidanorum, et quilibet solvit pro censu annuo ...., in summa tredecim marcas cum media, pro festo Sancti Martini; item pro exactione solvit oppidum anno quolibet decem marcas, pro festo Sancti Stanislai in vere. Item omnes agri solvunt et conducunt decimam manipularem ecclesiae et plebano ibidem in Oppathowyecz, et valor eius aestimatur ad duodecim marcas. Item plebanus habet agros proprios pro suo praedio. Item macella parva sutorum solvunt tres marcas, item macella carnificum duodecim lapides sepi; item est ibi praedium coenobiale Thincziense, de cuius agris decima manipularis pro monasterio Thincziensi; item balneum solvit octo marcas, duas marcas pro quibuslibet quatuor temporibus. Item in eodem oppido est monasterium fratrum Praedicatorum, fundatum per Thomam abbatem Thincziensem anno Domini 1283. duodecima Augusti, et habet agros proprios, de quibus nulli decimat, et vineam, de qua nihil solvit. Item hortulaniae quatuor nihil solvunt, sed unum diem in septimana

pedestres laborant. Item molendina in Visla quatuor, de quibus pro metretis triginta marcae. Item superius naulum in Visla solvit quinque marcas, inferius autem undecim marcas, et quodlibet solvit mediam marcam pro plebano. Jacobus Zak de horto novem scottos, Leonhardus balneator de altero unum fertonem et unum leporem. Confinat cum Rogow, Kobyelya, Kanszow, Xany, Bogufalowicze, Crassznyow, Uszczye, Dimlyn, Pauszycze.

Pyotrkowycze, villa sub parochia de Besszcze sita, cuius proprietas ad monasterium Thincziense pertinet. In qua sunt septem lanei cmethothonales, et quilibet solvit unam marcam, item ova triginta, item gallos duos, item caseum unum; item laborant duos dies in septimana proprio curru aut aratro; item *powabam* utramque laborare tenentur in frumentis vernalibus et hyemalibus; item *osszyep;* item taberna una solvit unam marcam habens agros; item hortulaniae non sunt. Item praedium coenobiale est, de quo monasterium Thincziense percipit decimam. Item de omnibus agris villae solvitur decima manipularis et canapalis, et conducitur, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas pro monasterio Thincziensi; molendinum non est. Confinat cum Vischegrod.

Urzuthy, villa sub parochia ecclesiae de Oppathowyecz sita, cuius proprietas ad monasterium Thincziense pertinet. In qua sunt septem lanei cmethonales et quilibet solvit unam marcam, item ova viginti, item gallos duos, item caseum unum, item laborant duos dies in septimana, proprio curru aut aratro, item *powabam* non.....; item *osszyep;* item taberna una, et solvit octo fertones, alias duas marcas, et quatuor capones, habet agros. Item hortulaniae non sunt, item molendinum est ibi, quod solvit metretas, item praedium coenobiale non est. Item omnes agri villae solvunt decimam manipularem et canapalem, et conducunt eam, et valor eius aestimatur ad duodecim marcas, monasterio Thincziensi. Confinat cum Vischegrod, Przemąkow.

....., villa sub parochia de Antiqua Brzeszko sita, cuius proprietas pro aliqua parte ad monasterium .....

Villae quas monasterium Thinyczìense habet in privilegio Summi Pontificis descriptas, et non habet illas in possessione.

Woykow, Pyanthkow, Choranycze, Nyeprzesznya, Gnyewycze cum suis pertinentiis, Sztrelcze, Kyeszkowycze, Grusszow, Podolany, Rudno.

Szemychow, villa habens parochialem ..... sita, cuius proprietas ad monasterium Thincziense de iure pertinet, quam Spitek de Melstin palatinus Cracoviensis de domo Leliwa per vim abstulit, et a monasterio

Thincziensi alienavit, et parum supervivens, in bello per Alexandrum Vithawdum Lithvanum, magnum ducem Lithvaniae, contra Tartaros circa fluvium Worzkla acto, anno Domini 1398 interfectus, iustoque iudicio amisit propria, qui occupaverat aliena.

Wnyechowycze, Strzegoczicze, Byeszdzechowycze, Lankorz, Cznepethnyk alias Swyepyethnicza, Szebnye, Grocholycze, Thurza, Szebnya, Czeklyno, Dambrowno utraque, et tertia Dambrowno.

Notandum, quod abbas Thincziensis Albertus et conventus anno Domini 1287. sexto idus Mai, cum Paulo episcopo capituloque Cracoviensi fecerunt decimarum commutationem, et receptis ab episcopo et capitulo Cracoviensi duabus decimis manipularibus, in utraque videlicet Lencze, villis videlicet in terra Zathoriensi et in castellanatu Cracoviensi, sub parochia de Radzessowska Wolya, et in villa Zorzow sub parochia de Skawina etiam in terra Zathoriensi sitis, et pro decimis novalium in silvis monasterii per quoscumque excolendis, dederunt episcopo Cracoviensi decimas manipulares in villis, videlicet triplici Dambrowno prope Lelow sitis, quae tunc ad proprietatem monasterii Thincziensis pertinebant, item decimas manipulares in villis Biczina in castellanatu de Chranow, et Gorczslawicze de castellanatu Wisliciensi, quas etiam villas Biczina et Gorczslawicze et earum proprietatem, quam tunc abbas et conventus Thincziensis habebat, praefato episcopo Paulo et suo episcopatui Cracoviensi donatione perpetua donasse et resignasse; de quo in monasterio Thincziensi habetur ipsius Pauli episcopi et capituli Cracoviensis privilegium.

Olpyny, Smylno, Czechow, Pomoczno, Strože, Bezdzechowicze, Tharnowo, Pylzno, Mysloszowicze.

Wolowycze, villa sub parochia de Czyrnyechow sita, cuius proprietas olim pertinebat ad monasterium Thincziense; sed cambita est et data monasterio in Szwyerzynyecz sanctimonialium ordinis Praemonstratensis, pleno iure et cum scoltetia in Kolbark, pro villa Lyszky, quam etiam nunc tenet pleno iure monasterium Thincziense.

Dunayecz, Czobalycze, Byden.

Lanszhkowycze, villa sub parochia Wyrzbycza in terra Theschnensi, prope Ostrawam oppidum.

Byczyna, villa sub parochia de Slawkow sita, cuius proprietas etiam nunc ad episcopatum Cracoviensem pertinet, una cum decima manipulari, quam Albertus abbas et conventus Thincziensis pro villa et decima villae Gorczslawicze in Visliciensi castellanatu sita, cum essent de eorum

proprietate una cum decima, pro decimis in utraque Lencze et Zorzow, tunc mensae episcopalis, anno Domini 1287. et pro decimis novaliumque in sylvis monasterii Thincziensis, per quemcumque excolentur consurgentes commutavit Paulus episcopus Cracoviensis de consensu capituli sui.

Czundenka, Stradowo, Orzechowo, Czetheyowycze.

Pyszary, haec villa iam in rerum natura esse desiit, quam in agris eius et duplicis Babicze, videlicet Novae et Antiquae, locatum est oppidum Skawina, et agri earum in advocatum et in plebanum et in oppidanos Skavinenses distributi.

Grodzeschowo.

Babycze duplex Nova et Antiqua; hae duae villae et tertia Pyszary depositae sunt, et in agris earum locatum est oppidum Skawina et agri carum in advocatum et in plebanum et in oppidanos Skavinenses distributi.

Magnum Sal, alias Wyeliczka, Balicze, Szulystrzygowo, Maczeyowo, Trdnowycze, Grusczonowycze, Podlanze, Grodzyna, Pyotrkowia, Igolomya, Chelmyecz, Karnyow, Szulislawycze, Woczechowo cum decimis, Ecclesia de Magno Sale.

Cella seu monasterium Sancti Laurentii ante Kalisz; in huius monasterii seu cellae actuali et reali possessione est nunc monasterium Thincziense, et habet praefatum monasterium Sancti Laurentii ante Kalisch specialem praepositum, sub obedientia abbatis Thincziensis constitutum, quem abbas Thincziensis sub omni tempore vacationis praesentat, et pro suo libitu illam praeposituram alicui ex suis monachis confert.

Ecclesia Sancti Andreae ante Cracoviam; haec dudum a proprietate et possessione monasterii Thincziensis alienata est, et creatum est ex ea monasterium insigne, sanctimonialium ordinis Sanctae Clarae; in quo circa sexaginta virgines castitatem et regulam Sancti Francisci professae, a ducentis annis vel citra, inhabitant in observantia regulari.

Ecclesia Sancti Nicolai ante Cracoviam; haec sub regimine Mathiae abbatis et de eius, totiusque conventus Thincziensis consensu, a proprietate et iure patronatus monasterii Thincziensis anno Domini 14 ..... abstracta est et universitati studii Cracoviensis perpetuo incorporata, regitque illam unus ex doctoribus, per doctores et magistros vacatione occurrente, praesentatus.

Ecclesia Sancti Georgii in Castro Cracoviensi. Huius proprietatem et possessionem ecclesiae, nunquam arbitror monasterium Thincziense habuisse, nullos siquidem habebat proventus, nisi Casimirus Secundus Poloniae rex anno Domini 1351. quatuor praebendas in ea fundasset ex

nobilis de domo Biberstin. Item praedia non sunt. Confinat cum Moderowka, Schebnya, Woyaszowka, Przybowka.

Chranstowka, villa sub parochia de Schebńya sita, cuius proprietas ad monasterium Thinciense pertinet. In qua sunt septem lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu unum fertonem, item ova quilibet viginti, item gallos quatuor, item caseos duos; item laborant *iutrzyni* arando, seminando, metendo, conducendo frumenta, pro vere et hyeme; item pro *oprawa* quatuor quadrantes, pro *obyedne* octo scottos cmethones, scoltetus octo grossos; item taberna est una monasterii habens agros, et solvit ......; item hortulaniae non sunt, neque molendinum, item praedium non est; item *bochenkowe* unus ferto; item est scoltetia habens duos laneos, et solvit decimam pecunialem de laneo quolibet unum fertonem; item de censu tollit sextum denarium. Item omnes agri solvunt decimam pecunialem monasterio Thincziensi per sex grossos communes monasterio Thinciensi, ex qua in summa proveniunt tres fertones, sex grossi. Confinat cum Moderowka, Schebnya, Nyepla, Woyaschowka, Przybowka.

Byrowka, villa sub parochia de Warzicze sita, cuius proprietas ad monasterium Thincziense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales et quilibet solvit .....; item ova, item gallos, item caseos, item labor, item *powabam*, item *osszyep*, item taberna, item hortulaniae, item praedium, item omnes agri solvunt decimam .....

Czelusthnycza, villa sub parochia de Jasszyel sita, cuius proprietas ad monasterium Thincziense pertinet. In qua sunt tres cum medio lanei cmethonales et quilibet solvit pro censu ......, item ova quilibet decem, item gallos tota villa quadraginta duos, item caseos tota villa viginti unum; item laborant *iutrzyni*, arando, seminando, metendo, conducendo frumentum; item *oprawa* quatuordecim grossi, *obyedne* cmethones mediam marcam, scoltetus unum fertonem; item taberna una monasterii habens agros, et solvit ......; item hortulaniae non sunt; item scoltetia est ibi habens duos laneos, et solvit decimam manipularem ecclesiae in Tharnowyecz, item de censu villae tollit sextum denarium. Item omnes agri villae solvunt decimam pecunialem monasterio Thinciensi per unum fertonem. Item praedium non est, molendinum non est. Summa census et decimae pecunialis villae praefatae, facit decem cum media marcas minus quatuor grossis. Item pro statione abbatis unum cervisiae octuale, novem scottos pro carnibus, avenae decem cum medio choros. Confinat cum Sobnyow, Lyaszki, Walowicze, Wolycza, Hankowka, Glynnik, Tarnowyecz, Unyeszcz, et cum altera Głinnik Pyenyaszkonis.

Unyescz, villa sub parochia de Jaszlyo sita, cuius proprietas ad monasterium Thincziense pertinet. In qua sunt sex lanei cmethonales, et

quilibet solvit pro censu ......, summa duae sexagenae, item ova quilibet quadraginta, item gallos duos, item caseos non solvunt, item laborat quilibet unum diem in septimana proprio curru aut aratro, item *powabam*, item taberna una habens agros, solvit unam cum media marcas, item hortulania una habens agros, nihil solvit, sed unum diem pedes laborat in septimana; item scoltetia non est, item praedium est ibi unicum coenobiale, de quo decimam monasterium Thinciense tollit. Item omnes agri villae solvunt decimam manipularem et canapalem monasterio Thincziensi, cuius valor aestimatur ad quatuor marcas, item molendinum. Confinat cum Glinnik, Czelustnicza, Tarnowyecz, Tarnowczek, Wroczenka.

Pradnik, villa sub parochia S. Nicolai extra Cracoviam sita, a fluvio Pradnik, qui iuxta eam decurrit appellata, cuius proprietas ad monasterium Thinciense pertinet. In qua sunt sedecim lanei cmethonales, et quilibet pro censu solvit sedecim grossos; item sunt ibi quinque lanei cmethonales ad proprietatem monasterii S. Trinitatis, solvit tamen quilibet sedecim grossos, pro censu monasterio Thinciensi. Item est in eadem villa scoltetia habens tres laneos, de quibus solvit decimam manipularem ecclesiae Sancti Nicolai. Item singulis annis tenentur villae dare duo prandia abbati, scoltetus tertium, item est ibi taberna scoltetialis, habens agros, et solvit duodecim marcas scolteto pro censu; item hortulaniae, item molendinum scolteti est ibi in flumine Prandnik et solvit monasterio Thinciensi de illo quatuor marcas cum uno fertone, scoltetus autem recipit pro se de eodem molendino, alias quatuor marcas. Item omnes agri cmethonum solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro ecclesia S. Nicolai ante civitatem Cracoviensem, et valor eius aestimatur ad viginti quinque marcas. Item ibi tria praedia civium Cracoviensium, de quibus decimatur ecclesiae S. Nicolai. Valor quatuordecim marcae. Confinat cum Cracovia, Rakowicze, Bronowicze, Bathowicze, Crowodrza. Item plebanus S. Nicolai habet in eadem villa duos cum medio laneos liberos et prata.

Wylkow, villa sub parochia ecclesiae de Luborzycza sita, cuius proprietas ad monasterium Thinciense pertinet. In qua sunt duodecim lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu duas marcas; item quilibet laborat proprio curru aut aratro duos dies in septimana, item ad *powabam* tenentur triplicem in anno, item quilibet de laneo solvit triginta ova, item duos capones, caseos non solvunt, item unam mensuram siliginis, duas avenae confertas et quatuor grossos. Item est ibi taberna habens agros, et solvit tres marcas pro censu, et *powabas* laborat. Item hortulaniae quatuor habentes agros et solvit unus tres fertones, duo per decem grossos quartus sex grossos. Item est ibi praedium coenobiale, de quo nulli dat decimam, sed eam pro se tollit. Item omnes lanei cmethonales, tabernae et hortulaniarum, solvunt et

conducunt decimam manipularem et canapalem, pro praebenda Cracoviensi, dicta Thopolska, et aestimatur ad sedecim marcas. Item molendinum non est, sed piscina una est. Confinat cum Goszczicze, Krzyszowicze, Sczepanowicze, Marszowyecz, Luborzycza et eius Wolya, ubique *uyazdy*.

Charwin, villa sub parochia de Poborowicze sita, cuius proprietas etsi prius solummodo pro medietate maiori ad monasterium Thincziense pertinebat ex antiquo, minorem tamen medietatem eius, salvis duobus laneis nobilium de Sarbye et taberna una plebani de Czulicze, Matthias abbas Thinciensis anno Domini 1474. de consensu Casimiri Tertii Poloniae regis, pro quadringentis quinquaginta marcis apud Dobeslaum Charwinsky nobilem de domo ..... coemit. In qua sunt tres militares lanei cmethonales, et unus pro censu solvit unam marcam, alius unam sexagenam, tertius unam marcam cum sedecim scottis, item ova triginta, item gallos duos, item caseos duos; item laborat quilibet unum diem in septimana proprio curru, item *powabam* laborare utramque tenentur omnes incolae villae, et ratione *oprawae* tenetur quilibet medium grossum solvere semel in anno; item avenam alias *ossep;* item inter rubeta villa praefata habet partem unius montis, qui dicitur Maszlowsky. Item praedium ibi coenobiale vetus, de quo decimam manipularem monasterium recipit pro se; item aliud praedium, quod fuit militare, de quo decima manipularis solvitur ecclesiae in Raczechowicze. Item lanei olim militares, et hortulani olim militares, solvunt decimam manipularem ecclesiae in Raczechowicze, valor novem marcae. Item taberna una abbatis habens agros, et solvit tres marcas. Item hortulaniae quatuor olim militares, habentes agros, et quaelibet solvit sex grossos et unum diem laborat in septimana. Item molendinum non est. Item lanei et agri cmethonum et hortulaniarum monasterii antiqui, solvunt et conducunt decimam manipularem ecclesiae in Igołomya. Item sunt ibi sex lanei cmethonales antiqui monasterii, et solvit quilibet, nihil laborando nisi *powabam*, tres marcas minus octo grossis. Item sunt alii quatuor, et quilibet solvit unam marcam cum octo scottis et duos dies in septimana proprio curru laborat, item ova triginta, gallos duos, caseos ... Payank tenet medium lanei antiquae curiae de quo solvit ... Confinat cum Rudno, Zydow, Szarbye, Wyrzbno, Gorka.

Wagrzynowicze, villa sub parochia de Gorka sita, cuius proprietas ad monasterium Thinciense pertinet. In qua sunt sex lanei cmethonales et quilibet solvit pro censu tres marcas et sex grossos, item quilibet de laneo tenetur in praedio coenobiali ibidem quindecim arare sulcos, arpicare, seminare, metere et disponere; item praeter hoc quilibet tenetur quinque dies in anno proprio curru aut aratro laborare; item ad tres *powabas* cum

inquilinis tenetur, in tribus campis elaborandas; item quilibet de laneo solvit unam mensuram siliginis et duas avenae confertas, et quatuor grossos. Item ducturas non faciunt; item quilibet *oprawam* medium grossum solvit. Item est ibi una taberna monasterii habens agros, et solvit pro censu unam marcam cum media. Item est ibi praedium coenobiale bonum, de quo non solvit decimam, sed eam pro se tollit. Item hortulaniae non sunt, item de laneo, triginta ova, duos cappones, caseos non dant; item omnes agri cmethonum et tabernae solvunt decimam manipularem et canapalem per quatuor iuncturas, pro praebenda Cracoviensi Bodzowska. Confinat cum Gorka, Ruscza, Karnyow, Chrzistoforzycze, Wadow et ubique *uyazdy*.

Opathkowycze circa Proszowicze, villa sub parochia de Proschowicze sita, cuius proprietas ad monasterium Thincziense pertinet. In qua sunt duodecim lanei cmethonales, et quilibet solvit per unam sexagenam et quatuor grossos de laneo, item ova triginta, item gallos quatuor, item caseos duos, item laborant unum diem in septimana, tempore messis quinque dies in septimana; item *powabam* utramque pro vernis et aestualibus frumentis laborant; item *osszyep;* item taberna una, et solvit pro censu tres marcas; *oprawam* solvunt quilibet medium grossum; item hortulaniae quinque, quaelibet solvit quatuor grossos et laborat pedester quando ei mandatur; item praedium coenobiale optimum, de quo monasterium Thinciense decimam tollit pro se, item omnes agri solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro monasterio Thincziensi, et valor eius aestimatur ad viginti quatuor marcas. Item molendinum est ibi in flumine Czyeklecz, quod solvit octo marcas pro censu monasterio. Confinat cum Scitniky, Climyonthow, Proschowicze et Makoczycze.

Swyanczycza, villa sub parochia de Slawoschow sita, cuius proprietas ad monasterium Thinciense pertinet. In qua sunt quatuor lanei cmethonales et quilibet solvit pro censu unam marcam sexagenam, item ova triginta, item gallos, cappones duos, item caseos duos, non solvunt ......, item laborant duos dies in septimana proprio curru aut aratro; item ad *powabam* tenentur utramque; item est taberna in eadem villa, quae habens unum laneum, solvit unam sexagenam vel duas marcas; non est molendinum, non sunt hortulaniae; item est praedium optimum monasterii Thinciensis, de quo nulli dat decimam, sed eam pro se tollit et in horreum suum inducit. Item omnes lanei et agri villae praefatae, solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro monasterio Thinciensi, et valor eius aestimatur ad sex marcas. Item sunt ibi duo nobiles habentes agros et praediales terras. Item sunt ibi duae hortulaniae habentes agros, et quaelibet solvit sex grossos pro censu, et unum diem in septimana pedestri laborat opere;

item molendinum non est ibi. Confinat cum Kowalye, Pyeczenyagy, Ilikowicze, Maczeyowicze.

Oppathkowycze circa Scarbimiriam, villa sub parochia ecclesiae de Czyarnoczyn sita. In qua sunt septem lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu sedecim scottos, item quilibet laborat in septimana unum diem proprio curru aut aratro, item ducturas faciunt, quo illis mandatur ad rationem dierum, item tenentur laborare duabus personis, duas *powabas*, unam pro vere, alteram pro hyeme; item quilibet solvit de laneo quatuor gallos, caseos autem non solvunt, neque ova, neque avenam; item est ibi una taberna habens agros, et solvit pro censu unam marcam et quatuor gallos, et ad quamlibet *powabam* cum una persona tenetur laborare, cmethones *powabam* cum duabus personis; item tres hortulaniae habentes agros, nihil solvunt, sed tantummodo unum diem in septimana pedestres laborant. Item est ibi unum praedium coenobiale, de quo decimam nulli dant, sed eam pro se tollunt; item omnes agri cmethonales, tabernae et hortulaniarum, solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem, pro monasterio Thinciensi, et valor eius aestimatur ad octo marcas. Item est ibi pratum optimum et latum, et una piscinula. Confinat cum Czarnoczyn, Korytho, Janowicze, Szuszlicze, Krampicze, Kobylniky, Szyeszelow et *ugyazdy* sunt ubique inter villas.

Oppathkowycze prope Andrzeyow, villa sub parochia de Grodzina sita. In qua sunt septem lanei cmethonales, et quilibet solvit unam marcam, et duos choros siliginis et quatuor avenae, item ova triginta, item gallos duos, item caseum unum; item laborant diem unum in septimana, proprio curru aut aratro; item *powabam* non laborant, item *osszyep* non solvunt; item taberna una habens agros, solvit duas marcas pro censu, item hortulaniae quatuor non solvunt censum, sed laborant quando eis mandatur. Item praedium est ibi coenobiale, de quinque laneis, et monasterium tollit decimam de illo pro se. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro abbate et monasterio Thincziensi, et valor eius aestimatur ad septem marcas. Item molendinum est ibi monasterii, quod solvit metretas. Confinat cum Grodzina, Sandowicze, Nyegoslawicze, Oppathkowicze, Mogyle, Grodzinska Wolya, Mrukow.

Modrzany, villa sub parochia de Xangnicze sita, cuius proprietas pro media parte ad monasterium Thinciense pertinet. In qua sunt octo lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu unam sexagenam, praeter octavum, qui solvit octo marcas, qui dicitur Szeczkowsky, qui a laboribus liber est; item ova triginta, item gallos duos; item caseos non solvunt, item laborant tres dies in septimana, proprio curru aut aratro, item *powabam* non

laborant, item *osszyep* non solvunt; item taberna una habens agros, solvit unam sexagenam, item hortulaniae non sunt, item praedium non est, item laborat eadem villa in septimana tres dies proprio aratro aut curru; habet pro se et praedio suo laneos et solvit decimam... Item omnes agri totius villae solvunt decimam manipularem et canapalem, de uno campo pro episcopatu Cracoviensi, et pro ecclesia in Xangnicze et eius plebano de altero, et valor eius aestimatur ad decem marcas de uno campo vel aestivali vel hyemali; anno autem tertio tollit totam episcopatus Cracoviensis. Confinat cum Moykowicze, Biskupicze et Xangnicze.

Dolany, villa sub parochia de Xangnicze sita, cuius proprietas ad monasterium Thinczienșe pertinet. In qua non sunt lanei cmethonales, sed tantummodo octo hortulaniae, et quilibet solvit octo grossos pro censu, item ova non solvunt, item gallos non solvunt, item caseos non solvunt; item laborant unum diem in septimana proprio curru aut aratro; item *powabam* non laborant, item *osszyep* non solvunt; item taberna est ibi una, habens agros, quae solvit pro censu unam sexagenam; item hortulania, item praedium est coenobiale, de quo monasterium tollit pro se decimam. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro ecclesia parochiali in Xangnicze, et valor eius aestimatur ad decem marcas. Confinat cum Jaksicze, Sziroslawicze, Xangnicze, Moykowicze, Biskupicze.

Wkulycze, villa sub parochia de Czirkew sita, cuius proprietas ad monasterium Thinciense pertinet. In qua sunt tres lanei cmethonales, et solvunt pro censu duas marcas simul, item ova triginta, item gallos duos, item caseum unum; item labores aliquos non faciunt, item *powabam* non laborant, item *osszyep* non solvunt; item tabernae non sunt, item hortulaniae non sunt, item praedium coenobiale non est. Item omnes agri villae solvunt decimam manipularem pro ecclesia et plebano in Lapszicze, cuius valor ad quatuor marcas; item est ibi scoltetia habens duos laneos. Confinat cum Wanszowicze, Dambrowka, Brathuczicze, Boguczicze, Czirkew, Banszow.

Xangnicze Magna, villa habens ecclesiam parochialem in se, Sancto Stephano regi dicatam, cuius proprietas ad monasterium Thinciense pertinet, donata monasterio per Judith Poloniae reginam. In qua sunt decem lanei cmethonales, de quorum quolibet solvitur pro censu annuo una sexagena, item ova triginta, item galli duo; item caseos non solvunt; item laborant tres dies in septimana, proprio curru aut aratro, item *powabam* non solvunt, item taberna una plebani habens agros, et solvit quatuor marcas, item duae hortulaniae plebani, et laborant diem, item hortulaniae monasterii octo, solvit quaelibet quatuor grossos et unum diem pedestres laborant.

Item est ibi optimum praedium coenobiale, de cuius agris solvitur decima manipularis pro monasterio Thincziensi. Item plebanus habet praedium bonum speciale. Item de omnibus agris solvitur decima manipularis pro monasterio Thincziensi et canapalis conducitur, et valor eius aestimatur ad viginti marcas. Item fuerunt ibi pro una ecclesia duo plebani, et monasterium Thinciense procuravit unam plebaniam sibi incorporari, cum omnibus eius fructibus, et tenet eos usque in hanc diem et praedium suum et curiam sibi appropriavit, et habet ibi monasterium optimum praedium, et curiam, et decima villae totius pertinebat ad ecclesiam unius partis. Confinat cum Modrzany, Biskupicze, Parva Xangnicze, Wroczkow et Jaxicze.

Xangnycze Parva, villa sub parochia ecclesiae de Magna Xangnicze sita, cuius proprietas ad monasterium Thinciense pertinet. In qua sunt novem lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu unam sexagenam, item ova triginta, item gallos duos, item caseos non solvunt, item laborant tres dies in septimana proprio curru aut aratro, item *powabam* non laborant; item tabernae duae habentes agros et quaelibet solvit duas sexagenas pro censu; item hortulaniae non sunt, item praedium non est coenobiale, item *osszyep* non solvunt. Item de omnibus agris cmethonum solvitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Xangnicze, cuius valor ad viginti marcas, item molendinum habens agros, et solvit tredecim marcas pro monasterio. Confinat cum Biskupicze, Lawszow, Zyslawicze et Magna Zyslawicze.

Oppathowyecz, oppidum in quo est Sancti Jacobi Apostoli et Sanctorum Simonis et Judae Apostolorum ecclesia murata, cuius proprietas et iuspatronatus ecclesiae ad monasterium Thinciense pertinet. In quo sunt sedecim lanei oppidanorum, et quilibet solvit pro censu anno ...., in summa tredecim marcas cum media, pro festo Sancti Martini; item pro exactione solvit oppidum anno quolibet decem marcas, pro festo Sancti Stanislai in vere. Item omnes agri solvunt et conducunt decimam manipularem ecclesiae et plebano ibidem in Oppathowyecz, et valor eius aestimatur ad duodecim marcas. Item plebanus habet agros proprios pro suo praedio. Item macella parva sutorum solvunt tres marcas, item macella carnificum duodecim lapides sepi; item est ibi praedium coenobiale Thincziense, de cuius agris decima manipularis pro monasterio Thincziensi; item balneum solvit octo marcas, duas marcas pro quibuslibet quatuor temporibus. Item in eodem oppido est monasterium fratrum Praedicatorum, fundatum per Thomam abbatem Thincziensem anno Domini 1283. duodecima Augusti, et habet agros proprios, de quibus nulli decimat, et vineam, de qua nihil solvit. Item hortulaniae quatuor nihil solvunt, sed unum diem in septimana

ova, item gallos, item caseos, item laborant *iutrzyni*, arando, seminando, metendo, conducendo, item *oprawam* solvunt per quatuor quadrantes, *obyedne* mediam marcam, scoltetus unum fertonem; item taberna una monasterii, habens agros et solvit . . . . ., item hortulaniae; item non est ibi scoltetia, item non est praedium; item agri cmethonales et tabernae solvunt decimam pecunialem monasterio Thinciensi, item gallos tota villa septemdecim censuales, totidem stationales; ova nonaginta, caseos quatuordecim; item ista villa coniunctim cum altera Ugyazd, solvit pro adventu anno quolibet decemseptem avenae, unam pernam lardi, et unum octuale cervisiae. Confinat cum Brzyszka, Crayowicze, Dambrowa, Lypnicza Inferiori et Superiori, et Clodawa.

Lypnicza, villa sub parochia ecclesiae de Brzyszka sita, cuius proprietas ad monasterium Thinciense. In qua non sunt plures sed unus laneus, et solvit pro censu annuo unam marcam cum tribus grossis, item ova, item caseos, item gallos, item laborat *iutrzyni*, arando, seminando, metendo, conducendo agros et frumenta in Brzyszka, item *oprawam* solvit quatuor quadrantes, *obyedne* septem scottos cmethones, scoltetus unum fertonem. Item non sunt ibi tabernae, non est praedium, non sunt hortulaniae. Item ibi scoltetia habens duos laneos, et solvit pro decima unum fertonem ecclesiae in Brzyszka. Item de censu recipit sextum denarium. Item agri cmethonis, solvunt decimam pecunialem monasterio Thinciensi, unum fertonem communis pecuniae. Item pro statione dant abbati pro adventu suo, quolibet anno duas mensuras avenae, unum octuale cervisiae, item sex pullos, item pernam lardi. Confinat cum Brzyszka, Crayowicze, Dambrowa.

Banczal, villa sub parochia alterius Banczal Militaris sita, cuius proprietas ad monasterium Thinciense pertinet. In qua sunt lanei cmethonum, et quilibet pro annuo censu solvit tres fertones et sex grossos, item ova quindecim, item gallos tres, item caseos tres, de tota villa; item *oprawam* per quatuor quadrantes, *obyedne* octo grossos cmethones, scoltetus etiam octo grossos. Item taberna una ibi est monasterii, habens agros, solvit . . . . . Item hortulaniae non sunt, item praedium non est, neque molendinum; item laborant *iutrzyni*, arando, seminando, metendo, conducendo; item est ibi scoltetia habens duos laneos, et solvit pro decima unum fertonem in Banczal, item de censu villae sextum denarium recipit. Item agri villae solvunt decimam pecunialem in Thinyecz. Item pro statione solvunt medium octuale cervisiae, tres gallos, item unam mensuram avenae, item mediam pernam lardi. Confinat cum Dambrowa, Brili, Trzennicza, Banczali Superiori.

Golyesch, castrum sub parochia ecclesiae de Kolaczicze situm, cuius proprietas ad monasterium Thincziense pertinet, sub tempore Mathiae abbatis Thyncziensis fuit demolitum, sed sub tempore Andreae Osszka succedentis immediate, fuit instauratum.

Wolya circa Brzostek, villa sub parochia de Brzostek sita, cuius proprietas ad monasterium de Thinyecz pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu ......, item ova, item gallos, item caseos, item *powabam*; item taberna, item hortulani, item praedium; item est ibi scoltetus habens duos laneos, et recipit sextum denarium de censu. Item post omnes agros solvitur decima.... Item pro adventu abbatis cmethones solvunt stationem, duas mensuras avenae, unum octuale cervisiae, sex pullos, item unam pernam lardi.

Kolaczycze, oppidum, in quo ecclesia lignea parochialis, Sanctae Mariae dicata, cuius proprietas ad monasterium Thincziense pertinet. In quo sunt novem lanei oppidanorum, et quilibet solvit pro censu ....., totum oppidum solvit septem marcas. Item est advocatia in eodem oppido, habens tres laneos, de quibus solvit decimam ibidem in Kolaczicze. Item molendinum advocati unum, solvens ibi metretas, item de censu habet ...... Item non est ibi praedium coenobiale. Item oppidani pro decima solvunt ecclesiae Zrzanczin annis singulis quatuor marcas. Item de tribus laneis qui vocantur *bochenkowe*, solvuntur monasterio quinque marcae. Item consulatus in die, qua eliguntur consules, solvit et dat abbati unum octaale cervisae, duas mensuras avenae, quatuor gallos, unum leporem; item oppidani ratione *oprawae* solvunt abbati annis singulis unam sexagenam. Confinat cum Byeszdzedza, Dambrowa, Clodawa, Brzyszka, Bukowa, Szowna et Krayowicze.

Krayowycze, villa sub parochia de Kolaczicze sita, cuius proprietas ad monasterium Thinciense pertinet. In qua quatuor lanei cmethonales, ex quibus solvit unus marcam, duo per novem scottos, item ova, item gallos, item caseos, item labor, item ad *powabam* ...., item una taberna habens agros, et solvit pro censu novem fertones et duas mensuras humuli; item quinque hortulaniae habentes agros, item unum molendinum monasterii in Wysloka et solvit unum fertonem de agro et metretas de molendino. Item cmetho *wolny* solvit quatuordecim grossos; item est unum praedium coenobiale, de quo nulli solvit decimam, sed eam pro se tollit. Item de agro qui dicitur Rauth quando seminatur, solvuntur novem scotti, quando non seminatur, unus ferto. Item de omnibus agris cmethonum et tabernae, atque hortulaniarum, solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem, pro monasterio Thinciensi, et valor eius aestimatur ad sex marcas. Columbatio,

denarius S. Petri, pro ecclesia in Kolaczicze. Confinat cum Golyesch, Kowalowa.

BRYLY, villa sub parochia de Jaszel sita, cuius proprietas ad monasterium Thinciense pertinet. In qua sunt non commensurati lanei cmethonum, et omnes solvunt pro censu duas marcas minus duobus grossis, item ova, item gallos, item caseos; item laborant *iutrzyni*, arando, seminando, conducendo, metendo, item ad *powabam* ......; item tabernae non sunt, item hortulaniae non sunt. Item est in eadem villa scoltetia, habens duos laneos, et agri sui solvunt decimam in Jaszel. Item de censu habet scoltetus sextum denarium; item est ibi molendinum scolteti et solvit ...... Item non est ibi praedium coenobiale; item agri cmethonum solvunt decimam pecunialem pro monasterio Thinciensi. Confinat cum Banczal.

WARSZYCZE, villa habens in se ecclesiam ligneam Sancti Laurentii, cuius proprietas ad monasterium Thinciense pertinet. In qua sunt triginta lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu ......, in summa novem marcas octo grossos, item ova decem, item gallos omnes solvunt sexaginta sex, item caseum unum, item laborant *iutrzyni*, arando, metendo seminando, conducendo; item *oprawam* solvunt per quatuor quadrantes, *obyedne* cmethones solvunt ...., scoltetus unum fertonem; item taberna est una habens agros et solvit ...., item pro statione abbatis solvunt pro carnibus et cervisia sedecim scottos, pro hallecibus tres marcas, sex mensuras avenae. Item est scoltetia habens duos laneos et solvit decimam. Item de censu villae habet scoltetus ..... Item non est ibi praedium coenobiale, neque molendinum; item *bochenkowe* duae marcae sex grossi. Item omnes agri cmethonum et taberna solvunt decimam pecunialem pro monasterio Thinciensi, per sex grossos, in summa proveniunt duae sexagenae sedecim grossi. Confinat cum Szyekluka.

NYEPLA, villa sub parochia ecclesiae de Schebnya sita, cuius proprietas pro medietate ad monasterium Thinciense pertinet. In qua sunt in parte monasterii lanei cmethonales, et solvit quilibet pro censu ......, in summa tres marcae minus quatuor grossis, item ova, item gallos, item caseos, item pro labore solvit quilibet unum fertonem abbati, item pro *oprawa* solvunt omnes tredecim grossos, pro *obyedne* cmethones mediam marcam, scoltetus unum fertonem. Item taberna est ibi scolteti habens agros, quae solvit scolteto pro censu ..... Item pro abbatis statione, solvunt pro carnibus et cervisia novem scottos, avenae duas mensuras, unum chorum. Item scoltetia est ibi, habens duos laneos, et solvunt decimam. Item de censu villae tollit scoltetus .... item *bochenkowe* mediam sexagenam. Item omnes agri villae solvunt decimam pecunialem monasterio Thinciensi triginta septem grossos. Item alteram medietatem possidet Nicolaus Schebyensky

decimis et villis, quas sibi Jaroslaus archiepiscopus Gneznensis, Bodzantha Cracoviensis, Mathias Vladislaviensis episcopi, et Johannes abbas Thincziensis precario contulerant ecclesiae eidem.

Decimae.

Orlow .....

Pylzno, oppidum regium, in quo lanei, et quilibet solvit pro decima monasterio Thincziensi de laneo per ..... latorum grossorum; summa sex marcae et quatuordecim grossi cum medio latorum grossorum.

Dambrowa, ...

Zlothowa, villa sub parochia de .... sita. In qua sunt lanei, et quilibet solvit monasterio Thincziensi pro decima, latorum grossorum ....; summa quatuor cum medio marcae latorum grossorum.

Szulaczow, ...

Zborowycze, villa sub parochia de .... sita. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit monasterio Thinciensi pro decima latorum grossorum ....; summa tres marcae novem grossi latorum grossorum.

Wyrzbycza .....

Strygorzycze, alias Stregoczicze, villa sub parochia de ..... sita. In qua sunt lanei cmethonales, et de omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Thinciensi, et valor eius aestimatur ad ..... marcas, praeter unum campum, de quo cedit pro episcopatu Cracoviensi. Item tabernae, item praedium.

Zabloczye, ...

Mosczany, villa sub parochia de Zagorzycze sita. In qua sunt lanei, et quilibet solvit decimam pecunialem pro monasterio Thinciensi.

Zyrkowo .....

Plawna, villa sub parochia de ..... sita. In qua sunt lanei cmethonales et quilibet solvit pro decima ...... grossos; summa octo grossos et una marca communis pecuniae.

Ostrinna, ...

Thurza villa .... sita. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit pro decima monasterio Thinciensi latorum grossorum .....; summa una sexagena latorum grossorum.

Lambathy, ...

Bogunowicze, villa sub parochia de .... sita. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit pro decima monasterio Thinciensi .... latorum grossorum; summa una marca decem scotti latorum grossorum.

Golczowycze, ...

SWYACZANY, villa habens in se ecclesiam parochialem, cuius haeres Spytek Melstinsky. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit pro decima monasterio Thincziensi .....; summa una marca minus medio quarto grosso communis pecuniae.

Decimae de sortibus in Koszle, pertinentibus ad castellaturam de Rathibor circa Rabynye, quas Laurentius episcopus Vratislaviensis de consensu capituli sui, pia liberalitate monasterio Thincziensi perpetuo donavit, prout in suis litteris latius continetur.

OLPYNY, villa sub parochia de Swyaczany, cuius haeres Spitek Melstinsky. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit pro decima monasterio Thinciensi latorum grossorum ....; summa duae marcae latorum grossorum.

Decimae.

ZUKOW, ...

KRZYSZ, villa sub parochia ecclesiae de ..... sita. In qua sunt lanei, et quilibet solvit monasterio Thinciensi pro decima ....; summa una marca communis pecuniae.

MYELYECZ, duarum villarum....

MESZNA, villa sub parochia ecclesiae de ..... sita. In qua sunt lanei et quilibet solvit pro decima latorum grossorum .....

Duodecim marcarum argenti et trium poledrorum annuus redditus, per Boleslaum ducem Poloniae monasterio concessus; sed is census seu redditus dudum abstractus et abolitus est.

Naulum in Visla iuxta monasterium Thinciense, quod clarae memoriae Poloniae rex Boleslaus et Judith regina uxor eius, monasterii Thinciensis fundatores concesserunt.

In Cracovia duo macella.

In Szydzyna redditus salis.

In Magno Sale duae tabernae et quadraginta marcae argenti usualis et quadraginta modii salis per zupparios solvebantur, et Lesko dux Cracoviensis, Sandomiriensis, Syradiensis 1288 confirmat suis litteris, quas habet monasterium, et donationem ipsam fecit Conradus dux Cracoviensis et Lanciciensis Lutfrido abbati 1242.

In Bythom ius fori, sed hactenus non habetur, quoniam dudum abstractum et alienatum est.

In Szyewyor novum forum, unum macellum, una taberna; omnia

praefata a monasterio Thincziense dudum abstracta et alienata sunt. Oppidum episcopi Cracoviensis.

In Lapczycze liberum forum et taberna, oppido Bochensi fundato perierunt propter vicinitatem.

In Wysloka et Bezeda et Oppathovia usus venandi.

In Oppathowyecz naulum in Wisla, forum et taberna. Item naulum in fluvio Dunayecz et Wisla, ubi sibi invicem miscentur.

In Wyslycia oppido regio duae tabernae, quae hodie non habentur, et dudum a monasterio abstractae et alienatae sunt, nec illarum ulla habetur memoria.

Usus fluvii Skawina in piscationibus et castoribus.

Gregorius papa Nonus anno Domini 1229 septimo calendas Junii, indictione secunda, pontificatus sui anno tertio, Perusii tunc agens, fundationem et dotationem monasterii Thinciensis confirmat, et multis libertatibus, communibus tamen, et quas etiam absque eo ius commune concedit, monasterium Thinciense privilegiat.

Jaworze, villa sub parochia ecclesiae de ..... sita. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit latorum grossorum ...; summa undecim grossi latorum grossorum.

Jurczycze, villa sub parochia ...., in terra Zathoriensi sita. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis pro monasterio Thincziensi.

Polyanka, villa sub parochia de ..... sita, cuius haeres Petrus Jurczyczky. In qua sunt sex lanei cmethonales, et quilibet solvit pro decima monasterio Thincziensi per decem grossos communes.

Lyncze primum, villa sub parochia de Wolya Radzeschowska sita, in terra Zathoriensi. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis.

Lyncze secundum, villa sub parochia de Radzeschowska Wolya sita, in terra Zathoriensi. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis.

Notandum autem, quod praefatas duas decimas in utraque Lyncze manipulares, occupaverant nonnulli ...; abbas tandem Thincziensis Matthias de Skawina, lite in curia Romana adversariis et occupatoribus decimarum praefatarum mota, per tres sententias conformes evicit decimas praefatas, et tenet eas iam monasterium Thincziense in pacifica possessione.

Notandum etiam, quod praefatas duas decimas manipulares in utraque Lencze, et tertia in Zorzow ad mensam tunc episcopalem pertinentes, et pro iure percipiendi decimas novalium in quibuscunque sylvis monasterii

consurgentium, Paulus Cracoviensis episcopus de consensu capituli Cracoviensis 1287. cum Alberto et conventu Thincziensi commutat, recipiendo a monasterio Thincziensi duas villas et earum proprietatem, cum earum decimis manipularibus, videlicet Biczina et Gorczslawicze, et decimas manipulares in triplici Dambrowno prope Lelow, quae tunc erant coenobiales villae, Thincziensis monasterii, nonnisi tamen unam villam, videlicet Byczinam ex duabus sub parochia et tenuta Slawkoviensi sitam, Cracoviensis episcopatus habet nunc in possessione, villam Gorzczslawicze non habet, neque eius decimam, nec scitur quomodo sit alienata.

Mnykow, villa sub parochia de Morawycze sita, cuius haeres Martinus Frikacz de domo Accipitrum. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus olim solvebatur decima manipularis ecclesiae in Morawicza, sed abbas Thincziensis Andreas Osszka de domo Rawa acquisivit eam iure ordinario, de laneis, qui iacent post fluvium.

Ecclesia parochialis in Tuchow proventus exiles et tenues ducens. Mathias Thiniczіensis abbas sui monasterii Tinicziensis ecclesiam parochialem in Tuchow suae editionis, suique iuris oppidi crassam ut in superioribus praemisimus videns, illius incorporationem et unionem a sede Apostolica obtinuit et impetravit, et nobili viro Daniele plebano in Tuchow mortuo, illius plenam possessionem apprehendit, et fratres sui monasterii et ordinis illic ad curandam plebem locavit, et ex heremicolis, urbicolas, ex monachis quoque et viris religiosis ordinis, desertores et saeculares sacerdotes fecit, contra Beati Benedicti institutum, et veterum monachorum observantiam atque decretum.

Oppidum Tuchow, habens ecclesiam parochialem, Beato Jacobo Apostolo dicatam in se, cuius proprietas et dominium ad abbatem et monasterium Tinicziense integraliter pertinet. In quo sunt decem et septem lanei oppidanorum, qui decimam non manipulo ex longa et praescripta consvetudine, sed grano siliginis et avenae, item et pecuniis latorum grossorum Pragensium decimam manipularem redimunt; et solvit quilibet oppidanus de laneo pro decima . . ., et valor eius aestimatur in pecunia ad sex marcas, et ad decem et octo mensuras siliginis et ad totidem avenae, de mensura conferta Tuchoviensi in grano. Item abbas habet ibi curiam specialem et praedium, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Tuchow, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Item est ibi advocatia, habens speciales agros, de quibus solvitur decima. Item quilibet oppidanus hospes pro columbatione solvit unum grossum, inquilinus vero medium grossum pro plebano. Item oppidani solvunt censum, qui vocatur mensalia, et cedit census ipse pro magistro scholae, et quilibet oppidanus

tenetur solvere pro mensalibus... Item plebanus et ecclesia parochialis habet ibi praedium, in tres campos divisum, de quibus nulli solvit; item habet duos hortos; item habet offertorium et ecclesiasticum quaestum.

Szyedlyszka, villa sub parochia ecclesiae de Tuchow sita, cuius proprietas et dominium ad abbatem et monasterium Tinicziense pertinet. In qua sunt triginta lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et canapalis, et conducitur per cmethones, atque solvitur pro ecclesia parochiali in Tuchow, et valor eius aestimatur ad triginta marcas. Item est ibi scoltetia habens laneos, de quibus omnibus solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Tuchow; item praedium, item taberna, item hortulania.

Dambrowa, villa sub parochia ecclesiae de Tuchow sita, cuius proprietas et dominium ad abbatem et monasterium Tinicziense pertinet. In qua sunt in parte abbatis lanei cmethonales; item de omnibus agris et laneis praefatae villae solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro ecclesia parochiali in Tuchow, et valor eius aestimatur ad decem marcas. Item in eadem villa est praedium bonum ecclesiae et plebani Tuchoviensis, de quo nulli solvit decimam, et valor eius aestimatur ad decem marcas. Item praedium coenobiale, item tabernae, item hortulaniae, item molendinum.

Beschwoschowa, villa sub parochia ecclesiae de Tuchow sita, cuius proprietas et dominium.... In qua sunt sedecim lanei cmethonales, et quilibet solvit ratione parochiae ecclesiae parochiali et plebano in Tuchow, unum grossum et unum caseum. Item omnes lanei cmethonales, item praedium, item tabernae, item hortulaniae...

Burzin, villa sub parochia de Thuchow sita. In qua sunt decem et septem lanei cmethonales, item duae hortulaniae, et quilibet cmetho de laneo solvit ecclesiae parochiali in Tuchow et eius plebano, ratione iuris parochialis, unum grossum et unum caseum, hortulanus vero solvit medium grossum et unum caseum. Item omnes cmethones villae solvunt decimam, item praedium, item tabernae.

Meschna, villa sub parochia ecclesiae de Tuchow sita. In qua sunt quadraginta sex lanei cmethonales, et quilibet solvit ecclesiae parochiali in Tuchow, ratione iuris parochialis, unum corum siliginis et unum corum avenae et unum caseum. Item est ibi scoltetia habens duos laneos, de quibus scoltetus ratione decimae, solvit ecclesiae parochiali octo grossos et quatuor coros duplicis grani, siliginis videlicet et avenae. Item omnes lanei cmethonales solvunt decimam, item praedium, item tabernae.

Lyubuschowa alias Lube, villa sub parochia ecclesiae de Tuchow sita, cuius haereditas et proprietas ad monasterium Thincziense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet cmetho solvit ecclesiae parochiali

in Tuchow et eius plebano pro *meszne* .... Item omnes agri villae solvunt decimam pecunialem monasterio Thincziensi, item praedium, item tabernae.

Buchczicze, villa sub parochia ecclesiae de Tuchow sita. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia parochiali, alias plebano in Tuchow, et valor eius aestimatur ad quinque marcas; item praedium, item tabernae, item hortulaniae, item molendinum.

Kylyanowicze, villa sub parochia ecclesiae de Tuchow sita. In qua sunt novem lanei cmethonales et una hortulania, et quilibet solvit ecclesiae parochiali in Tuchow, ratione iuris parochialis, unum grossum et unum caseum, hortulanus autem solvit tantummodo medium grossum et unum caseum. Item omnes cmethones villae solvunt decimam manipularem et canapalem pro ecclesia parochiali in Tuchow et conducunt eam, et valor eius aestimatur ad duodecim marcas. Item est ibi praedium unum militare Petri Burzynsky nobilis, de cuius agris solvitur decima manipularis pro ecclesia parochiali in Tuchow, et valor eius aestimatur ad unam marcam; item tabernae, item molendinum.

Pyotrkowicze, villa habens in se parochialem ecclesiam, filiam ecclesiae parochialis de Tuchow. Huius ecclesiae plebanus, pro tempore existens, solvit solvereque tenetur ecclesiae parochiali in Tuchow, tanquam matrici, in relevamen denarii Sancti Petri, quinque grossos.

Nomina abbatum monasterii Thincziensis.

Aaron, genere nobilis, Gallicus natione, primus abbas Thinicziensis, qui coepit anno Domini 1041. tempore Casimiri Primi regis Poloniae, in archiepiscopum Cracoviensem expost promotus.

Luthfridus, abbas Thinicziensis, natione Gallicus, qui coepit circa annum Domini 1229. sub tempore et regimine Leschkonis Albi ducis et monarchae regni Poloniae.

Henricus, abbas Thincziensis, qui erat circa annum Domini 1346.

Cosmas, abbas Thinicziensis, natione Italus, erat circa annum Domini 1275. et octuagesimum secundum et octavum, sub tempore et regimine Leschkonis Nigri ducis et monarchae regni Poloniae, et sub tempore Boleslai Pudici.

Boleborius, abbas Thinicziensis, erat circa annum Domini 1287. sub tempore Leschkonis Nigri.

ALBERTUS PRIMUS, abbas Thinicziensis, erat circa annum Domini 1293. tempore Venceslai Bohemiae regis, et tunc regni Poloniae monarchae, expost vero regis.

MICHAEL, abbas Thinicziensis, circa annum Domini 1319. sub tempore et regimine Vladislai Loktek ducis et monarchae, expost vero regis Poloniae Secundi videlicet 1335.

ALBERTUS SECUNDUS, abbas Tinicziensis, coepit circa annum Domini 1360, sub tempore et regimine Casimiri Secundi Poloniae regis.

JOHANNES, abbas Thinicziensis, circa annum Domini 1363 et septimum, sub temporibus Casimiri Secundi Poloniae regis.

STANISLAUS ROSZKOSZKA dictus, abbas Thincziensis, erat circa annum Domini 1400.

MSCZYSLAUS, abbas Thinicziensis, erat circa annum Domini 1402. sub tempore Vladislai Lithvani Secundi, Poloniae regis et Petri episcopi Cracoviensis.

BOGDALUS, genere nobilis, de domo Szarza, coepit anno Domini 1430. sub tempore Vladislai Tertii Poloniae regis.

MATTHIAS de SKAWINA, abbas Thincziensis coepit 1448 sub tempore Casimiri Tertii Poloniae regis, et Zbignei cardinalis et episcopi Cracoviensis.

ANDREAS OSSKA, nobilis de domo Rawa, coepit anno Domini 1477. tempore Casimiri Tertii Poloniae regis, et Johannis Rzeschowsky episcopi Cracoviensis.

Monasterium Sclavonicum Sancti Benedicti in Cleparz oppido ante Cracoviam situm.

Sempiternum memoriale, quo clementia Redemptoris genus Sclavonicum extulit, et mirifice honoravit, donando illi gratiam specialem, ut omnia sacra officia et res divinae, tam nocturnae quam diurnae, ipsa quoque sacrarum missarum arcana idiomate illo possent celebrari, quod nemini alteri lingvario praeterquam graeco-latino et hebraeo videmus contigisse, quorum excellentiae etiam bonitas divina Sclavonicum aequavit, Vladislaus Secundus Poloniae rex, cum consorte sua Hedvigi foemina devota et nobilissima, volentes etiam in regnum Poloniae diffundere, incitati exemplari simili, quod in civitate Pragensi habetur monasterium Sclavorum ordinis Sancti Benedicti, et sub eius regulari observantia duraturum, sub honore et titulo

Sanctae Crucis extra muros Cracovienses, in oppido Cleparz, non longe a fluvio Rudawa, sub pontificatu Petri Wysch episcopi Cracoviensis, anno Domini 1390, feria quinta post festum Sancti Jacobi apostoli, fundant, condunt et dotant, et pulcherrimo muro latericio circuitum ecclesiae, tam chori quam corporis, opere sumptuoso et magnifico designant, chorumque eiusdem ecclesiae cum sacristia perficiunt et consumunt, corporis vero fundamenta solum iaciunt, quemadmodum usque ad praesentem diem id coram cernere licet, et domum pro monasterio ligneam cum horto construunt, fratresque ex monasterio Pragensi sumptos, in illam introducunt, dantes eis pro dote, quamvis tenui, viginti marcas singulis annis, de censibus et proventibus thelonei Cracoviensis, a quibus usque ad mea tempora, et sub meis oculis, ecclesia illa Sanctae Crucis et in re divina, et in matutinis chorisque canonicis, caeterisque cerimoniis ecclesiasticis sonoro cantu et lectione in idiomate Sclavonico, et per monachos fratresque Sancti Benedicti et officiabatur et administrabatur. Deliberaverat autem illustrissimus Vladislaus Poloniae rex, cum sua nobilissima consorte Hedvigi monasterio et loco illi dare amplam dotem, quae triginta monachos praeter alios familiares et servitores sustentare potuisset, deliberaverat etiam et monasterium cum suis omnibus cellis et officinis latericio muro fabricare, sed interim regina clarissima Hedvigis sorte fatali abstracta est, qua obeunte, omnis ardor, ad quem illum stimulo suo regina Hedvigis concitabat, extinctus est, et omne opus usque ad diem hanc, omnisque fabrica ecclesiae et monasterii intermissa; pro verificatione autem praesentium, copiam privilegii regii inserimus; ob defectum autem monachorum, qui in Sclavonico ecclesiam illam administrarent, de ordine Sancti Benedicti, sacerdos saecularis dominus Georgius Lithvos illam regit et administrat nunc, non sine scandalo et iniuria dotatorum. Tenor autem privilegii regii talis est:

VLADISLAUS Dei gratia rex Poloniae, magnus dux Lithvaniae, princeps supremus et haeres Russiae etc. Notitiam praesentium habituris, praesentibus et futuris significamus quibus expedit universis, quia sincerae devotionis zelo accensi, diem extremum iudicii cupientes operibus misericordiae praevenire, et indubitatae salutis nobis compendia procurare immarcescibiles fiducialiter reponimus, quaecumque pro honore sacrarum aedum in augmento cultus divinum liberaliter erogamus, oratorio, quod pro principio et fundamento claustri monasterii Sclavorum fratrum ordinis Sancti Benedicti fundandum decrevimus, in honorem passionis Christi Jesu dedicato, viginti marcas numeri et ponderis Polonicalium, quadraginta octo grossos pro marca qualibet computando, de theloneis nostris quolibet anno assignavimus, et tenore praesentium assignamus. Cui quidem oratorio ad praesens devotus

Venceslaus frater ordinis Sancti Benedicti Sclavorum, qui nobis probitate extat morum commendabilis debet praeesse, et easdem pecunias tollere tamdiu, quousque monasterium seu claustrum pro fratribus Sclavis ordinis Sancti Benedicti praedicti, ibidem erectum fuerit proventibus uberioribus dotatum et ditatum. Vobis igitur civibus Cracoviensibus seu theloneatoribus, qui pro tempore fueritis damus firmis nostris regalibus in mandatis, quatenus eidem fratri Venceslao, vel qui pro tempore fuerit in eodem oratorio instituto, quolibet anno viginti marcas de theloneis nostris, singulis quatuor temporibus per quinque marcas ad ipsius quietationem dare et assignare debeatis; praedictae namque donationis intuitu, quam ob spem retributionis perpetuae, in eodem oratorio duae missae qualibet septimana, pro salute et sanitate nostra debent legi, harum, quibus sigillum nostrum praesentibus est appensum, testimonio literarum. Datum Cracoviae, feria quinta post Sancti Jacobi Apostoli anno Domini 1390.

CALVI MONTIS

monasterium secundum ordinis Sancti Benedicti in dioecesi Cracoviensi.

Stephani Sancti Hungariae regis filius Emericus, ex Gilla, Henrici Primi Romanorum imperatoris filia susceptus, et pristinam redolens sanctitatem, uxore, quam paterno iussu, ne successio sui sangvinis absumeretur, acceperat, miro Dei amore succensus, in sororem commutata coelibem, et virgineam vitam ducens, corpus suum ab omni illecebra carnali purum servavit, servareque consortem usque in diem mortis docuit, sanctitatem et ipse ob tantae abstinentiae martyrium consequutus. Hic cum ad patruum suum et cognatum Boleslaum Poloniae regem, cognominatum Chrobri, id est animosum, tunc tamen ducem et Poloniae monarcham ex Pannoniis in Poloniam advenisset, et non parum temporis apud illum conspectum consortis devitans, absumpsisset, et Boleslaus rex Poloniae singulari illum prosequeretur amore et caritate, cum non solum affinitas sangvinis, sed et ipsa virtutum excellentia et probitas, faciebat illum Boleslao regi et suis proceribus et militibus Poloniae amabilem et generosum. Cum itaque prope oppidum Kelcze in densis saltibus venationi ambo operam navarent, contigit illos in iugum montium, qui Calvariae vocantur, ubi quondam habitatio erat famosa cyclopum, cervum fugando devenire. Illic

cum cervo omisso veterum habitationum, quae et diluvio universali, et temporum antiquitate in saxorum molem concretae visuntur, devenissent, coeperunt mirari locum in maximae arcis figuram et habitum dispositum, et singulas illius partes lustrare, vir Dei Emericus Spiritu divino instinctus et ut aliquorum habetur assertio, visione, quae sibi per noctem in loco illo quiescenti monstrata est edoctus, congruum illum asseruit, in quo habitaculum Deo et servis eius vitam monasticam servantibus pareretur. Rogat deinde patruum et affinem suum Bolesłaum Poloniae regem, quatenus pro Dei honore et fidei orthodoxae incremento et animarum salute, coenobium illic nigrorum monachorum, anachoreticam vitam sub regula Sancti Benedicti ducentium fabricet, dotet et constituat. Cum petitioni eius Boleslaus Poloniae rex facilem et munificum dedisset assensum, ille grandi gaudio, quod voti sui compos foret exhilaratus, primum clementissimo Deo supplex et in terram procumbens egit gratias, deinde Boleslaum Poloniae regem exosculans, et pluribus laudibus efferens, bifurcatam crucem, notabilem portionem ligni Dominici continentem, modico et tenui argento parum deaurato desuper obductam, parenti suo Stephano Hungariae regi a Graecorum caesare Constantinopoli pro insigni munere transmissam, quam vir Sanctus Emericus in pectore ex donatione parentis gestare consueverat, eximit, locoque illi, quoniam ita in visione visus erat, lachrymis effusis donat. Nihil inquit, in hanc diem carius habui clenodio hoc, sed nec sum habiturus; illud tamen loco huic, ne voluntati et visioni divinae refragari viderer, dono. Boleslaus itaque rex Poloniae, cum se et regnum suum Poloniae ligno tam pretiosissimo videret insignitum, in laudationem Dei prorupit, et anno eodem videlicet 1006 monasterium Sancti Benedicti in honorem et titulum Benedictae Trinitatis, illic erigit et regiam dotem illi consignat, fratresque sub regula Beati Benedicti militaturos illuc introducit, ecclesiam quoque sub honore et titulo Sanctae Trinitatis et Sanctae Crucis a fundamentis initians, Graecorum more ex sectis et quadratis lapidibus, quam et in hanc diem cernimus, fabricat et consummat, locans et recondens in ea pretiosissimum lignum Dominicum, per Beatum virum Emericum largitum. Cuius monasterii conditio et qualitas in aetatem usque praesentem videlicet 1475 annum perdurans, longaevam eius testatur annositatem. In monasterium autem praefatum Calvi montis Sanctae Crucis, Vislaus comes aliquas contulit patrimonii sui villas et haereditates, quem ex nobilitate et domo Zabawa ferunt exortum. Contulerunt et alii milites et proceres regni Poloniae suas haereditates, facultates et patrimonia, fervore fidei et devotionis illecti. Contulit et Poppo Cracoviensis archiepiscopus, loco eidem in processu annorum, plures mensae suae episcopalis inferius describendas decimas manipulares, et locus ipse sub brevi temporis

spatio nobiliter fuit et dotatus et insignitus; ad populandum autem novae fundationis coenobium, ad abbatem montis Cassini per Boleslaum Poloniae regem recursus habitus est, et per nuntios speciales illic a rege missos, duodecim fratres ex coenobio Cassiniensi, omnes genere natione et lingva Italici, Poloniae regi Boleslao transmissi, et ab illo benignitate regia suscepti, et in monasterio Calvariensis coenobii collocati. A quo tempore fere usque ad nostram aetatem, in fratrum decedentium supplementum, novi fratres ad monasterium Sanctae Crucis Calvi montis ex monte Cassino Poloniam mittebantur. In novissimis tandem diebus, veteri observantia abolita, Polonicae gentis homines coenobium illud et administrare coeperunt et incolere, quod et hactenus regit religiosa observantia magister Michael de Lyppye, vir sagax et eruditus, qui et lignum Dominicum de argenteo in fulvi auri vasculum transposuit, et cuius providentia monasterium illud notabilia accepit, intra et foris incrementa, eo uno vel maxime inter omnia regni Poloniae omnium ordinum monasteria nobilitatum, quod et vetustum et primum inter omnia sit, in arduis et petrosis alpibus situm, pretiosissimo ut praemisimus vivificae Crucis ligno celebre, et multitudine ad illud adorandum et quotannis et quot diebus utriusque sexus populi confluentia famosum. Quod Vladislaus Secundus Poloniae rex tam scrupulosa veneratione coluit, ut ad nullam expeditionem transiverit, nisi loco per prius pedestri itinere visitato. Cui et filius suus Casimirus Tertius Poloniae rex patris devotionem expressurus ecclesiam parochialem in oppido regio Wawelnicza, satis ventrosam, cum omnibus eius proventibus consensit annecti et incorporari. Cuius quidem monasterii hi extant redditus et introitus, haecque substantia, decimaeque atque villae.

Monasterium autem praefatum Calvi montis clarissimus rex Poloniae Vladislaus Secundus natione Lithvanus, ad supplicem instantiam Nicolai Droszdek eiusdem monasterii tunc abbatis, et sui regii praedicatoris et confessoris, a *podwodis* statione, laboribus curiarum regalium, a solutione frumentorum, a solutione *poradlne* et ab omnibus ducturis, angariis, perpetuo exemit absolvit et per literas patentes libertat.

Monasterium Calvi montis Sanctae Crucis.

In monte arduo et nemoroso Calvariae situm est, ex quo in omnem regionem circumvicinam spatiosus et extensus et qui oculis non potest terminari, habetur prospectus. Monasterii autem praefati vetus ecclesia, opere vetusto et graeco ex petra, fabricata et murata fuit opere humili et basso per Boleslaum Chrabri primum Poloniae regem, et per Vladislaum Secundum Poloniae regem pictura graeca exornata, quae hodie habetur

pro eiusdem ecclesiae corpore. Anterior autem pars eiusdem ecclesiae, sive chorus, muratus est per Casimirum Secundum Poloniae regem, cum sacristia et stubis et caminatis et cellis, caeterisque illius monasterii officinis; chorum autem praefatum Sbigneus Cardinalis et episcopus Cracoviensis testudinari disposuit. In parte autem septentrionali veteris ecclesiae est capella, sacristiae faciem praeferens, in qua reconditum est pretiosum lignum Dominicum. Sub nostra autem aetate Johannes filius Pelcze de Gory de domo Janina clericus, occiso nocte sacristiano converso, calices plures et clenodia furatus fugiens, in amentiam et letariam versus, et universam sylvam quasi compactam existimans, effugere non potuit, sed captus et per praefatum Sbigneum cardinalem et episcopum Cracoviensem in Bodzanczin carceri traditus illic expiravit.

Tabernae. Iuxta monasterium in monte sita est taberna, non habens aliquos agros, magis ut advenientes habeant diversoria, quam pro necessitate et utilitate ecclesiae, et solvit duas marcas; alia insuper taberna sub monte habens agros versus Bodzanczin, solvit etiam duas marcas.

Slup Nova, oppidum habens in se ecclesiam parochialem ligneam S. Laurentii, cuius proprietas et dominium ad monasterium Calvi montis Sanctae Crucis pertinet. In quo sunt indistincti lanei oppidanorum et inaequaliter solvunt, iuxta quantitatem agrorum, de quibus nonnisi duae marcae minus octo grossis, pro censu annis singulis monasterio proveniunt. Item sunt quinquaginta et octo domus integrae, et quaelibet solvit monasterio unum fertonem, et proveniunt quatuordecim marcae cum media. Item omnes agri oppidanorum solvunt decimam manipularem, et conducunt eam pro monasterio Sanctae Crucis Calvi Montis et valor eius aestimatur ad duas marcas pro duabus partibus; pro tertia autem parte pertinet ad ecclesiam parochialem in ibidem Slup Nova et valor eius aestimatur ad unam sexagenam. Item in eodem oppido est curia coenobialis et praedium, de cuius agris nulli solvitur decima, sed eam monasterium Calvi Montis Sanctae Crucis pro se tollit et in horreum suum inducit. Item iuxta curiam est duplex molendinum coenobiale quod utrumque solvit metretas, et duae piscinae parvae, et tertium molendinum ventosum. Item pomarium optimum iuxta curiam, coenobiale diversis arboribus refertum, et sunt ibi plus quam quingentae arbores pirorum et pomorum frugiferae. Confinat cum Lyechow, Byelyny, Dambno, Jeszorko, Antiqua Slup, Milanow.

Balneum in oppido Slup, quod pro annuo censu solvit monasterio duas marcas, et eius inhabitator tenetur pro qualibet necessitate fratrum ire solus aut mittere, et in balneo coenobiali in Calvo Monte singulorum fratrum singulas necessitates explere.

Slup Antiqua, villa habens in se ecclesiam Sancti Vincentii matricem, sub parochia Novae Slup sitam, cuius proprietas ad monasterium Sanctae Crucis pertinet. In qua sunt sedecim cum medio lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu unum fertonem et pro *poradlne* quatuor grossos monasterio, item ova triginta, gallos duos, item caseos; item quilibet laborat unum diem in septimana proprio curru aut aratro et *powabam* utramque laborant, serendo de grano proprio unam mensuram siliginis, et duas avenae confertas. Item tabernae duae monasterii habentes agros, una solvit sexagenam, altera fertonem, item hortulaniae sex habentes agros, item praedium coenobiale amplum, de cuius agris nulli dat decimam, sed eam pro se tollit; item non omnes agri sed aliqui, nam pro medietate villae, solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem, et agri tabernatorum et hortulaniarum pro ecclesia parochiali in Nova Slup, et valor eius aestimatur ad sex marcas de aliquibus pro monasterio, et aestimatur etiam ad sex marcas. Item molendinum ibi unum, habens unum laneum agrorum, et solvit duas sexagenas, et de eodem molendino et agris eiusdem solvitur decima manipularis plebano in Slup. Item secundum molendinum in piscina, et solvit quatuor marcas. Item tertium molendinum in piscina, et serrat asseres, et solvit duas marcas; ex omnibus tamen tribus praefatis molendinis, omnes mensurae et omnia emolumenta de braseis, cedunt monasterio. Confinat cum Grzegorzowicze, Welsznow, Gyelyenyow, Czansthkow.

Boleszyn, villa sub parochia de Wasznyow sita. In qua sunt undecim lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu unam marcam, et pro *poradlne* quatuor grossos, item ova triginta, gallos duos, item caseos; item quilibet laborat a festo Christi ad Johannis Baptistae, unum diem et ab inde ad festum Christi duos dies proprio curru aut aratro. Item tabernae duae habentes agros, quaelibet solvit unam sexagenam et octo grossos, item hortulaniae, item praedium est ibi optimum, de quo nulli solvit decimam, sed eam pro se tollit. Item de omnibus agris villae solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro monasterio Sanctae Crucis, et valor eius aestimatur ad quindecim marcas. Item sunt ibi tres piscinae coenobiales minores, et quarta maior, in qua est molendinum, et solvit ..... Confinat cum Nosszow, Kotharszyn, Koprzywnicza, Wyelyeborowicze, Czyaszow, Janin, Pankoslawicze.

Yrzmanczowicze, villa sub parochia ecclesiae de Manina sita, cuius proprietas ad monasterium Sanctae Crucis pertinet. In qua quondam erant lanei cmethonales, sed fere omnes depositi sunt et in praediales conversi, et habet illic monasterium Sanctae Crucis praedium extensum et optimum, et curiam bene aedificatam; ex antiquis agris praedii percipit ecclesia in

Manina, de noviter extirpatis monasterium pro se tollit. Item non sunt ibi tabernae, item non sunt hortulaniae; item agri cmethonales, quando per cmethones colebantur, solvebant et conducebant, et nunc in praediales redacti, solvunt decimam manipularem et canapalem ecclesiae parochiali in Baluthow et eius plebano, et valor eius aestimatur ad sedecim marcas. Item sunt ibi duae piscinae parvae. Pro villa Jagnyn anno Domini 1442. per Matthiam abbatem cum Zirinczsky cambita. Confinat cum Zwolya, Garbacz, Yeszow, Nagorzicze.

Janowicze, villa sub parochia ecclesiae de Manina sita, cuius proprietas ad monasterium Sanctae Crucis Calvi Montis pertinet. In qua sunt novem lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu unam marcam, item triginta ova, item duos gallos, item caseos, item quilibet laborat unum diem in septimana proprio curru aut aratro; item taberna est ibi una, habens agros, et solvit quatuor cum media marcas, item hortulaniae non sunt, non est praedium. Item de omnibus agris villae solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis in duas partes, una medietas solvitur pro ecclesia in Manina, altera pro ecclesia in Baluthow. Empta per Nicolaum Droszdek abbatem 1430 a nobili Parkosch de Zorawicze de armis Godzamba. Confinat cum Zwolya, Nyewszkurzow.

Mylanowska Wolya, villa sub parochia ecclesiae de Nova Slup, cuius proprietas ad monasterium Sanctae Crucis pertinet. In qua sunt novem lanei cmethonales, et quilibet solvit de laneo unum fertonem, et pro *poradlne* quatuor grossos, item quilibet laborat unum diem in septimana proprio curru aut aratro, item ova triginta, item gallos duos, item caseos, item tabernae duae habentes agros, et solvit una marcam unam, altera tres fertones, item hortulaniae, item praedium non est ibi coenobiale. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro monasterio S. Crucis, et valor eius aestimatur ad quinque marcas. Item molendinum non est. Item quilibet de laneo solvit pro monasterio unam siliginis et duas avenae mensuras confertas. Item omnes laborant utramque *powabam* pro vere et hyeme. Item fuit in eadem villa scoltetia, sed modernus abbas Michael eam emit et agros cmethonibus locavit. Confinat cum Slup, Podlyeszany, Pyrkow, Pyrkowska Wolya, Lagow.

Baszowicze, villa sub parochia de Nova Slup sita, cuius proprietas ad monasterium Sanctae Crucis Calvi Montis pertinet. In qua sunt septem lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu una cum *poradlne* sedecim grossos, item ova triginta, item gallos duos item caseos, item quilibet laborat diem unam in septimana proprio curru aut aratro, item taberna una habens agros, et solvit pro censu .....; item hortulaniae tres et solvit quaelibet per duos grossos et diem unum in septimana pedester

laborat, item praedium est ibi coenobiale, de cuius agris decimam nulli solvit, sed eam pro se tollit. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro monasterio Sanctae Crucis, et valor eius aestimatur ad septem marcas. Item solvunt *osszyep* pro monasterio, unam siliginis et duas avenae mensuras confertas. Item laborant *powabam* utramque, tam pro vere quam pro hyeme. Confinat cum Boschow, Byelyow, Slup, Zirzyna Wolya.

Byelow, villa sub parochia de Nova Slup sita, cuius proprietas ad monasterium Sanctae Crucis pertinet. In qua sunt quinque lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu monasterio unum fertonem, item ova triginta, item gallos duos, item caseos; item quilibet laborat diem unum in septimana, proprio curru aut aratro; item tabernae non sunt, item hortulania una habens agros, item praedium non est aliquod in villa eadem. Item de omnibus agris villae solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro ecclesia parochiali in Szwyanthamarza, et valor eius aestimatur ad quinque marcas. Item ratione *osszyep* solvit quilibet duos choros siliginis et tres avenae confertos. Item utramque *powabam* laborant pro vere et hyeme. Item ibidem quatuor piscinae monasterii, una dicitur Nalanszny, alia Orzeszny, tertia Forzstkonis, quarta, in qua est molendinum, quod solvit monasterio quatuor marcas et molit sine mensura omnia frumenta monasterii. Confinat cum Jeszorko, Boschow, Baszowicze, Slup.

Hanc villam Bartholomaeus Boschowsky nobilis de armis Byelaw, cum esset orbus, donatione perpetua donavit monasterio Sanctae Crucis Calvi Montis in remedium animae suae anno Domini 14 . .

Myroczicze, villa sub parochia de Nova Slup sita, cuius proprietas ad monasterium Sanctae Crucis pertinet. In qua sunt sex lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu fertonem et pro *poradlne* quatuor grossos, item ova triginta, item gallos duos, item caseos, item quilibet laborat unum diem in septimana proprio curru aut aratro; item tabernae, item hortulaniae duae, et quaelibet solvit duos grossos et unum diem in septimana pedester laborat; item praedium non est, item *powabam* utramque laborat, item *osszyep* solvit, unam siliginis duas avenae mensuras confertas. Item agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem, pro monasterio Sanctae Crucis, et valor eius aestimatur ad sex marcas. Confinat cum Jeszorko, Baszowicze, Boschow.

Lyenarthow mosth, villa sub parochia ecclesiae de . . . . . sita. In qua sunt . . . . .; item sunt ibi duae optimae piscinae in flumine Kamyona, foecundae in piscibus, et in una earum est fabrica ferri, et solvit mona-

sterio ..... Item post agros cmethonales solvitur decima manipularis episcopo Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad mediam marcam.

Myleowycze, villa sub parochia de Manina sita, cuius villae maior medietas ad monasterium Sanctae Crucis pertinet. In qua medietate sunt tres lanei cmethonales, et quilibet solvit de laneo mediam sexagenam, item quilibet laborat unum diem in septimana, proprio curru aut aratro, item triginta ova, item gallos duos, item caseos, item taberna una monasterii habens agros, et solvit pro censu unam marcam et unum grossum, item hortulaniae non sunt. Item decima ibi manipularis episcopi Cracoviensis, item praedium non est. Item molendinum monasterii cum piscina, et solvit unam sexagenam. Item alteram medietatem maiorem villae habent Nicolaus et Petrus nobiles de domo Jastrzambczy. Hanc villam et eius tres partes emit Matthias abbas pro monasterio a Zirniczsky et Boguslawsky. Confinat cum Rostowicze, Nagorzycze, Withoslawicze, Craszkow, Janowicze.

Craszkow, villa sub parochia de Manina sita, cuius proprietas ad monasterium Sanctae Crucis pertinet. In qua sunt octo cum medio lanei cmethonales et solvit quilibet fertonem et pro *poradlne* quatuor grossi item quilibet laborat duos dies in septimana proprio curru aut aratro, item ova triginta, item gallos duos, item caseos, item taberna una habens agros, et solvit pro censu duas marcas; item hortulani, item praedium est coenobiale bonum, de cuius agris non solvitur alicui decima, sed eam monasterium pro se tollit. Item de agris cmethonalibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro monasterio Sanctae Crucis Calvi Montis, et valor eius aestimatur ad duodecim marcas. Item est in eadem villa cmethonalis laneus unus, qui proprietate sua pertinet ad episcopum Lubuczensem, et de cuius agris solvitur decima manipularis episcopo Lubuczensi, et una marca pro censu. Item unum pomarium est ibi episcopale Lubuczense. Item una hortulania episcopi Lubuczensis, et solvit ...... Item est ibi una sylva pertinens ad episcopum Lubuczensem. Confinat cum Truszkolyaszy, Janowicze, Mileyowicze, et Pirkow et aliis villis ad Pyrkow pertinentibus.

Modlybozycze, villa habens in se parochialem ecclesiam Sancto Benedicto dicatam, per magistrum Bartholomaeum de Oppathow lapideo muro fabricatam. In qua sunt octo cum medio lanei cmethonales et quilibet solvit pro censu unam marcam minus quatuor grossis, item gallos duos, item ova triginta, item caseos; item quilibet laborat diem unum in septimana, proprio curru aut aratro, item ducturas faciunt ordinarie, item tabernae tres habentes agros, quaelibet solvit duas marcas et unum fertonem; item hortulaniae tres habentes agros; item piscina in medio villae, item stagnum,

item molendinum quod solvit ...., item est praedium coenobiale, de cuius agris aliquibus solvitur decima pro ecclesia in Modlibozicze, de aliquibus eam monasterium pro se tollit; videlicet de noviter extirpatis. Item omnes agri cmethonum solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro ecclesia ibidem in Modliboszycze et pro plebano eiusdem, et valor eius aestimatur ad octo marcas. Item ecclesia parochialis habet ibi speciales agros, cuius unicus collator et patronus est abbas cum conventu Sanctae Crucis, et partem eiusdem iurispatronatus habet haeres in Golyschicze. Item plebanus et ecclesia habuit ibi unam tabernam tertiam cum agris, sed cambivit eam, dans illam monasterio Sanctae Crucis, pro alveo et pratis ad parandum piscinam. Confinat cum Goliszicze, Bratkow, Rudniky, Pyskrzin, Zirniky, Ozamblow.

Coprzywyanka, villa sub parochia ecclesiae de Antiqua Slup sita, cuius proprietas et dominium ad monasterium Calvi Montis Sanctae Crucis pertinet. In qua sunt sex lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu viginti grossos, et pro *poradlne* quatuor grossos, item ova triginta, item gallos duos; duos item caseos; item laborat quilibet in septimana unum diem, proprio curru aut aratro, item tabernae, item hortulani, item est ibi unum coenobiale praedium, de cuius agris solvitur decima manipularis; item est ibi molendinum in flumine Koprzywyanka et solvit monasterio unam sexagenam. Item de omnibus agris cmethonum solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis in duas partes, una enim pars villae media solvit decimam ecclesiae parochiali in Bodzanczin, altera medietas solvit eam ecclesiae parochiali in Crampa. Confinat cum Antiqua Slup, Czanstkow, Wlochy. Hanc villam Koprzywyanka Mathias tunc abbas cambivit cum nobilibus Stanislao et fratribus de Koprzywyanka dictis Stachyrky, dando eis villam monasterii Wylanycze decima manipulari praediali sibi et suo monasterio reservata.

Rzepyn, villa cuius medietas una sub parochia ecclesiae de Pawlow, et altera medietas de Szwyanthomarza sitae sunt. In qua sunt undecim cum medio lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu viginti et pro *poradlne* quatuor grossos, item ova triginta, item gallos duos, item caseos duos; item est ibi molendinum in piscina et fluvio Szwyslina et solvit metretas; item quilibet laborat diem in septimana proprio curru aut aratro, et unam siliginis et duas avenae mensuras confertas solvit; item *powabam* utramque laborat. Item sunt ibi duae tabernae habentes agros, et solvit una sedecim scottos, alia quae vocatur in Zawada fertonem. Item sunt ibi duae hortulaniae habentes agros, et quaelibet solvit pro censu ..... Item est ibi unicum praedium coenobiale, ad tres laneos aestimatum et curia optime per magistrum Michaelem aedificata, et de agris praedialibus solvitur decima

manipularis ecclesiae parochiali in Pawlow. Item omnes agri cmethonales, tabernarum et hortulaniarum solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem, praeposituraе Kyelczensi, et valor eius aestimatur ad duodecim marcas. Confinat cum Szwyslina, Rathkowycze, Zawada, Dambrowa, Páwlow, Warszow, Jadowniky.

Rzepynek, villa sub parochia de Swyanthomarza sita, ad monasterium Sanctae Crucis pertinens. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, et solvit pro censu et pro *poradlne* unam marcam, item ova triginta, item gallos duos, item caseos duos; item non sunt tabernae neque hortulaniae, neque praedium; item quilibet unum diem in septimana laborat curru aut aratro; item decima de agris cmethonum manipularis et canapalis pro praepositura Kelczensi. Valor sex marcas. Confinat cum eisdem villis, cum quibus et Rzepin.

Worowycze, villa sub parochia de Manina sita, cuius proprietas maior pertinet ad episcopum Lubuczensem, et sunt in ea quinque lanei pertinentes ad episcopum Lubuczensem, et duae hortulaniae et decima manipularis, et de omnibus solvitur et conducitur decima in Manina, et valor eius aestimatur ad sex marcas. Item est ibi unus laneus, cuius proprietas pertinet ad monasterium Sanctae Crucis Calvi Montis, et solvit pro censu unam cum media marcam et quatuor grossos. Item ex agris eiusdem lanei solvitur decima manipularis monasterio Sanctae Crucis.

Sczegel, villa sub parochia ecclesiae de Manina sita, cuius proprietas pro aliquali parte ad monasterium Sanctae Crucis pertinet. Habet enim ibi monasterium Sanctae Crucis duas tabernas habentes agros, et solvunt pro censu monasterio duas cum media marcas et quatuor grossos; et decima manipularis ecclesiae in Manina. Item episcopatus Lubuczensis habet ibi unam tabernam, quae solvit pro censu unam sexagenam, et decimam pro episcopo Cracoviensi.

Woyslaw, villa in sylvis prope Myelyecz, et sub parochia ecclesiae de Zochow sita, cuius proprietas olim ad monasterium Calvi Montis Sanctae Crucis pertinebat cum omni iure; sed Michael abbas cambivit eam pro villa Pawlow, inferius describenda, et Johanni Skrzanthka de domo Godzamba ducentas marcas in vim commutationis addidit.

Pawlow, villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam, prope Bodzanczin sita, quam Michael abbas ut praemisimus pro villa monasterii sui Woyslaw, meliorem conditionem sui monasterii effecturus, cum nobili Johanne Skrzanthka nobili de domo Godzamba cambivit, et monasterio Sanctae Crucis anno Domini 1471. appropriavit. In qua sunt decem lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu unam marcam et pro *poradlne*..., item triginta ova, gallos duos, caseos duos; item laborat quilibet

diem in septimana proprio curru aut aratro; item tabernae duae habentes agros et solvit una mediam alteram marcam et sex grossos, et altera duas marcas, item hortulaniae tres habentes agros. Item est in eadem villa curia coenobialis et praedium, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae in Pawlow. Item omnes agri cmethonales solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem ecclesiae ibidem in Pawlow, cuius valor aestimatur ad decem marcas. Confinat cum Zapnyow, Dambrowa, Chibicze, Koprzywnicza, Warszow, Rzepin, Bukowa.

Mnyszek, villa habens in se ecclesiam parochialem ligneam, cuius proprietas et integrum dominium, una cum decima villae, ad monasterium Sanctae Crucis Calvi Montis, et unus ex fratribus monasterii, per abbatem et conventum praesentatus, praeposituram et ecclesiam in Mnyszek habebat in titulum et in administrationem. Magister autem Michael abbas Sanctae Crucis dedit monasterio Wanchocziensi praefatam villam Mnysszek, et recepit a Nicolao Rzyga, tunc abbati et conventu Wanchocziensi, villam Yesszow cum decima villae sibi viciniorem, cuius subnectimus descriptionem.

Gyezow, villa pro Mnyszek cambita, et sub parochia de Wasznyow sita. In qua sunt octo lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu mediam marcam, item ova triginta, item gallos duos, item caseos, item quilibet laborat unum diem in septimana proprio curru aut aratro, item tabernae non sunt, non sunt hortulaniae, item quilibet pro *poradlne* solvit quatuor grossos monasterio. Item de omnibus agris villae cmethonalibus solvitur et conducitur decima manipularis pro monasterio Calvi Montis, et valor eius ad duodecim marcas. Item non est ibi praedium aliquod in praedicta villa. Item duae piscinae in villa eadem. Item molendinum non est. Item est ibi laneus unus novus militaris Johannis Nagorsky, qui solvit decimam monasterio Calvi Montis. Confinat cum Zwolya, Cowalkowicze, Mirogonyowicze, Nagorzicze, Wilkoczin et Zwolya.

Prawyaczyn, villa sub parochia ecclesiae de Kunow sita, quae est militaris; sed Catherina relicta olim Thomae de domo Roszae dicti Kalsky de Prawanczyn, genere nobilis Morawa, proprietatem quingentarum marcarum latorum grossorum monasterio Sanctae Crucis in eleemosynam donavit in ea, et coram iudicio terrestri inscripsit. In qua sunt sex lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu mediam marcam et pro *poradlne* regi duos grossos, item ova triginta, item gallos duos, item caseos; item laborat quilibet diem in septimana proprio curru aut aratro; item tabernae sunt ibi quatuor, habentes agros, et solvunt omnes tres marcas minus quatuor grossis; item hortulaniae. Item de tabernarum agris et de agris omnium cmethonum, solvitur et conducitur in horreum plebani de Kunow

decima manipularis et canapalis, cuius valor aestimatur ad triginta marcas. Item est ibi praedium, de cuius agris solvitur decima ecclesiae in Gelszow et habet haeres villae partem iurispatronatus ecclesiae praefatae in Gelszow; item quilibet de laneo solvit unam mensuram siliginis et quatuor choros avenae confertos. Confinat cum Kunow, Wiry, Doly, Nosszow, Cotharszyn, Choczimow.

Dzurow alias Zaborzyn, villa sub parochia ecclesiae de Pawlow sita, quae villa erat militaris; sed magister Michael abbas et conventus emit illam anno Domini 1474, apud Stanislaum et Nicolaum de Schydlowyecz de armis Odrowansch, pro centum triginta marcis, de consensu Casimiri Tertii Poloniae regis, propter ripam habendam, et in anno sequenti fabricavit in ea optimam piscinam in flumine Kamyonna, foecundam in piscibus et proprietatem villae in multis excedentem; in qua sunt sex lanei cmethonales, et quilibet pro censu solvit unum fertonem; item tabernae non sunt, neque hortulaniae, item mellificia sunt. Item cmethones non faciunt aliquos labores, nisi diem pedestres unum in septimana laborant. Item omnes agri cmethonales solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem, praepositurae Kelczensi, et valor eius aestimatur ad duas marcas. Item est in eadem villa praedium unum, de cuius agris solvitur decima manipularis in oppido Szydlowyecz. Confinat cum Dambrowa, Warszow, Rzepin, Rzepinek, Lenarthow mosth.

Konyemlothy, villa habens in se ecclesiam parochialem ligneam, Assumptioni Sanctae Mariae dicatam, proprietas autem villae et iuspatronatus ecclesiae ad monasterium Calvi Montis Sanctae Crucis pertinet. In qua sunt duodecim lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu unam sexagenam, item tabernae duae habentes agros, et quaelibet solvit pro censu mediam marcam. Item hortulania una habens agros, solvit unum fertonem, et unum diem pedester in septimana laborat; item ova viginti, caseos duos, gallos . . . Item plebanus in Konyemloty habet villae praefatae . . .; item praedium est ibi coenobiale bonum, de cuius agris solvitur decima ecclesiae in Konyemlothy; item in borris sunt mellificia, de quibus cmethones solvunt monasterio duas urnas mellis. Item laborant quilibet de laneo quatuor dies in praedio proprio arando aratro, quatuor dies metendo, quatuor prata cum villis Szwanczycza et Thuklancz falcastrando, colligendo et in horreum inducendo. Item cmethonales agri omnes solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem, pro ecclesia parochiali ibidem in Konyemlothy, cuius valor aestimatur ad quindecim marcas. Item cmethones sal ex Konyemlothy in Slup ducere tenentur. Confinat cum Swichow, Grzybow, Lenarthowicze, Crczonowicze.

Szwyaczycza, villa sub parochia ecclesiae de Konyemlothy sita,

cuius proprietas ad monasterium Calvi Montis Sanctae Crucis. In qua sunt undecim lanei cmethonales, et quilibet solvit unam sexagenam, item ova triginta, item gallos duos, item caseos; item laborant quatuor tantummodo dies aratura, et in messe falce, metendo quatuor dies, quatuor prata falcastrant cum villanis Konyemlothy et Tuklancz et in horreum collecta inducunt; item taberna, item hortulaniae tres habentes agros, et quilibet solvit mediam marcam. Item praedium non est aliquod. Item post omnes agros cmethonum solvitur et inducitur decima manipularis et canapalis, pro ecclesia in Konyemlothy, et valor eius aestimatur ad decem marcas. Item cmethones tenentur propriis curribus in Konyemlothy depositum ducere in Slup, quotiescumque est necesse. Confinat cum Rithwyani, Swichow, Swichowyecz, Crzczonowycze, Grzybow, Syedlyecz.

Thuklancz, villa sub parochia ecclesiae de Konyemlothy sita, cuius proprietas ad monasterium Sanctae Crucis pertinet. In qua sunt octo lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu unam marcam, item ova triginta, gallos duos, caseos ...; item laborant quatuor tantummodo dies aratura, et metunt quatuor dies falce, et quatuor prata cum villis Konyemlothy et Swaczycza falcastrant, colligunt et in horreum inducunt; item taberna una, de qua solvitur unus ferto; item hortulaniae, item *osszyep;* item praedium non est in eadem villa, neque molendinum. Item sal ex Konyemlothy in Slup pro omni necessitate deducunt. Item post omnes agros cmethonum et villae solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro ecclesia in Konyemlothy, et valor eius aestimatur ad octo marcas. Confinat cum Swichow, Swychowyecz, Rithwyani, Crzczonowicze, Grzybow, Syedlyecz.

Notandum, quod inter omnes praefatas tres villas, Konyemlothy, Swyanczycza et Tuklancz ab una, et castrum Rithwyani et bona eius, fluvius Czarna medius decurrens limites, et una ripa ad monasterium pertinet, altera ad castrum.

Pyotrzeowycze, villa sub parochia de Luborzicza sita, cuius proprietas et dominium ad monasterium Sanctae Crucis Calvi Montis pertinet. In qua sunt octo lanei cmethonales et quilibet solvit pro censu unam cum media marcam, et pro *poradlne* quatuor grossos monasterio, item taberna una habens agros, et solvit tres marcas; item hortulaniae tres habentes agros, et quaelibet solvit unum fertonem et unum diem in septimana pedester laborat; item ova triginta, gallos duos, item caseos; item quilibet laborat diem unum in septimana, proprio curru aut aratro. Item de omnibus agris, solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia parochiali in Luborzicza, et valor eius aestimatur ad viginti quatuor

marcas. Item praedium ibi coenobiale et curia, de cuius agris solvunt decimam manipularem ecclesiae parochiali in Luborzicza. Item *gay*, qui dicitur Birkowsky, tertia pars pertinet ad villam praefatam. Confinat cum Luborzicza, Wolya Luborziczska, Byrkow, Karnyow, Koszmirow.

PRZESZWODY, villa sub parochia ecclesiae de Kosczyelyecz sita, cuius proprietas ad monasteri m Calvi Montis Sanctae Crucis pertinet. In qua sunt novem lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu unam cum media marcam, pro *poradlne* quatuor grossos, item ova triginta, item gallos duos, item caseos; item quilibet laborat, item est ibi una taberna, habens agros, et solvit pro censu unam cum media marcam. Item est ibi hortulania una habens agros, et solvit mediam marcam. Item est ibi unum praedium coenobiale, quod nulli solvit decimam manipularem, sed eam pro se tollit. Item omnes agri cmethonales et tabernae solvunt decimam canapalem et conducunt, pro archidiacono Cracoviensi; et valor eius aestimatur ad sedecim marcas. Confinat cum Koszczyelyecz, Swiradzicze, Pyekary, Gorka, Sthognyewicze, Poszilow.

WOLYA BOSTOWSKA, villa sub parochia de Nova Slup sita, cuius proprietas ad monasterium Sanctae Crucis pertinet. In qua sunt quatuor lanei, vel potius agri cmethonales, ex quibus primus solvit decem grossos, duo medii per unum fertonem, quartus sex grossos; item quilibet laborat in septimana unum diem, proprio curru aut aratro; item *powabam* utramque laborant, seminando de proprio unum chorum siliginis et duos avenae, et seminata metendo et conducendo usque in horreum. Item cmethones villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem, pro monasterio Sanctae Crucis, et valor eius aestimatur ad unam marcam. Item praedium non est, item tabernae non sunt, item hortulaniae non sunt; item ova, item gallos, item caseos. Confinat cum Lompno, Grabkow, Bosthow, Szosznowka.

BRACZEYOWICZE, villa sub parochia ecclesiae de Solecz oppido, in insula, quam Vistulus divisis undis effecit, sita. In qua sunt novem lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu octo grossos, item ova quindecim; item caseos non solvunt; item per unum gallum; item laborant in qualibet hebdomada pedester quilibet, et in quindecim diebus curru aut aratro; item taberna una habens agros et prata, et solvit mediam marcam pro censu, item hortulaniae non sunt. Item foventur ibi greges equorum, pecorum et pecudum; pascua enim illic habentur foecunda. Item *osszyep* non solvunt, item *powabam* non laborant. Item est ibi praedium coenobiale, de cuius agris nulli solvitur decima, sed eam monasterium pro se tollit. Item lacus, quos Visla effecit, qui arendantur annis singulis pro certa pecuniae quantitate.

Item omnes agri cmethonum solvunt et conducunt decimam manipularem pro monasterio Calvi Montis Sanctae Crucis, cuius valor aestimatur ad tres marcas. Confinat cum Jarnolthowicze, Zakrzow.

Zakrzow, villa sub parochia ecclesiae de Chotecz in insula sita, cuius proprietas ad monasterium Sanctae Crucis Calvi Montis pertinet. In qua sunt septem lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu sedecim grossos, item ova triginta, item gallos duos, item caseum unum, item taberna non est, item hortulania una grossos solvit decem, item *osszyep* non solvunt; item praedium non est; item quilibet de laneo solvit unum chorum humuli. Item post omnes agros cmethonum solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis monasterio Calvi Montis Sanctae Crucis, et valor eius aestimatur ad unam marcam. Item quilibet laborat diem unum proprio curru aut aratro, item *powabam* non laborant. Confinat cum Braczeowicze, Jarnolthowicze, Gosthcza, Wrzelow.

Gosszcza, villa sub parochia ecclesiae de Solyecz, cuius proprietas ad monasterium Sanctae Crucis Calvi Montis pertinet. In qua sunt octo lanei cmethonales, et quilibet solvit mediam marcam, item ova triginta; item gallos duos, item caseum unum; item laborant quilibet diem unum in septimana, proprio curru aut aratro; item taberna una habens agros, solvit mediam marcam; item hortulaniae non sunt; item *powabam* utramque laborant duobus falcibus, et falcastrant uno falcastro; item *osszyep* non solvunt. Item post omnes agros cmethonum solvitur decima manipularis et canapalis monasterio Sanctae Crucis Calvi Montis, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Item est ibi unus campus praedialis, de quo solvitur decima ecclesiae in Solyecz. Item habentur ibi lacus, quos Visla efficit, qui arendantur pro certa pecuniae quantitate. Item est ibi obstaculum sepium spem habens in Visla, quo capiuntur plurimi pisces. Confinat cum Jarnolthowycze, Zakrzow, Braczeyowicze.

Bogyska, villa sub parochia ecclesiae de Solyecz sita, cuius proprietas et dominium ad monasterium Calvi Montis Sanctae Crucis pertinet. In qua sunt septem lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu decem et octo grossos, item ova triginta, item gallos duos, item caseum unum; item laborant unum diem in septimana, proprio curru aut aratro; item taberna una habens agros, solvit decem et octo grossos et nihil laborat; item hortulaniae non sunt, item praedium non est, item *osszyep* non solvunt; item *powabam* utramque laborant duobus falcibus, et duo falcastro. Item de omnibus agris villae solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Confinat cum Byalebrzegi, Wolya, Solyecz.

GLODNO, villa sub parochia ecclesiae de Pyotrawin sita, cuius proprietas et dominium ad monasterium Calvi Montis Sanctae Crucis pertinet. In qua sunt undecim lanei cmethonales et quilibet solvit pro censu sex grossos, item ova quindecim, item gallum unum; item caseos non solvunt; item laborant diem unum in hebdomada pedestres et in quindecim diebus, curru aut aratro; item tabernae tres habentes agros, duae solvunt per unum fertonem, tertia octodecim grossos; item hortulaniae non sunt, item praedium non est, item est ibi lacus bonus monasterii; item *powabam* non laborant, item *osszyep* non solvunt. Item de omnibus agris solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Sanctae Crucis, et valor eius aestimatur ad duas marcas. Confinat cum Kamyen, Lyasziszka.

MYEDZWADA, villa sub parochia de Oppolye sita, in qua monasterium Sanctae Crucis Calvi Montis habet tres tabernas, habentes agros speciales, et solvit quaelibet pro censu pro monasterio mediam marcam; item non faciunt aliquos labores; item decimam manipularem solvunt de suis agris pro monasterio Sanctae Crucis, et propriis curribus conducunt, et valor eius aestimatur ad unam marcam. Item non est ibi praedium coenobiale. Item residuitas villae pertinet ad Chrobrzensky et Michowsky de armis Rawa, et locata est cmethonibus, qui solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro ecclesia parochiali in Oppolye. Confinat cum Oppolye oppido.

OSSZYEK, oppidum de prope Coprzywnicza situm, habens in se ecclesiam parochialem ligneam, Sancto Stanislao martyri et pontifici glorioso dicatam, et per Paulum Szmilowsky nobilem presbyterum de domo Ostoya, pulcherrimo opere fabricatam.

Nota, quod ad monasterium Sanctae Crucis oppidum Osszyek de antiquo pertinebat; sed per dominum Jacobum abbatem Boleslao Cracoviensi, Sandomiriensi duci, Pudico appellato, Cunegundique ducissae coniugi suae, occasione libertationis, quam idem dux monasterio Sanctae Crucis contulerat, donatum est, eo pacto, quod de zuppis in Bochnya quolibet anno, pro monasterio sal pro quinque marcis argenti perpetuo dari debuerat. Cuius littera est data Sandomiriae anno Domini 1270; quam donationem post mortem eiusdem Boleslai, Lesko nepos Pudici Boleslai de anno Domini 1286. tempore Rathyborii abbatis confirmaverat, tempore autem procedente, dictum sal dari usque ad coronationem Vladislai Secundi regis Poloniae contradictum est, cuius tempore, de anno videlicet Domini 1409, idem rex Vladislaus redegit et immutavit summam quinque marcarum argenti, in summam quinque marcarum communis pecuniae, et dari instituit sal, quod hodie vix datur valoris trium

marcarum communis pecuniae bancatum. Agri et lanei oppidanorum, item suburbanorum, item praedium regium, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis pro ecclesia et plebano in Osszyek, excepto campo Osszyeczek, de quo decimatur pro monasterio Sanctae Crucis Calvi Montis, canapalem autem decimam ex antiqua consvetudine non solvunt, neque oppidani, neque suburbani.

Decimae manipulares, ex antiquo ad monasterium Sanctae Crucis pertinentes.

Braczeyowicze, Slup Nova et Antiqua, Boleszin, Mylanowska Wolya, Zakrzow, Gosszcza, Basszowycze, Glodno, Myedzwyeda, Myroczycze, Krasszkow, Jezow, Wolya Bostowska, Osszyek, Wylamycze, Worowicze. Supra scriptas decimas manipulares, ad monasterium Sanctae Crucis Calvi Montis pertinentes, in villis monasterii consistentes, iam descripsimus in locis suis, et ideo illas non iteramus.

Sczekarkow, villa sub parochia ecclesiae de Wylkow sita, cuius proprietas ad haeredes Jacobum, Stanislaum et Nicolaum Choteczsky, nobiles de armis Nabra pertinet. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur pro monasterio Calvi Montis Sanctae Crucis, cuius valor aestimatur ad tres marcas; item taberna, item hortulani, item praedium est ibi unicum, quod solvit decimam manipularem.

Jarnolthowicze, villa sub parochia ecclesiac de Chotecz sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt quatuor cum medio lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et conducitur pro abbate et conventu Calvi Montis Sanctae Crucis, et valor eius aestimatur ad tres marcas; item tabernae, item hortulani, item praedium.

Szwyeschedlycze, villa sub parochia de Czyepyelow sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt quinque lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Sanctae Crucis, et valor eius aestimatur ad decem marcas; de sexto autem laneo, item taberna, item hortulania, item praedio uno, decimatur ecclesiae in Solecz, et valor eius aestimatur ad duas marcas.

Suburbium utrumque Lublinense; item ex septem laneis qui vocantur Pyeczowskye, et de aliis septem cum medio aliorum civium Lublinensium, sitis post viam, quae ducit in Jakubowicze Conynsky, percipit decimam manipularem monasterium Sanctae Crucis, et valor eius aestimatur

ad decem marcas; item de triginta laneis et uno eorundem suburbiorum, percipit archidiaconatus Lublinensis decimam manipularem; item ex decem et octo plebanus Lublinensis; item ex undecim laneis episcopatus Cracoviensis.

WIR sive WYRY, villa sub parochia de Czymyernikу sita.

WYTHOSSZYN, villa sub parochia ecclesiae de Casimirz oppido sita, cuius proprietas pertinet ad nobiles Jacobum et Nicolaum filios Stephani de domo Wyenyawa. In qua sunt duo lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis pro monasterio Sanctae Crucis, et valor eius aestimatur ad unam marcam. Residui vero lanei eiusdem villae, item et praedia duo dictorum Jacobi et Nicolai, solvunt decimam manipularem ecclesiae parochiali in Casimirz oppido; taberna una sed non habet agros.

LUCZIMA, villa sub parochia ecclesiae de Chothcza sita, cuius haeredes Jacobus, Stanislaus et Nicolaus Choteczsczy nobiles de domo Nabra. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, et de omnibus solvitur decima manipularis et conducitur pro abbate et conventu monasterii Calvi Montis Sanctae Crucis, cuius valor aestimatur ad tres marcas, item taberna est, item hortulani, item praedium.

STRYKOWICZE, villa sub parochia de Baluthow, cuius proprietas ad nobiles ..... pertinet. In qua sunt octo lanei cmethonales, et de omnibus solvitur et conducitur decima manipularis pro monasterio Sanctae Crucis, cuius valor aestimatur ad septem marcas; item tabernae, item hortulani, item praedium.

OSSZYEK oppidum, parochialem ecclesiam habens in se, cuius dominium ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In quo sunt certi agri lanei cmethonales prope Vislam siti, et qui a Visla surripiuntur, et de omnibus solvitur et conducitur decima manipularis pro monasterio Sanctae Crucis, et valor eius aestimatur ad quinque marcas. Quod quidem oppidum cum sua proprietate ad monasterium Sanctae Crucis pertinebat, sed alienatum est, et sal in zuppa de Bochnya, de quinque marcis argenti in recompensam per Boleslaum Pudicum datum. Item tabernae, item hortulani, item praedium.

BOGUPHALOWYCZE, villa sub parochia ecclesiae de Wawelnicza sita, cuius haeres Johannes Jasszyca de armis Jastrzambczy. In qua sunt octo lanei cmethonales, et de omnibus solvitur decima manipularis et conducitur pro monasterio Sanctae Crucis, et valor eius aestimatur ad septem marcas. Item tabernae, item hortulani, item praedium unicum, de cuius agris solvitur decima manipularis pro praeposito in Wawelnicza.

Szobyelszycze, alias Skowyesszyn, villa sub parochia de Jaroszin sita, quae ad Johannem Nicolaum de armis Rawa pertinet. In qua sunt undecim lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis pro monasterio S. Crucis, et valor eius ad octo marcas, item taberna, item hortulani, item praedium est ibi unicum, de cuius agris solvitur decima manipularis pro monasterio Sanctae Crucis in *gonithwam* eo, quod haeres depositis cmethonibus, transtulit agros cmethonales in praedium.

Markusschowicze, villa habens in se ecclesiam parochialem ligneam, cuius proprietas ad Osthaszium et Derslaum fratres de domo Lewarth pertinet. In qua sunt tredecim cum medio lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis pro monasterio Sanctae Crucis, et valor eius aestimatur ad decem marcas, item taberna est, item hortulani, item praedium unicum, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali ibidem in Markusschowicze; sed curia usurpavit aliquos agros cmethonales, de quibus tenetur decimare monasterio; item plebanus habet aliquos agros, qui erant cmethonum et de omnibus decimat pro monasterio.

Sztok sive Stoczek, villa sub parochia de Climyanthowicze sita, cuius proprietas ad Catherinam Sbasszka relictam Johannis Glowaczowicz pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, sed perceptio decimae manipularis de illis variatur; nam monasterium Sanctae Crucis percipit de agris antiquis, videlicet undecim cum medio laneis, episcopus vero Gracoviensis de laneis percipit, tanquam de cruda radice extirpatis; item tabernae, item hortulaniae, item praedium, item scoltetia illic est, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Climyanthowicze.

Braczyenyno, villa quondam fuit hominibus locata, sub parochia ecclesiae de Jaroschin sita, quae hactenus deserta est, cuius proprietas pertinet ad ...... Agri autem et campi villae praefatae arantur et coluntur per circumvicinas villas et praesertim per villam ......, et decima manipularis solvitur et conducitur pro monasterio Sanctae Crucis, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas.

Oppathkowycze, villa prope fluvium Wyeprz sub parochia de Czyemyerniky sita, cuius proprietas olim pertinebat ad monasterium Sanctae Crucis Calvi Montis, nunc vero pertinet ad Johannem et Nicolaum de Schestrzewitow de domo Acervorum. In qua sunt decem lanei cmethonales, et de omnibus solvitur decima manipularis et conducitur pro monasterio Sanctae Crucis Calvi Montis, et valor eius aestimatur ad quinque marcas. Vendidit autem villam praefatam Mathias abbas et conventus Sanctae Crucis, anno Domini 1400.... tanquam sibi parum accomodam, nonnisi

pro centum marcis. Cuius omnes agros nobiles redegerunt in praedium, et decimam manipularem ex illis monasterio solvunt, nec extat amplius villae praefatae aliquod vestigium.

WLOSTHOWYCZE, villa sub parochia de Jaroschin sita. In qua est oratorium, ecclesiae de Jaroschyn subiectum, quod plebanus de Jaroszyn re divina in diebus celebribus propter difficilem Wislae passagium, officiat, cuius haeres Johannes Koninsky de armis Rawa. In qua sunt undecim lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis pro monasterio Sanctae Crucis, et valor eius aestimatur ad octo marcas; item tabernae, item hortulani, item praedium est unicum, de cuius agris solvitur decima manipularis pro ecclesia in Jaroschyn.

WYTHCOWYCZE, villa sub parochia de Withowska Wolya sita, cuius haeres Petrus Koninsky de domo Rawa. In qua sunt viginti duo lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis pro monasterio Sanctae Crucis, et valor ad quindecim marcas, item taberna, item hortulani, item praedium ibi optimum, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae in Wolya Withowska. Item lanei solvunt decimam manipularem pro episcopatu Cracoviensi, et sunt signa agros dividentia, qui reddunt pro episcopo, et qui pro monasterio.

PRZYBYSLAWYCZE, villa sub parochia de Garbow sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt duodecim lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis pro monasterio Sanctae Crucis, et valor eius aestimatur ad decem marcas. Item tabernae duae, sed non habent agros, item hortulania una, sed non habet agros. Item curia illic et praedium regium, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae praebendatae in castro Lublinensi, Sanctae Trinitatis.

GUTHANOW, villa sub parochia ecclesiae de Garbow sita, cuius haeres Fyebron nobilis de armis Taurorum. Haec decima olim pertinebat ad monasterium Sanctae Crucis Calvi Montis, sed ignoratur quo modo aut casu alienata est a monasterio Sanctae Crucis, et perceptio eius pertinet nunc ad ecclesiam parochialem in Garbow, tam post praedium, quam cmethones.

SBANDOWYCZE, villa sub parochia ecclesiae de Kazimirz sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt decem lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et conducitur, pro monasterio Sanctae Crucis, et valor eius aestimatur ad octo marcas; item tabernae non sunt, item hortulaniae non sunt, item est ibi praedium, de quo solvitur decima manipularis pro ecclesia parochiali in

Kazimirz. Item de aliquibus agris, paucis tamen, cedit decima manipularis ecclesiae in Kazimirz.

Bronowicze, villa sub parochia ecclesiae de Jaroschyn sita, cuius haeres Varszius Mychowsky nobilis de armis Rawa. In qua sunt quinque lanei cmethonales, et de omnibus solvitur decima manipularis et canapalis, et inducitur pro monasterio Calvi Montis Sanctae Crucis, et valor eius aestimatur ad tres marcas; item taberna, item hortulani; item ibi unicum praedium militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Olyexow, et valor eius aestimatur ad duas marcas.

Cruszczow, villa sub parochia de Bochothnicza sita, cuius haeres Bodzantha de armis Zubrzaglowa seu Wyenawa et Johannes Zlydzyen de armis Lelywa. In qua sunt duodecim cum medio lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro abbate et suo conventu Szeczechoviensi, cuius valor aestimatur ad decem marcas; item tabernae duae habentes agros, de quibus solvitur decima manipularis pro monasterio Sanctae Crucis in *gonithwam*, item hortulaniae tres, sed non habent agros, item est ibi unicum praedium militare Bodzanthae, de quo solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Bochothnicza.

Bochothnicza Maior, villa in qua est ecclesia parochialis, Sancto Johanni Evangelistae dicata, cuius proprietas ad Nicolaum Kazimirsky de domo Rawa pertinet. In qua sunt septem lanei cmethonales, et de omnibus solvitur decima manipularis, et canapalis conducitur pro monasterio Calvi Montis S. Crucis, et valor eius aestimatur ad septem marcas; item duae tabernae, item duae hortulaniae, sed non habent agros; item est ibi unicum praedium militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae ibidem in Bochothnicza.

Bochothnycza Minor, villa sub parochia ecclesiae de Kazimirz sita, cuius haeres fuit Petrus Curowsky de domo Szrenyawa. In qua sunt duodecim lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et conducitur pro abbate et conventu suo Sanctae Crucis, cuius valor aestimatur ad decem marcas; item taberna, de cuius agris decimatur pro monasterio Sanctae Crucis Calvi Montis; item hortulaniae, item praedium unicum est ibi, de cuius agris solvitur decima manipularis pro ecclesia in Klymunthowicze, et valor eius aestimatur ad duas marcas.

Wrablow, villa sub parochiam Wanwelnicza pertinet, cuius haeredes Johannes senior et nepotes sui Johannes et Stanislaus de armis Habdank. In qua sunt undecim lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Sanctae Crucis, valor ad octo marcas; item taberna, item hortulani, item praedia tria

sunt in eadem villa, de quorum aliquibus agris solvitur decima manipularis in *gonithwam* pro monasterio Sanctae Crucis eo, quod nobiles depositis cmethonibus, colunt soli agros cmethonales; de aliis vero agris praedictorum trium praediorum solvitur decima manipularis ecclesiae in Wawelnicza.

Bartlomyeiowicze, villa sub parochia ecclesiae de Wawelnicza sita, cuius proprietas ad serenissimum regem Poloniae pertinet. Huius quondam villae decima manipularis pertinere asserebatur ad monasterium Sanctae Crucis Calvi Montis; sed incertum est, quo tempore, aut quomodo alienata est a proprietate monasterii. Pertinet autem nunc decima manipularis ad ecclesiam in Wawelnicza et eius rectorem, et valor eius aestimatur ad decem marcas.

Wolya Kowalska, villa sub parochia ecclesiae de Wawelnicza sita, cuius haeres Johannes Lucae de Slupcza de armis Rawa, pro medietate parte villae, et pro altera parte Johannes de Drzewicza, Taurorum. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis pro monasterio Sanctae Crucis Calvi Montis et in eorum horreum inducitur; item taberna, item hortulani, item praedium unicum militare, de cuius agris solvitur decima manipularis etiam monasterio Sanctae Crucis.

Lanka, villa sub parochia ecclesiae de Jaroschyn sita, cuius haeres Varszius Mychowsky de armis Rawa. In qua sunt septem lanei cmethonales, et de omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Sanctae Crucis, et valor eius aestimatur ad quinque marcas; item tabernae non sunt, item hortulaniae non sunt, item praedium non est.

Janowycze, villa sub parochia ecclesiae de Syrokomlya sita, cuius haeres Nicolaus Janowsky de domo Srokomlya. In qua sunt lanei cmethonales, et de omnibus solvitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Sanctae Crucis, et inducitur in horreum a monasterio locandum; item tabernae non sunt, neque hortulaniae; item praedium est unicum militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Srokomlya.

Srokomla, villa habens in se ecclesiam parochialem muratam, cuius haeres Nicolaus Janowsky de domo Srokomla. In qua sunt septem lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis, et conducitur pro monasterio Sanctae Crucis, et eius valor aestimatur ad quinque marcas, item tabernae quatuor, item hortulaniae, item praedium non est in eadem villa.

Podgorze, villa sub parochia de Wylkow sita, cuius haeres Matthias et Johannes de armis Lewarth, Stanislaus Obeczyalya. In qua

sunt quatuor lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis, et conducitur pro monasterio S. Crucis, et valor eius aestimatur ad duas marcas, item tabernae non sunt, neque hortulaniae, item praedia duo militaria, de quibus solvitur decima manipularis ecclesiae in Wylkow.

Zasczytow, villa sub parochia de Wylkow sita, cuius haeres Johannes et Nicolaus Kazimirsczy de domo Rawa. In qua sunt agri et lanei indistincti cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Sanctae Crucis, et valor eius aestimatur ad unam marcam, et sunt ibi viginti cmethones; item tabernae non sunt, neque hortulaniae, neque praedium. Alienata est a monasterio haec in toto decima, incertum ex qua causa, aut quo tempore vel modo, et pertinet pleno iure ad episcopatum Cracoviensem, et percipit eam episcopus Cracoviensis, quia forte nunquam ad Sanctae Crucis monasterium pertinebat.

Karmanowycze, villa sub parochia ecclesiae de Wawelnicza sita, cuius haeredes Andreas et Petrus de armis Prusszy. In qua sunt undecim cum medio lanei cmethonales, de quibus perceptio decimae manipularis diversificatur; nam de medietate laneorum solvitur et conducitur decima manipularis pro monasterio Sanctae Crucis, videlicet de undecim cum medio laneis, de altera vero medietate solvitur et conducitur pro plebano, et ecclesia in Wawelnicza; item tabernae non sunt, neque hortulaniae, item praedia duo militaria, et de utroque solvitur manipularis ecclesiae parochiali in Wawelnicza.

Czyelyeow, villa sub parochia ecclesiae de Wawelnicza sita, cuius haeres Paulus Choteczsky de domo Nabra. In qua sunt tres lanei cmethonales et molendinum habens agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis pro monasterio Sanctae Crucis, et valor eius aestimatur ad tres marcas. Item taberna una habens agros, de quibus solvitur decima manipularis in *gonithwam* pro monasterio; item hortulaniae non sunt, item praedium est ibi unicum militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Wawelnicza.

Gambyno, villa . . . . .

Rybytwy, villa habens in se ecclesiam parochialem, iuxta fluvium Wysznycza sita, cuius haeres Nicolaus Morawyecz de armis Powalya. In qua sunt sex lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Sanctae Crucis, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas, item solvunt decimam canapalem per tres ierugas; item tabernae duae plebani habentes agros, et solvunt decimam plebano; item hortulaniae duae habentes agros, de quibus decimatur monasterio Sanctae Crucis. Item praedium est unicum, de cuius

agris solvitur decima manipularis ecclesiae in Ribithwy, et valor eius aestimatur ad tres marcas. Item est unus laneus cmethonalis, noviter in cruda radice per haeredem extirpatus, qui locatus est cmethone, et solvit decimam manipularem ecclesiae in Ribithwy.

Garbow, villa habens in se ecclesiam parochialem ligneam Sancti Adalberti, cuius haeres Dobeslaus Sczekoczsky de domo Odrowansch. Haec decima dudum, incertum quo tempore, quove modo alienata est a monasterio Sanctae Crucis, et percipit eam post omnes laneos, tam cmethonales, tabernatorum, hortulanorum, quam praediales ecclesiae praefatae in Garbow pro tempore rector, sive plebanus, absque diminutione, quia forsitan nunquam ad monasterium Sanctae Crucis pertinebat, praeter aliquos agros, qui cedunt pro episcopatu Cracoviensi de quatuor laneis.

Wyrzchonyow, villa sub parochia ecclesiae de Kazimirz sita, cuius haeres Petrus Curowsky de domo Srzenyawa. In qua sunt undecim cum medio lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Sanctae Crucis, et valor eius aestimatur ad novem marcas, item taberna, item hortulani, item praedium non est, sed scoltetia est, de cuius agris solvitur decima manipularis pro monasterio Sanctae Crucis in *gonithwam*.

Rzeczycza, villa sub parochia ecclesiae de Kazimirz sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. Hanc decimam non percipit modo monasterium Sanctae Crucis, et forte eam nunquam percipiebat; sed percipit eam pleno iure et absque diminutione, ecclesia et plebanus in Kazimirz, et valor eius aestimatur ad decem marcas.

Woysszyno, villa sub parochia ecclesiae de Kazimirz sita, cuius proprietas ad advocatum de Kazimirz pertinet. Hanc decimam etiam non percipit modo monasterium Sanctae Crucis, et forte eam nunquam percipiebat; sed percipit eam pleno iure et absque diminutione ecclesia et plebanus in Kazimirz, et valor eius aestimatur ad quinque marcas.

Janowycze, villa sub parochia de Srokomlya sita, cuius haeres Nicolaus Janowsky de armis Srokomlya. In qua sunt tres lanei cmethonales, et de omnibus solvitur decima manipularis et conducitur pro monasterio Sanctae Crucis, et valor eius aestimatur ad duas marcas, item tabernae, item hortulani, item praedium.

Dzerslaw, ...

Dobre Maior et Minor, villa sub parochia ecclesiae de Wylkow sita. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis pro monasterio Sanctae Crucis; sed anno Domini 1442, decima septima Julii, per Jaroslaum episcopum Laodicensem, et Johannem plebanum in Obraszow officialem Sandomiriensem, arbitros communes

et eorum sententiam definitivam, tota absque diminutione adiudicata est episcopatui Cracoviensi, a monasterio Sanctae Crucis alienata in utraque villa.

ROGOW, villa sub parochia de Wylkow sita, cuius haeres Nicolaus Kazimirsky de armis Rawa. In qua sunt tredecim cum medio lanei cmethonales, et de omnibus solvitur decima manipularis, et pro monasterio Sanctae Crucis conducitur, et valor eius ad decem marcas. Hanc decimam Sbigneus cardinalis et episcopus Cracoviensis contendebat esse suae mensae; sed per arbitros, videlicet Jaroslaum episcopum Laodicensem et Johannem plebanum in Obrazow officialem Sandomiriensem, tota pro monasterio Sanctae Crucis adiudicata est; item tabernae, item hortulaniae non sunt; item est ibi unicum praedium, de cuius agris solvitur decima ecclesiae in Wylkow.

OSTROW MAIOR, villa sub parochia ecclesiae de Rudno sita supra fluvium Wyeprz, cuius haeredes Johannes Mantul et Msczislaus de armis Nowina......

OSTROW MINOR, parochia in Koczsko, cuius haeres Msczischek de domo Nowina.....

WYLAMYCZE, villa sub parochia ecclesiae de Przybyslawicze sita, cuius haeredes Stanislaus et fratres sui dicti Stachurky. Haec villa quondam fuit de proprietate monasterii Sanctae Crucis Calvi Montis; sed Mathias tunc abbas monasterii recepta villa Coprzywanka, ob propinquitatem et vicinitatem monasterii, addita certa quantitate pecuniarum, eam anno Domini 1433 cambivit, decimam tamen praedialem sibi et suo monasterio reservavit, et in hanc diem eam monasterium Sanctae Crucis percipit, permutatione non obstante, cuius valor aestimatur ad duas sexagenas.

WANGR..........

URZELOW, villa sub parochia ecclesiae de Oppolye sita, cuius haeres Nicolaus Urzelowsky de armis Rawa. In qua sunt septem lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis pro monasterio Sanctae Crucis, et valor eius aestimatur ad sex marcas; item tabernae non sunt, neque hortulaniae; item praedium est unum militare in eadem villa, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Oppolye.

JURCZYCZE, ...

WYLKOW, villa habens in se ecclesiam parochialem, cuius pro media parte haeres Nicolaus Kazimirsky de armis Rawa et pro altera parte Johannes Drzewyczsky de domo Taurorum. In qua sunt tres lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis pro monasterio Sanctae Crucis, et valor eius aestimatur ad duas marcas; item tabernae duae, sed non habent agros; item hortulaniae non sunt, item

praedium est ibi unum Johannis Drzewiczsky, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Wilkow.

Maczymyr, villa sub parochia ecclesiae de Srokomla sita, cuius haeredes Stanislaus, Stephanus .... In qua sunt duo lanei cmethonales, et de omnibus solvitur et conducitur decima manipularis pro monasterio Sanctae Crucis, cuius valor ad duas marcas, item taberna, item hortulani, item praedia tria militaria, de quorum agris solvitur decima manipularis ecclesiae in Srokomlya; item de agris qui dicuntur Zaplocze versus Podgorze decimatur pro monasterio.

Clodnycza Nogawczyna, villa sub parochia ecclesiae de Wylkow sita, cuius haeredes Pakosius, Theodricus, Georgius Nogawka de domo ...... In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis pro monasterio Sanctae Crucis; item tabernae non sunt neque hortulaniae, item praedia tria, de quorum agris solvitur decima manipularis pro ecclesia in Wylkow, item molendinum est ibi.

Clodnycza Maczeyowskego, villa in qua est ecclesia parochialis, in parte borrae sita, cuius haeres Nicolaus Maczeyowsky de armis Thaurorum. In qua sunt sex lanei cmethonales, et de omnibus solvitur decima manipularis et conducitur pro monasterio Sanctae Crucis Calvi Montis, et valor ad sex marcas; item tabernae duae, sed non habent agros; item hortulaniae non sunt, item praedium est ibi, de quo solvitur decima pro ecclesia in Clodnycza.

Przelank, villa sub parochia ecclesiae de Srokomlya, cuius haeres Nicolaus Janowsky, de domo Srokomlya. In qua sunt lanei cmethonales, et de omnibus solvitur decima manipularis et conducitur pro monasterio Sanctae Crucis; item tabernae, item hortulani, item praedium.

Pyotrkow, villa sub parochia de Ragow sita, cuius haeres Stanislaus Gnywosz de domo Zgraya. In qua sunt tres lanei cmethonales, et de omnibus solvitur decima manipularis, et conducitur in horreum monasterii Sanctae Crucis, et valor eius ad duas marcas; item tabernae non sunt, neque hortulaniae, item praedium non est ibi.

Ulanze Primum, ...

Ulanze secundum, ...

Gluszko, villa sub parochia de Oppolye, cuius haeres Nicolaus Drzewiczsky de familia Thaurorum. In qua sunt septem lanei cmethonales, et de omnibus solvitur et conducitur decima manipularis pro monasterio Sanctae Crucis, et valor eius aestimatur ad septem marcas; item taberna una habens agros, item hortulaniae duae habentes agros, qui omnes solvunt decimam manipularem in *gonithwam* pro monasterio Sanctae

Crucis. Item praedium ibi unicum militare, de cuius agris solvitur decima manipularis pro ecclesia parochiali in Oppolye.

MSZCZYSLAW, villa sub parochia de Clodnicza sita, cuius haeres Nicolaus Maczeyowsky de domo Taurorum. In qua sunt sex lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis pro monasterio Sanctae Crucis, et valor eius ad sex marcas; item taberna ibi una est, sed non habet agros; item hortulaniae non sunt, neque praedium aliquod.

CHOTHCZA, villa habens in se parochialem ecclesiam cuius haeres Paulus Choteczsky de domo Nabra. In qua sunt lanei cmethonales, et de omnibus solvitur et conducitur decima manipularis pro monasterio Sanctae Crucis, et valor eius aestimatur ad ..... item taberna, item hortulani, item praedium non est ibi.

ZBYGNYEWYCZE, ...

ZWINKOWYCZE, ...

KOWALYE, villa sub parochia de Wawelnicza sita, cuius haeres Johannes Lucae de Slupcza de armis Rawa, et Nicolaus et Johannes Drzewiczsky de domo Thaurorum. In qua sunt viginti unus lanei cmethonales, et de omnibus solvitur decima manipularis, et conducitur pro monasterio Sanctae Crucis, et valor eius aestimatur ad quindecim marcas; item taberna, item hortulani, item praedium est ibi unicum militare Johannis Slupeczsky, de cuius agris solvitur ecclesiae de Oppolye decima manipularis.

KOMASZYCZE, villa sub parochia ecclesiae de Clodnicza sita, cuius proprietas ad Nicolaum Maczeyowsky pertinet. In qua sunt sex lanei cmethonales, et de omnibus solvitur decima manipularis et conducitur pro monasterio Sanctae Crucis Calvi Montis, et valor eius aestimatur ad octo marcas. Item taberna ibi una est, sed non habet agros aliquos, item hortulaniae non sunt, item praedium non est aliquod militare, item molendinum non est.

GODOW, villa sub parochia ecclesiae de Clodnicza sita, cuius haeres Nicolaus Maczeyowsky de armis Thaurorum. In qua sunt decem et octo lanei cmethonales, et de illis decima diversificatur; nam de octo laneis, qui fuerunt antiqui, solvitur et conducitur decima manipularis pro monasterio Sanctae Crucis, et valor eius aestimatur ad septem marcas; de laneis vero novis decem, solvitur et conducitur decima pro episcopo Cracoviensi. Item tabernae duae, item hortulaniae duae, item praedium est ibi unicum, de quo solvitur decima manipularis pro ecclesia in Rosznyeszow in Mazovia pro uno anno, pro altero in Clodnicza.

WOLYCZA, villa sub parochia de Oppolye sita, cuius haeres Johannes

Drzewiczsky de armis Thaurorum. In qua sunt septem lanei cmethonales, et de omnibus solvitur decima manipularis et conducitur pro monasterio Sanctae Crucis, et valor eius aestimatur ad septem marcas. Item est ibi praedium unicum, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae in Wylkow; item tabernae, item hortulaniae.

Klymunthowicze, villa parochialem ecclesiam habens in se, cuius haeres Petrus Curowsky de domo Srzenyawa. In qua sunt triginta lanei cmethonales, de quibus decima diversificatur; nam de quindecim laneis solvitur et conducitur pro monasterio, de quindecim vero laneis pro episcopo Cracoviensi, et signa dividunt; item tabernae, item hortulani, item praedium.

Sztoczek, villa sub parochia de Czemyerniky sita. In qua sunt lanei cmethonales de quibus decima diversificatur; nam de undecim cum medio laneis solvitur conduciturque decima pro monasterio, de agris vero et laneis solvitur et conducitur pro episcopo Cracoviensi; item taberna, item hortulani, item praedium.

Plyonka, villa sub parochia ecclesiae de Curow sita, cuius haeres Petrus Curowsky de armis Srzenyawa. In qua sunt triginta et unus lanei cmethonales, et de undecim laneis solvitur decima et conducitur pro monasterio, item de viginti laneis, videlicet post decem laneos dictos Kalynye in una parte praedictae villae, et post alios decem laneos in altera parte eiusdem villae, versus oppidum Kurow in cruda radice, pro episcopo Cracoviensi; item tabernae, item hortulaniae, item praedium.

Brzozowagacz, villa sub parochia de Kurow sita, cuius haeres Petrus Curowsky de domo Srzenyawa. In qua de quatuor laneis solvitur et conducitur decima manipularis pro monasterio, de aliis vero laneis solvitur episcopo Cracoviensi; item taberna, item hortulaniae, item praedium.

Parchowatka, villa sub parochia ecclesiae de Jaroschyn sita, cuius haeredes Johannes, Nicolaus Skowyesky de armis Rawa. In qua sunt lanei cmethonales, et de agris extirpatis ultra montem villae praefatae, et etiam in merica solvitur per sex grossos decima pecunialis, pro episcopo Cracoviensi; de agris vero antiquis, pro monasterio Sanctae Crucis; item tabernae non sunt, non sunt hortulaniae, non est praedium aliquod militare in eadem villa.

Skokow, villa sub parochia de Oppolye sita, cuius haeres Stanislaus Skokowsky de domo Buncza. In qua sunt octo, et secundum aliquos novem lanei cmethonales, et de omnibus solvitur et conducitur decima manipularis pro monasterio Sanctae Crucis, et valor eius aestimatur ad septem marcas, decimam autem canapi non solvunt. Item tabernae quatuor habentes agros, item hortulaniae quatuor habentes agros; item praedium unum militare,

item molendinum habens agros, de his omnibus solvitur decima manipularis pro ecclesia in Oppolye.

ZAWADA, villa sub parochia ecclesiae de Wawelnicza sita, cuius proprietas ad haeredem Jacobum Choteczsky. In qua sunt septem lanei cmethonales, et de omnibus solvitur et conducitur decima manipularis pro monasterio Sanctae Crucis, et valor eius aestimatur ad sex marcas, item tabernae, item hortulaniae, item praedium.

Decimae, redditus et proventus ecclesiae de Wawelnicza, monasterio Sanctae Crucis incorporatae.

DZEWCZAGORA, villa sub parochia ecclesiae de Wawelnicza sita, cuius proprietas ad plebanum sive praepositum de Wawelnicza pertinet; et habet ibi ecclesia de Wawelnicza praedium, ad duos vel tres laneos aestimatum, cum pratis et aliis correquisitis, et non sunt ibi cmethones, neque hortulaniae, neque tabernae. Villa haec olim pertinebat ad monasterium Szeczechoviense, sed alienata est incertum quomodo et ex qua causa a monasterio praefato.

WAWELNYCZA, oppidum regium iuxta Wawelniczam fluvium et ab eo denominatum, situm, in quo ecclesia parochialis Sancti Adalberti, per Casimirum Secundum Poloniae regem murata. In quo sunt decem cum medio lanei oppidanorum, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima pro ecclesia et pro monasterio in Wawelnicza, seu pro praeposito, et valor eius aestimatur ad decem marcas.

Suburbium oppidi Wawelnicza regium, in quo sunt septuaginta quinque lanei, de quibus omnibus solvitur decima manipularis pro ecclesia et pro monasterio in Wawelnicza seu pro praeposito, et valor eius aestimatur ad quinquaginta marcas; item in eodem suburbio est ecclesia parochialis S. Mariae Magdalenae, mater et matrix illius, quae habetur in oppido Wawelnicza.

BARTLOMYEYOWICZE, villa sub parochia de Wawelnicza sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet, et est in uno iure cum oppido Wawelnicza et sunt in ea undecim lanei et quarta, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis ecclesiae et praeposito in Wawelnicza, et valor eius ad octo marcas; item non sunt ibi tabernae, item non sunt hortulaniae, item non est praedium.

CHARZ, villa sub parochia de Wawelnicza sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt viginti quatuor lanei cmethonales, et de omnibus solvitur et conducitur decima manipularis ecclesiae et praeposito in Wawelnicza, et valor eius aestimatur ad sedecim

marcas; item non sunt hortulaniae, item non est praedium, non sunt hortulaniae.

Pankraczowycze, villa sub parochia de Wawelnicza sita, cuius haeres Dobeslaus Pankraczsky de domo Rawa. In qua sunt quinquaginta lanei cmethonales, et de omnibus solvitur et conducitur decima manipularis pro ecclesia et praeposito Wawelniczensi, et valor eius aestimatur ad quadraginta marcas; item taberna, item hortulani, item est ibi unicum praedium militare, de cuius agris solvitur decima manipularis in Wawelnicza pro praeposito.

Nyezabythow, villa sub parochia de Wawelnicza sita, cuius haeredes Bodzantha de domo Wyenyawa, Johannes Glowacz de domo Nowina, Nicolaus Kurek de domo Nyeczuya. In qua sunt sex lanei cmethonales et praedia triginta, et tam de laneis cmethonalibus, quam de laneis praedialibus, solvitur et conducitur decima manipularis in Wawelnicza pro praeposito, et valor eius aestimatur ad viginti marcas.

Wramblow, villa sub parochia ecclesiae de Wawelnicza sita, cuius haeredes Johannes senior et Johannes et Stanislaus duo nepotes cum patruo. In qua sunt undecim lanei cmethonales, qui solvunt et conducunt pro monasterio Sanctae Crucis decimam, et pro praepositura seu praeposito in Wawelnicza praediales. Item sunt ibi tria praedia militaria, de quibus omnibus solvitur decima manipularis ecclesiae et praeposito in Wawelnicza, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas; item tabernae, item hortulaniae.

Zawada, villa sub parochia ecclesiae de Wawelnicza sita, cuius haeres Jacobus Choteczsky de domo Nabra. In qua sunt lanei cmethonales, qui decimant pro monasterio Sanctae Crucis, valor quatuor marcarum; item est ibi unum praedium militare, de cuius agris solvitur decima manipularis pro ecclesia et praeposito in Wawelnicza, et valor ad duas marcas; item tabernae, item hortulaniae.

Karmanowicze, villa sub parochia ecclesiae de Wawelnicza sita, cuius haeredes Andreas et Petrus, nobiles de armis Prusszy pertinet. In qua sunt undecim lanei cmethonales, et de omnibus solvitur et conducitur decima manipularis pro ecclesia et praepositura in Wawelnicza pro media parte villae, et de una medietate laneorum; de altera vero medietate solvitur et conducitur pro monasterio Sanctae Crucis. Item sunt ibi duo praedia, de quibus solvitur decima manipularis pro ecclesia in Wawelnicza et eius rectore, cuius valor ad tres marcas.

Byelyny, villa sub parochia ecclesiae de Wawelnicza sita, cuius haeredes Andreas et Petrus fratres de Karmanowicze de domo Prusszy. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima

manipularis pro ecclesia et praeposito in Wawelnicza, et valor ad duas marcas; item non sunt ibi praedia nobilium, item tabernae, item hortulaniae.

Rogalow, villa sub parochia ecclesiae de Wawelnicza sita, cuius haeres Johannes Rogalowsky nobilis de domo Nabra. In qua sunt lanei cmethonales et unum praedium nobilium, et tam de omnibus agris praedialibus quam cmethonalibus, solvitur decima manipularis, et conducitur pro ecclesia et praeposito in Wawelnicza, et valor eius aestimatur ad tres marcas; item tabernae, item hortulaniae.

Boguchwalowycze, villa sub parochia ecclesiae de Wawelnicza sita, cuius haeres Johannes alias Jasszycza nobilis de familia et de armis Jastrzambcze. In qua octo sunt lanei cmethonales; de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis pro monasterio Sanctae Crucis, et valor eius aestimatur ad tres marcas, aliquando ad quinque. Item est ibi praedium unicum, de cuius agris solvitur decima manipularis pro ecclesia et praeposito in Wawelnicza, et valor eius ad unam marcam; item tabernae, item hortulaniae.

Bronycze, villa sub parochia de Wawelnicza sita. In qua non sunt cmethones sed nobiles; item de omnibus agris nobilium praefatae villae solvitur decima manipularis pro ecclesia et praeposito in Wawelnicza, et valor eius aestimatur ad septem marcas.

Nyebrzegow, villa sub parochia de Wawelnicza sita, cuius haeres Nicolaus Nyebrzegowsky. In qua sunt lanei cmethonales, et de omnibus solvitur et conducitur decima manipularis pro ecclesia et praeposito in Wawelnicza, et valor eius aestimatur ad duas marcas. Item ibi praedium unicum, de cuius agris solvitur decima manipularis pro ecclesia in Srokomla.

Drzewcza, villa sub parochia ecclesiae de Wawelnicza sita, cuius haeredes Borszowye Stanislaus et Vincentius de armis Accipitrum et Nalancz. In qua sunt septem lanei cmethonales, et tam de agris cmethonum, tabernatorum, quam praedialibus, solvitur decima manipularis ecclesiae et praeposito in Wawelnicza, et valor eius aestimatur ad quindecim marcas. Item tabernae sunt ibi quatuor, sed non habent agros; item hortulaniae septem, sed non habent agros.

Pyotrowycze, villa sub parochia ecclesiae de Wawelnicza sita. In qua sunt lanei cmethonales, et tam de agris cmethonalibus, tabernatoris, quam praedialibus, solvitur decima manipularis ecclesiae et praeposito in Wawelnicza, et valor eius aestimatur ad quindecim marcas; item tabernae, item hortulaniae.

Suburbium Sandomiriense. Item in suburbio Sandomiriensis oppidi, sunt octo lanei agrorum, versus Zawychost siti, quos oppidani Sandomirienses

arant et colunt, quosdam vero suburbani; solvitur decima manipularis tantummodo et non canapalis ecclesiae parochiali in Wawelnicza, et valor aestimatur ad quinque marcas, aliquando ad minus, propter camporum variationem, qui nonnisi de anno tertio in tertium seminantur.

SZECZECHOVIENSE.

Tertium monasterium Ordinis Sancti Benedicti in dioecesi Cracoviensi.

Boleslaus Primus Poloniae rex Chrobri, id est potens et animosus appellatus, qui et pius videns multiplicia divina beneficia in se et in regnum suum excrevisse, beneficiis ipsis munificentia regali pro sua virili responsurus, aliud claustrum monachorum nigrorum sub regula Beati Benedicti degentium, in praedio et villagio viri nobilis Setegy comitis, a quo et villagium ipsum Szeczechow nomen accepit, et de consensu ipsius Setegy, ad fluvium Visla in terra Sandomiriensi, et in loco amoeno et saltuoso, veram haeremi faciem praeseferente, anno Domini 1010. fundat, erigit, fabricat, eique in dotem certas villas regias et introitus consignat; cui etiam praefatus Setegius nobilis de domo Bippennium et villam, in qua pro fundo situatum est monasterium Szeczechoviense, et quae processu temporum dierumque in oppidum transvecta est, et alias villas et haereditates sui patrimonii donat et consignat, fratres quoque de ordine Sancti Benedicti, ex monasterio Sanctae Crucis Calvi Montis assumens, ad monasterium praefatum novae fundationis introducit. Omnes autem villas, bona et terras rex praefatus Boleslaus Chabri, per ipsum et milites regni sui praefato monasterio Szeczechoviensi quomodolibet collatas et conferendas, munificentia regali libertat, et ab omni tributo, datione, exactione et qualibet subventione, ordinaria et extraordinaria, per patentes literas eidem monasterio concessas, et per edictum publicum eximit et absolvit, decernens, ut monasterium ipsum et eius bona integra potiantur et a regibus Poloniae et palatinis, castellanis, iudicibus et singulis magistratibus libertate. Cum autem inter regem praefatum Boleslaum Poloniae et proceres suos atque satrapas scrupulosa quaestio verteretur, cui Sanctorum ecclesia monasterii praefati deberet dedicari, regis sententia finaliter obtinuit, ut non uni aut duobus Sanctis sed primum Beatae Mariae Virgini, deinde decem millibus militum Martyrum, quorum festivitas ab ecclesia universali orthodoxa decimo calendarum Juliarum celebratur, dicaretur. Itaque

sub magna celebritate et praesentia Boleslai Poloniae regis, suorumque procerum et optimatum et militum multitudine copiosa, Lambertus tunc episcopus Cracoviensis ecclesiam monasterii praefati Szeczechoviensis sanctificat, et illam decem millibus militum Martyrum dedicat. Qui etiam Lambertus Cracoviensis episcopus Boleslai Poloniae regis praefati precibus frequentibus devictus, decimas manipulares ad mensam suam in villis, in dotem monasterii praefati per regem et milites collatis pertinentes, in dedicatione huiusmodi, capitulari consensu accedente, eidem monasterio donat, confert et inscribit, per monasterium praefatum abbatem et fratres illius pleno iure, et absque ullo impedimento percipiendas; quarum villarum nomina inferius curabimus singillatim annotare, ut tanti regis, suorumque procerum et militum, celebris et memorabilis possit a posteris sciri et notari in Deum et servos eius devotio. Unita autem et incorporata fuit praefato Szeczechoviensi monasterio Boleslao praefato rege ordinante operanteque, quo amplior dos monasterio accederet, Sancti Andreae in Cracovia collegiata ecclesia, cum suis introitibus, quam sanctimoniales Ordinis Sanctae Clarae ex Zawichosth in Skalam, et exinde in Cracoviam ad Sanctum Andream translatae, nunc possident, canoniis et praebendis eius ad Sanctum Aegydium transpositis, ex qua unione incorporationeque, abbas monasteriumque Szeczechoviense et decimas in Czyrzicziensi districtu, et collationem custodiae praebendarumque Sancti Aegydii, in diem etiam hanc fertur possidere; et licet praefatorum beneficiorum Sancti Aegydii ius patronatus et quaelibet dispositio, ad solum et unicum tantummodo abbatem et eius conventum Szeczechoviensem pertinuisset, abbas tamen et conventus praefati moleste ferentes, sibi per apostolicos impetrantes praeiudicium et gravamen irrogari, milites Bippennium, beneficii, quod illis et monasterio Szeczechoviensi eorum, Sethegius comes domus praefatae Bippennium praedecessor, in fundatione monasterii praestiterat, memores ad participationem iuris patronatus admiserunt, feceruntque illis suum iuspatronatus dictae Sancti Aegydii ecclesiae, prioritate tamen et superioritate sibi reservata, commune, rati se per admissionem et participationem huiusmodi impetrantes Apostolicos exclusuros. Verum dum sibi gestiunt et iuri suo patronatus prospicere, et illud integraliter obtinere, a iure hactenus habito dolent videntque se et suspirant exclusos, militibus namque praefatis de Bippennibus beneficia in praefata Sancti Aegydii ecclesia vacantia, pro libito filiis, fratribus, nepotibus et consangvineis conferentibus, abbas tantummodo et conventus Szeczechoviensis specie tenus, post collationem a militibus factam, ut consentiant, sigillaque sua praesentationi iam decretae appendant, implorantur. Nobilitavit etiam locum monasterii praefati post aetates aliquot, ex quo fundatum fuit, Boleslai Pudici regni Poloniae ducis et monarchae filii Lesconis Albi,

ex Boleslao Chabri Poloniae rege per lineam rectam descendentis pronepotis, captivitas, quem patruus suus germanus Conradus Masoviae dux, filius Casimiri Poloniae Monarchae, principatus suos sibi vendicaturus, captivitati in loco monasterii praefati in adolescentiae annis incluserat, quam benignitate Nicolai abbatis Szeczechoviensis natione Gallici, caput suum in periculum exponentis, et opera Clementis palatini Cracoviensis, viri nobilis de familia Gryfonum evadens, monasterium praefatum vicissitudinem illi pro accepto beneficio reddens, singularibus et munificis libertatibus privilegiavit. Cuius ne dotalia bona dispereant, et aliquam alienationem distractionemque contrahant, ipsa quo fidelius iustiusque poterimus conabimur annotare. Contulit et in dotem praefati monasterii Henricus dux Sandomiriensis, et Jaxa dux, cuius stirps est ignota, aliquot villas, item Comes Martinus, item Comes Krzywoszand, ceterique proceres Poloniae, suas haereditates et villas; nemo tamen ampliorem scitus est monasterio praestitisse dotem, quam rex Boleslaus Poloniae, qui pro ea tempestate supremum ius in qualibet haereditate habendo, maiores obventiones in singulis villis, quam proprii haeredes percipiebat.

Notandum anno Domini 1386. feria quarta in octava Ascensionis Dominicae, Svanthoslaus abbas Szeczechoviensis bona monasterii amplificaturus, villam Zalyessze prope monasterium iuxta Vislam coemisset, per Otthonem et Jaskonem fratres germanos de Sczekarzow et complices eius Derslaum et fratrem ipsius germanum de Lupkowo, Matthiam de Janisszowicze, Nicolaum et fratrem ipsius Gladirkam de Woynyowycze, Bernardum de Pyotrkowicze, nobiles de domo Bippennium, Michalinum de Clonowo, Wszeradamum de Czastoczicze, milites de domo Habdank, et duos cives de Solyecz, Petrassinum et Venceslaum turpiter captivatus, vinculatus et super testitudinem monasterii Szeczechoviensis reclusus, et graviter tortus est, ut pecunias quibus, eum abundare credebant, ab eo emungerent; qui captivitatem evadens, ipsos iure coram Vladislao Poloniae rege convenit, et sententiam definitivam Drogimiri iudicis et Creslai subiudicis Cracoviensis, ipsos et in poenis suae captivitatis, et in centum et triginta marcis pro damnis condemnavit. Vladislaus autem rex Poloniae in horrorem tanti criminis, praefatos Otthonem et Jaszkonem de Sczekarzow, et omnes eorum complices supra descriptos, iure et honore patronatus fundationis et dotationis Monasterii Szeczechoviensis, si quod hactenus illis competebat, sua sententia et edicto perpetuo privavit.

Szeczechow, monasterium, ab oppido Szeczechow nomen habens, non longe ab eo, in loco abstracto et segregato, in gleba uberi et frugifera, flumine Visla et stagnis lacubusque a parte septentrionali circumdatum,

pulcherrimum et amoenum situm habens, partim petra alba, partim latere cocto muratum, pomariis et sylvis obsitum, praediales agros optimos et foecundos in circuitu habens, de quibus nulli solvit decimam, sed eam pro se tollit et in horreum inducit. Cracoviensis episcopus Ivo anno Domini 1222. cambivit duas villas ecclesiae Cracoviensis, videlicet Gorno et Sawlowicze cum decimis earum, recipiens a Nicolao abbate et conventu Szeczechoviensi duas alias villas, videlicet Jaxicze et Landzini cum decimis earum, et pro maiori recompensa, addidit monasterio capellam cum eius redditibus de Radom, ea conditione, ut quilibet abbas Szeczechoviensis, in qualibet synodo librum Cracoviensi episcopo ad benedictiones teneat, et celebranti ministrans in tiara assistat.

Szeczechow, oppidum habens ecclesiam parochialem ligneam, cuius proprietas ad monasterium Szeczechoviense pertinet; in quo sunt oppidanorum decem et octo lanei, et quilibet solvit pro annuo censu unum fertonem atque duos gallos, item ova triginta, item quilibet oppidanus et quilibet inquilinus solvit unum chorum humuli confertum. Item in eodem oppido est advocatia, sed redempta est pro monasterio. Item omnes lanei oppidanorum solvunt decimam manipularem monasterio Szeczechoviensi, et tenentur illam propriis curribus in horreum inducere, a monasterio locandum, et valor ad viginti marcas; item decimam canapalem solvunt per tres ierugas. Item est ibi de prope molendinum, in torrente de sylva excurrente, quod pro censu solvit monasterio duas marcas, et de braseorum molitione duas metretas, tertia pro se reservata, et duos choros farinae triticeae pro festo Nativitatis Christi. Confinat cum oppido Sthanczicza, Wolya Szeczechowska, Slawczino, Policzna, Grodek. Per Sethegium comitem donatum.

Wolya Szeczechowska, quae olim Podolszany et etiam Swyanczicza dicebatur, villa supra Vislam et sub parochia de Szeczechow sita; cuius proprietas ad monasterium Szeczechoviense pertinet. In qua sunt duodecim lanei cmethonales, et quilibet solvit pro annuo censu unum fertonem, item triginta ova, item duos gallos, item duos choros avenae aequales; item quilibet tenetur de laneo laborare unum diem, proprio curru aut aratro, et ducturas facit ad rationem dierum. Item scoltetus est in eadem villa, habens duos laneos liberos et nihil de censu. Item quilibet cmetho et inquilinus unum chorum humuli aequalem. Item taberna una non habens agrum, solvit decem et octo grossos pro scolteto, ad cuius pertinet proprietatem. Item hortulaniae duae non habentes agros, non solvunt censum, sed unum diem in septimana laborant. Item omnes agri cmethonum et scolteti, solvunt decimam manipularem, et conducunt pro monasterio Szeczechoviensi, et valor eius ad octo marcas. Item cmethones avenam non dant, item decimam

canapalem solvunt per tres ierugas. Confinat cum Szeczechow et Sthanzycza, Zalyeszye et aliis. Per Sethegium comitem donata.

Zalyeszye, villa iuxta fluvium Visla et sub parochia de Szeczechow sita, cuius proprietas et dominium ad monasterium Szeczechoviense pertinet. In qua sunt sex lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu unum fertonem, item triginta ova, item duos gallos, item duos choros avenae aequales; item quilibet de laneo tenetur proprio curru aut aratro laborare unum diem, et ad rationem dierum faciunt ducturas. Item sunt ibi tabernae duae, non habentes agros, quaelibet solvit mediam marcam. Item octo hortulaniae sine agris, nihil solvunt, sed quaelibet unum diem pedester laborat. Item omnes agri cmethonum solvunt decimam manipularem, et inducunt eam pro monasterio Szeczechoviensi, valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Item avenam solvunt cmethones per duos choros. Item decimam canapalem solvunt per tres ierugas. Item quilibet cmetho et inquilinus unum chorum humuli aequalem. Confinat cum Slawczin et villis monasterii Szeczechoviensis. Hanc villam Svanthoslaus abbas Szeczechoviensis anno Domini 1385 emit pro monasterio Szeczechoviensi.

Yanikow, villa sub parochia ecclesiae de Szeczechow sita, cuius proprietas ad monasterium Szeczechoviense pertinet. In qua sunt septem lanei cmethonales, et quilibet pro censu solvit unum fertonem, item triginta ova, item duos gallos, item duos choros avenae aequales, item *powabam* utramque laborant pro vere et hyeme; item quilibet de laneo proprio curru aut aratro laborat unum diem in septimana, et ad rationem dierum faciunt ducturas; item humulum solvunt; item tabernae quatuor habentes agros, quaelibet solvit mediam marcam et metunt et falcastrant suffragia. Item hortulani non sunt, item quilibet cmetho et inquilinus solvit unum chorum humuli confertum. Item agri cmethonum solvunt decimam manipularem pro plebano Szeczechoviensi, et inducunt eam in horreum a plebano locandum, et valor eius aestimatur ad septem marcas. Item avenam solvunt de laneo duos choros aequales. Item decimam canapalem solvunt per tres ierugas. Item praedium ibi coenobiale, de quo non solvitur decima manipularis. Item duo molendina in flumine Czarna, unum solvit unam marcam, aliud mensuras. Confinat cum villis et oppido Sthanzycza, Kozmicze. Per Sethegium comitem donata.

Moszolycze, villa sub parochia ecclesiae de Brzesznicza sita, cuius proprietas ad monasterium Szeczechoviense pertinet. In qua sunt sex lanei cmethonales, et quilibet pro censu solvit unum fertonem, item triginta ova, item duos gallos, item duos choros avenae aequales; item tabernae non sunt, item hortulaniae non sunt, neque praedium; item humulum solvunt, quilibet unum chorum confertum; item cmethones tenentur proprio curru

aut aratro unum diem in septimana laborare, et faciunt ducturas ad rationem dierum; item avenam non dant cmethones; item decimam manipularem de omnibus agris dant, et inducunt cmethones proprio curru monasterio Szeczechoviensi, et valor eius ad sex marcas. Item molendinum est ibi habens agros, solvens pro censu duas marcas pro ecclesia in Szeczechow parochiali. Item decimam canapalem solvunt per tres ierugas. Confinat cum villis Koszynycze, ... Per Sethegium comitem donata.

Brzesnicza, villa iuxta Vislam sita, habens in se parochialem ecclesiam ligneam, cuius plebanus et oppidi Szeczechoviensis unus atque idem est, et villae proprietas pertinet ad monasterium Szeczechoviense. In qua sunt quinque lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu unum fertonem. et triginta ova, item duos gallos; item quilibet de laneo tenetur laborare unum diem in septimana, et faciunt ducturas ad rationem dierum, item humulum solvunt, quilibet unum chorum confertum. Item sunt ibi tabernae, una monasterii, et solvit quadraginta grossos, et duae plebani, una solvit mediam sexagenam, habentes omnes agros, altera mediam marcam. Item non sunt hortulaniae, non est molendinum. Item scoltetus est ibi habens duos laneos liberos. Item una taberna, quae habet agros, solvit unam marcam. Item non est ibi praedium. Item post omnes agros scolteti, cmethonales et tabernarum, solvitur decima manipularis plebano in Szeczechow, et inducitur in horreum a plebano locandum, et valor eius ad quinque marcas. Item decimam canapi solvunt per unam ierugam. Confinat cum Koszmicze et aliis villis regiis. Per milites donata.

Psary, villa sub parochia ecclesiae de Brzesznicza sita, cuius proprietas ad monasterium Szeczechoviense pertinet. In qua sunt tres lanei cmethonales, et quilibet pro censu solvit fertonem, item triginta ova, item duos gallos; item quilibet de laneo tenetur unum diem in septimana laborare, proprio curru aut aratro, et faciunt ducturas ad rationem dierum; item taberna una habens agros, solvit unum fertonem; item hortulaniae non sunt, item praedium non est; item humulum solvunt quilibet unum chorum confertum. Item post omnes agros solvitur decima manipularis ecclesiae in Szeczechow et inducitur in horreum a plebano locandum, valor eius ad tres marcas. Item decimam canapalem solvunt per unam ierugam. Confinat cum Koszmicze et aliis villis regiis. Per Sethegium comitem donata.

Schathkow, villa sub parochia de Antiqua Radom sita, cuius proprietas et dominium ad monasterium Szeczechoviense pertinet. In qua sunt quinque lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu unum fertonem, item triginta ova, item gallos duos; item laborant unum diem in septimana, proprio curru aut aratro, et ducturas ad rationem dierum faciunt. Item non sunt ibi tabernae, neque molendinum. Item est hortulania, nihil solvit, unum

diem tantummodo in septimana pedes laborat. Item est praedium coenobiale, non solvens alicui decimam; sed eam pro se tollens et in horreum suum inducens. Item decima manipularis solvitur de omnibus agris praeposito Sandomiriensi, et inducitur in horreum a praeposito locandum, et valor eius aestimatur ad quinque marcas. Item decimam canapalem per unam *kittham*. Confinat cum villis Dzerzszkow, Rayecz, Malyanczin. Donata per milites.

Rayecz Maior, villa sub parochia ecclesiae de Antiqua Radom sita, cuius proprietas ad monasterium Szeczechoviense pertinet. In qua sunt quinque lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu unum fertonem, item triginta ova, item gallos duos, item faciunt labores, unum diem videlicet in septimana, proprio curru aut aratro, et ducturas faciunt ad rationem dierum; non dant avenam. Item non sunt tabernae. Item sunt ibi hortulaniae tres, nihil solvunt, sed unum tantummodo diem in septimana pedes laborant. Item de omnibus agris solvitur decima manipularis praeposito ecclesiae collegiatae Sandomiriensis pro tempore, et inducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a praeposito locandum, et valor eius aestimatur ad quinque marcas. Item decimam canapalem per unam *kittham*. Confinat cum villis Minori Rayecz, Dzerszkow et Myslszowycze. Donata per milites.

Garno, villa sub parochia ecclesiae de Kowalska Wolya sita, cuius proprietas et dominium ad monasterium de Szeczechow pertinet. In qua sunt sex lanei cmethonales, et quilibet solvit pro annuo censu per unum fertonem, item triginta ova, item duos gallos; item non dant avenam cmethones, item tenentur laborare unum diem in septimana, et faciunt ducturas ad rationem dierum; item non est taberna; item *powabam* laborant utramque. Item hortulaniae duae nihil solvunt, solum unum diem pedes in septimana laborant. Item est ibi scoltetus habens duos laneos liberos, non habet de censu aliquid. Item omnes lanei cmethonales et scoltetiales solvunt decimam manipularem monasterio Szeczechoviensi, et inducitur in horreum propriis curribus, et valor ad sex marcas, et decimam canapalem per unam.... Item praedium ibi coenobiale, de quo non solvit alicui decimam. Confinat cum Stralkow, Slawno, Mlodoczin, Chronowyecz. Villa haec una cum decima pertinebat olim ad episcopatum Cracoviensem, sed Ivo Cracoviensis episcopus permutavit eam pro duabus villis, videlicet Szawlowicze et Garno, et earum decimis, receptis Jaxicze et Landzini et earum decimis.

Czyssztcza, villa sub parochia ecclesiae de Sthaszicza sita, cuius proprietas et dominium ad monasterium Szeczechoviense pertinet. In qua sunt duo lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu per fertonem, item

triginta ova, item duos gallos; item non solvunt avenam, item cmetho quilibet tenetur de laneo laborare unum diem in septimana, et ad rationem dierum faciunt ducturas, item *powabam* non laborant. Item non est ibi taberna. Item sunt ibi hortulaniae tres, nihil solvunt, sed tantummodo pedes laborant unum diem in septimana. Item praedium non est. Item agri cmethonum solvunt decimam manipularem et canapalem, pro ecclesia parochiali in Stanszicza, et valor eius aestimatur ad tres marcas. Item plebanus in Sthanszicza habet ibi unum laneum proprium, de quo tollit et censum et decimam manipularem. Confinat cum oppido Sthanszycza et villa Pawlowicze. Donata per Martinum comitem.

Kobylany, villa sub parochia ecclesiae de Skarzeszow sita, cuius proprietas et dominium ad monasterium Szeczechoviense pertinet. In qua sunt triginta lanei cmethonum, et quilibet solvit pro censu per fertonem, item triginta ova, item duos gallos; item non solvunt avenam, item de laneo tenentur unum diem in septimana laborare, ad rationem dierum in septimana debitorum faciunt ducturas; item tabernae tres habentes agros, quaelibet solvit unam marcam et laborant subsidia. Item hortulaniae duae habentes agros, nihil solvunt sed una ..... Item praedium est ibi, de cuius agris non solvitur decima alicui, sed monasterium tollit eam pro se. Item *powabam* laborant utramque. Item decima manipularis solvitur, et pro monasterio propriis curribus ad horreum inducitur, cuius valor aestimatur ad viginti quinque marcas. Item decima canapalis per unam *kittham*. Item sunt ibi agri, sed pauci, limitatione villae Odanchow adempti, de quibus solvitur decima manipularis custodiae Sandomiriensi. Confinat cum Odanchow, Skarzeszow, Boguslawicze, Clonow. Donata per Sethegium comitem.

Opathkowycze, villa sub parochia ecclesiae de Jaroszin sita, cuius proprietas et dominium ad monasterium Szeczechoviense pertinet. In qua sunt quatuor lanei cmethonales et quilibet pro censu annuo solvit per fertonem, item triginta ova, item duos gallos; item non solvunt avenam, item de laneo tenentur unum diem in septimana laborare, et ducturas ad rationem dierum facere. Item *powabam* laborant pro monasterio utramque. Item tabernae non sunt, neque hortulaniae. Item praedium est coenobiale, de quo non solvit decimam manipularem alicui, sed eam pro se percipit. Item duae hortulaniae habentes agros, sed censum non solvunt, solum unam diem pedestres laborant. Item post omnes agros cmethonum solvitur decima manipularis monasterio Szeczechoviensi, et per incolas in horreum inducitur, valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Item decimam canapalem solvunt per unam ierugam. Confinat cum Jaroszin, Kowalye, Szarne, Pyotrkow, Szmogorzow. Donata per milites.

Schawlowycze, villa sub parochia ecclesiae de Jaroszin sita, cuius proprietas et dominium ad monasterium Szeczechoviense pertinet. In qua sunt tres lanei cmethonales, et quilibet pro censu solvit per fertonem, item triginta ova, item duos gallos; item non solvunt cmethones avenam; item de laneo tenentur laborare unum diem in septimana, et faciunt ducturas ad rationem diei in septimana debiti; item non sunt ibi tabernae; item *powabam* utramque laborant pro monasterio. Item sunt ibi quatuor hortulaniae habentes agros, sed censum non solvunt, solum unum laborant diem. Item praedium est ibi coenobiale, de quo non solvitur alicui decima. Item *powabam* utramque laborant. Item post omnes agros cmethonales solvitur decima manipularis monasterio, et inducitur in horreum ab abbate Szeczechoviensi locandum; valor ad tres marcas. Item decima canapalis per unam *kittham*. Villa haec una cum decima, pertinebat olim ad episcopatum Cracoviensem; sed Ivo Cracoviensis episcopus permutavit eam, et pro duabus villis videlicet Garno et Sawlowicze et earum decimis, recepit Jaxicze et Landzini et earum decimas, a monasterio et abbate Nicolao Szeczechoviensi. Confinat cum Podgorze, Naszilow, Gora, Jaroszin.

Naszylow, villa sub parochia ecclesiae de Jaroszin sita, cuius proprietas et dominium ad monasterium Szeczechoviense pertinet. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu per fertonem, item triginta ova, item duos gallos; item non dant avenam, item de laneo tenentur laborare unum diem in septimana, et ducturas faciunt ad rationem diei, in septimana debiti. Item non est ibi taberna. Item sunt duae hortulaniae habentes agros, non solvunt censum, solum unum diem laborant in septimana. Item praedium ibi coenobiale, de quo non solvitur alicui decima. Item post omnes agros cmethonales solvitur decima manipularis monasterio Szeczechoviensi, et inducitur in horreum per incolas, et valor ad quatuor marcas; item decima canapalis per unam *kittham*. Item est ibi obstaculum optimum, cuius medietas pertinet ad monasterium, medietas in Bochothnicza pro rege, in flumine Visla. Item est ibi vinea coenobialis optima, optimos proferens botros. Confinat cum Woyschin, Zlotniky. Donata per Jaxa ducem.

Rambyerthow, villa sub parochia ecclesiae de Szeczechow sita, cuius proprietas et dominium ad abbatem Szeczechoviensem pertinet. In qua sunt sex lanei cmethonales, et quilibet pro annuo censu solvit per fertonem, item triginta ova, item duos gallos, item tenentur unum diem laborare in septimana, et faciunt ducturas ad rationem dierum in septimana debitorum. Item taberna una habens agros, solvit mediam..... Item una hortulania est, unum diem in septimana pedes laborans et censum non solvens. Item praedium non est. Item humulum non dant. Item *powabam* utramque pro

monasterio laborant. Item decima manipularis solvitur de agris cmethonum monasterio Szeczechoviensi, et inducitur in horreum propriis curribus per cmethones, cuius valor aestimatur ad sex marcas. Item decima canapalis per unam *kittham.* Confinat cum villis Garbathka, Polyczna, Kozynicze, Jedlna, Grodek.

Jakssycze, villa sub parochia ecclesiae de Xangnicze sita, et per Jaxam comitem Myechoviensem monasterio Szeczechoviensi Ordinis Sancti Benedicti, Cracoviensis dioecesis, perpetuo donata et inscripta, cuius etiam decima una cum praediali ad monasterium Szeczechoviense pertinebat.

Landzini, villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam, per Jaxam comitem Myechoviensem, monasterio Szeczechoviensi Ordinis Sancti Benedicti, Cracoviensis dioecesis, perpetuo donata et inscripta, cuius etiam decima, una cum praediali, ad monasterium Szeczechoviense pertinebat. Istas duas Jaksycze et Lyendzyny, Ivo Cracoviensis episcopus a monasterio Szeczechoviensi cambivit, et cum decimis earum, pro duabus villis Garna et Schawlowicze.

Lanczna, villa sub parochia ecclesiae de Lanczna sita oppido, cuius proprietas et dominium ad monasterium Szczechoviense pertinet. In qua sunt sex lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu sedecim grossos monasterio, item triginta ova, item duos gallos, item duos choros avenae aequalis mensurae; item laborant unum diem de laneo in septimana. Item *powabam* utramque laborant pro monasterio. Item sunt ibi duae piscinae, super fluvio Swaczycza sitae, cum duobus molendinis, et solvunt ambo metretas. Item duae tabernae habentes agros, quaelibet solvit unam marcam. Item septem hortulaniae, non solvunt. Item decima post omnes agros cmethonales monasterio manipularis solvitur, et valor eius aestimatur ad sex marcas. Item est ibi praedium, quod nulli solvit decimam, sed eam pro se tollit. Item sunt in eadem villa borrae vastae et sylvae. Item circa curiam parvus lacus. Item sunt ibi quinque lacus, videlicet Osthwisz, Nadrib, Ostwiszek minus, Rikaczow et Teszaczin. Item serunt pro aestate et hyeme certos agros, et disponunt utramque *powabam.* Item decima canapalis per unam *kitham.* Item quilibet de laneo pro festo Paschae unum phaszonem, vel unum grossum. Confinat cum villis Laczuchow, Lanczna oppido, Swirczow et Wrzesczin. Donata per Jaxa ducem.

Szthpycza, villa sub parochia ecclesiae de Lanczna oppido sita, cuius proprietas et dominium ad monasterium pertinet. In qua sunt novem lanei cmethonales, et quilibet solvit pro annuo censu monasterio Szczechoviensi octo scottos, item triginta ova, item duos gallos, duos caseos, item duos choros avenae aequales, item tenetur laborare unum diem de laneo in septimana, proprio curru aut aratro. Item tabernae tres habentes agros,

duae solvunt per unam marcam, tertia mediam marcam. Item hortulaniae non sunt. Item praedium non est. Item *powabam* utramque laborant pro monasterio. Item tenentur pro hyeme et aestate certos agros serere et disponere. Item post omnes agros cmethonales datur decima manipularis pro monasterio, et inducitur per cmethones in horreum propriis curribus, et valor ad novem marcas. Item decimam canapalem per unam *kittam*. Item est ibi scoltetus, habens duos agros liberos, de quibus decima monasterio in Szeczechow solvitur manipularis. Confinat cum Laczuchow, Czyechanky, Cziczow. Donata per Jaxa ducem.

Brzozowa Wolya, villa sub parochia ecclesiae de Lanczna oppido sita, cuius proprietas et dominium ad monasterium Szeczechoviense pertinet. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu per unum fertonem, item triginta ova, item duos gallos, item duos caseos, duos choros avenae. Item tenentur laborare unum diem in septimana, proprio curru aut aratro. Item taberna una habens agros, solvit unam marcam. Item hortulaniae duae, non habent agros, non solvunt censum, solum unum diem in septimana pedestres laborant. Item praedium non est, neque scoltetia. Item *powabam* utramque laborant pro monasterio. Item decima manipularis solvitur de omnibus agris cmethonum, monasterio Szeczechoviensi, et inducunt eam cmethones propriis curribus in horreum, ab abbate locandum, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Item decimam canapalem per unam ierugam. Confinat cum Laczuchow, Czechanky, Cziczow.

Lanczenska Wolya, villa sub parochia ecclesiae de Laczna sita, cuius proprietas et dominium ad monasterium Szeczechoviense pertinet. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, et quilibet pro censu solvit octo scottos, item triginta ova, item duos gallos, item duos caseos, item duos choros avenae; item tenentur quolibet die laborare quandocumque eis mandatur. Item taberna una habens agros, et solvit unam marcam; item hortulaniae non sunt, item praedium non est. Item decima post omnes agros cmethonales solvitur monasterio Szeczechoviensi, et inducitur per cmethones in horreum ab abbate locandum, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Item *powabam* utramque laborant pro monasterio. Confinat cum villis Laczuchow, Czyechanky, Cziczow. Donata per Jaxam ducem.

Zlothniky, villa sub parochia ecclesiae de Wawrzinczicze sita, cuius proprietas ad coenobium Szeczechoviense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu duos gallos, item triginta ova, item duos caseos, item taberna una habens agros, solvit pro censu quatuor marcas, item hortulaniae, item praedium ibi optimum coenobiale, de cuius agris non solvitur alicui decima manipularis, sed illam abbas et monasterium pro se tollit, et in horreum suum inducit. Item decima manipularis solvi-

tur ecclesiae parochiali in Wawrzinczicze, de omnibus agris, et tenentur illam propriis curribus inducere in horreum a plebano de Wawrzinczicze locandum, et valor eius aestimatur ad viginti marcas. Item decimam canapi solvunt. Item unum diem quilibet de laneo in septimana pedestri itinere et labore laborat. Item ducunt ex Wyeliczka aut Cracovia pro necessitate monasterii Szczechoviensis, propriis curribus et equis, usque ad oppidum Slup Calvi Montis, et illic deponere ..... Confinat cum villis Bothurzynek, oppido Wawrzinczicze. Donata per Jaxa ducem.

Dzewcza gora, villa sub parochia ecclesiae de Wawelnicza sita, fuit quondam monasterii Szeczechoviensis ad eius pertinens proprietatem; sed alienata est a monasterio Szeczechoviensi, incertum quomodo aut tempore, aut ex qua causa, et pertinet nunc proprietas eius ad rectorem ecclesiae parochialis in Wawelnicza. Donata per Henricum ducem Sandomiriensem.

Lyesszna alias Lyanszna, villa sub parochia ecclesiae de Sthanszycza sita, quae una cum lacu optimo villae eidem annexo fuit quondam monasterii Szeczechoviensis; sed alienata est a monasterio Szeczechoviensi, incertum quomodo aut quo tempore, aut ex qua causa, et pertinet nunc proprietas eius ad serenissimum Poloniae regem. Lacus tamen optimus eiusdem villae, simul cum villa per Henricum ducem Sandomiriensem monasterio Szeczechoviensi donatus, villa alienata, in proprietate et possessione monasterii remansit, tenetque illum monasterium Szeczechoviense, habens usum eius pacificum et quietum in hanc diem. Donata per Henricum ducem Sandomiriensem.

Brzescze, villa sub parochia ecclesiae de Szeczechow sita, cuius proprietas cum omni iure ad monasterium Szeczechoviense pertinebat; sed a flumine Vistula alias Visla, alveum suum variis circulationibus variante, absorpta est; remanent tamen eiusdem villae prata et nemus, quae omnia ad monasterium Szeczechoviense et eius proprietatem pertinent pleno iure. Donata per Sethegium comitem.

Swyanczycza, villa etsi contineatur in Boleslai Pudici Cracoviensis et Sandomiriensis ducis renovatae fundationis privilegio, et dubium non est, quin villa ipsa aliquando in rerum natura fuerit, hodie tamen ex hominum memoria illius nomen et situs depulsa sunt, sed et ipsa Vistulae fluminis alluvione absorpta et consumpta est, adeo, ut nec eius aliqua culmina aut vestigia memorentur relicta. Donata per Sethegium comitem.

Theloneum in Pyotrawin.

Pyotrawin, villa iuxta fluvium Vistula sita, in qua est ecclesia parochialis, Sancto Thomae Apostolo et S. Stanislao Martyri atque pontifici dicata, cuius proprietas ad episcopum Cracoviensem pertinet; in qua Beatissimus Stanislaus Cracoviensis episcopus Petrum militem triennio in sepulchro foetentem, resuscitatum ex mortuis ad tribunalia Boleslai Secundi Poloniae regis duxit in testem. In hac quondam fuit regale sive ducale theloneum, quod ad monasterium Szeczechoviense ex donatione Henrici Sandomiriensis ducis pertinebat; sed abstractum processu dierum et alienatum est, nec in praefata villa Pyotrawin in praesentiarum alicuius thelonei extat memoria. Donatum per Henricum ducem Sandomiriensem.

Jassztiikow primum, villa sub parochia ecclesiae de Garbow sita, pertinet, pertinereque debet ad monasterium Szeczechoviense; sed abstracta est a monasterio, et occupata est nunc per Johannem, Nicolaum, Grothonem et Bernhardinum fratres de domo Rawa. Donata per Jaxa ducem.

Jaszthkow secundum, villa sub parochia de Garbow sita, cuius proprietas pertinet, pertinereque debet ad monasterium Szeczechoviense; sed abstracta est a monasterio Szeczechoviensi, et occupata nunc per Johannem, Nicolaum, Grothonem et Bernhardinum de domo Rawa. Donata per Jaxa ducem.

Jaszthkow tertium, villa sub parochia de Garbow sita, cuius proprietas pertinet, pertinereque debet ad monasterium Szeczechoviense; sed abstracta est a monasterio Szeczechoviensi, et occupatur nunc per Johannem, Nicolaum, Grothonem et Bernhardinum de domo Rawa. Donata per Jaxam ducem.

Supra scriptas tres villas, quae alias fuerant distinctae, nunc vero iam coniunctae unam villam efficiunt, abbates Szeczechovienses iure terrestri in colloquiis Lublinensibus repetebant in occupatoribus, fuissetque pro monasterio pronunciatum ut praefatae tres villae fuissent pro monasterio Szeczechoviensi adiudicatae, tanquam haereditates monasterii, iustissime sibi pro dote in fundationis privilegio donatae; sed per negligentiam abbatum et suorum factorum, res tota in termino peremptorio periit, et in contumaciam abbatis pro iniustis occupatoribus sententia etsi secundum ius Polonicum terrestre iusta, secundum tamen ius divinum iniquissima lata est.

Osthfysch, villa quondam fuit sub parochia ecclesiae de Lanczna oppido sita; sed universa disperiit, et non remanet nisi lacus bonus cum suis pertinentiis et circumferentiis, cuius proprietas etiam nunc pertinet ad

monasterium Szeczechoviense pleno iure, cum aliis lacubus et stagnis, ex quibus monasterio Szeezechoviensi foecunditas piscium solet provenire, non minorem fructum afferens, quam si villa ipsa et locata hominibus foret. Donata monasterio per Jaxam ducem.

NATHRYP, villa quondam fuit sub parochia ecclesiae de Lanczna oppido sita; sed a longo tempore desertata, neque vestigium quidem villae retinet; est tamen illic lacus optimus, qui illud nomen servat, cum suis pertinentiis et circumstantiis, cuius proprietas etiam nunc pertinet ad monasterium Szeczechoviense pleno iure, afferens singulis annis monasterio piscium ubertatem. Donata per Jaxa ducem monasterio.

JASSZTHKOWA DAMBROWA alias OPATHKY, villa quondam fuit locata hominibus et culta, sub parochia ecclesiae de Garbow sita, cuius proprietas ad monasterium Szeczechoviense pleno iure pertinebat; sed a circumadiacentibus et vicinis villis et haeredibus earum per vim et iniuriam direpta et mutilata est, nemine defensionem opponente, et universa deleta a villis Jasthkow et Lyesszyecz, Pyotrowicze et direpta. Donata monasterio per Jaxa ducem. Alienatio autem villae praefatae et direptio maxime ex eo fertur provenisse, quia Johannes Bothurzinsky abbas nobilis de domo Czewnya tunc Szeczechoviensis, scoltetiam villae praefatae Opathky Petro Lyesszyeczsky pro certa pecuniae summa vendidit, qui ex vicinitate multa occupare coepit, cuius exemplum alii vicini sequuti, praefatae villae residuitatem occupaverunt, et occupare non desistunt in hanc diem.

SZYEDLCZE, villa quondam fuit locata hominibus et culta, ad proprietatem monasterii pertinens; sed vel alluvione, vel direptione violenta, aut aliquo alio casu disperiit, et nec nomen illius scitur, aut vestigium, aut locus in privilegio tamen fundationis, inter villas, quas Sethegius comes monasterio Szeczechoviensi contulit, scripta et inserta est. Donata per Sethegium comitem monasterio.

OSTROW MAIUS, OSTROW MINUS, ambae duae villae praefatae cultae et locatae hominibus erant, sub parochia de Szeczechow oppido sitae, in vastis nemoribus positae, quarum cmethones incolae, quum in saltibus degendo, animis efferatis in furta et praedocinia se dissolverant, nec ullo pacto poterant a furtis et praedis cohiberi, undis et sylvis, in quas refugiebant tutati, eiecti itaque exinde sunt et exterminati, sylvae tamen ipsae et loca, in quibus culmina villarum praefatarum habebantur, ad proprietatem monasterii Szeczechoviensis pertinent, et habentur illic piscinae, prata, apum alvearia, venationes et caeterae commoditates ad usum monasterii et ad ius pertinentes. Donatae per Sethegium comitem monasterio.

LYPTHOW, villa quondam fuit hominibus locata et possessa et culta, ad

proprietatem monasterii Szeczechoviensis pertinens; sed incertum est quo casu aut tempore, aut qua ex causa disperiit, nec habentur eius loca aut vestigia, in fundationis tamen privilegio in numero villarum, quas comes Sethegius monasterio Szeczechoviensi in dotem contulisse scribitur, inserta est. Donata per Sethegium comitem monasterio.

Chechly, in hoc loco nunquam fuit villa, sed fuerunt ab initio ut et nunc sunt, optima et lata prata, in fundationis quoque privilegio Chechly prata nominantur, non villa; haec siquidem prata cum a principio fundationis monasterii Szeczechoviensis, usque ad tempora Vladislai Secundi natione Lithvani, Poloniae regis, qui apud Polonos anno Domini 1386. regnare coepit, ad proprietatem monasterii Szeczechoviensis absque controversia pertinuisset, sub regimine tamen praefati Vladislai Poloniae regis, vel iussione sua parum considerata, vel quod magis crediderim, suorum officialium improba temeritate occupata sunt, et a monasterio Szeczechoviensi abstracta, detinentur in hanc diem occupata, assidue divinam, nisi restituantur, expetentia ultionem. Donata per Krziwoszadum comitem.

Orzechow, villa quondam fuit culta et possessa, ad proprietatem Szeczechoviensis pertinens monasterii, sub numero villarum, quae Szeczechoviensi in dotem dabantur monasterio, in privilegio fundationis comprehensa; sed fertur periisse, aut in desolationem versa esse, nec aliqui supersunt, qui eius possint monstrare locum aut vestigia, aut fluminis Vistulae alluvione absorpta. Donata monasterio per comitem Martinum.

Ploszowycze, villa sub parochia ecclesiae de Wargoczino sita, cuius proprietas quondam ad monasterium Szeczechoviense pertinebat, in dotem et ipsa data circa fundationem monasterio, per regni Poloniae milites et proceres. Sed alienata est a monasterio Szeczechoviensi, vel ex causa permutationis cambita, vel calumniose, aut per vim usurpata, et tenet eam nunc Dobrogoscius de Lyanszenicze nobilis de domo Nalyancz. Donata monasterio per milites.

Brzesscze, villa sub parochia ecclesiae de Stanszicza sita, cuius proprietas quondam ad monasterium Szeczechoviense pertinebat, pro dotali munere et ipsa in fundatione monasterio Szeczechoviensi, per regni Poloniae milites et proceres donata et inscripta; sed abstracta est a Szeczechoviensi monasterio, incertum ex quo tempore, casu, necessitate aut causa, et tenent eam nunc milites de domo Thaurorum. Donata monasterio per milites.

Szglysszyn alias Slyszin, villa sub parochia ecclesiae de Szeczechow sita, ad proprietatem monasterii Szeczechoviensis pertinens pleno iure, quae etsi olim fuerit ab agricolis culta et possessa, hactenus tamen in desolationem redacta est, et natae exortaeque sunt in eius agris vastae et densae sylvae, in paludinibus enim et undosis locis sita est, nec propter

aquarum exundantiam, foecunditas illic frugum poterat pervenire; sylvae tamen huiusmodi et paludes etiam nunc ad monasterium Szeczechoviense pertinebant et hactenus pertinent, absque omni controversia pleno iure. Donata monasterio per milites.

In ducatu Maszoviae villae:

Ulazow alias Lazow, donata monasterio per Petrum Pyotrkonis filium militem.

Orzechow, donata monasterio per Petrum Pyotrkonis filium militem.

Boguphalowo alias Boguslaw, donata monasterio per Petrum Pyotrkonis filium militem.

Tribulycze, donata monasterio per Petrum filium Pyotrkonis militem.

Has quatuor villas ad monasterium Szeczechoviense iure perpetuo dotali pertinentes, ct per Petrum Pyotrkonis filium militem eidem monasterio donatas, quas monasterium Szeczechoviense annis multis possidebat, Semovitus et Casimirus duces Mazoviae violenter a monasterio Szeczechoviensi abstulerunt, contra quos Clemens papa Sextus ad archiepiscopum Gneznensem dederat conquestum, quod habetur originaliter in monasterio Szeczechoviensi, sed villae detinentur violenter, et iacent villae praefatae post oppidum Makow et prope villam Gdzow.

Decimae manipulares monasterii Szeczechoviensis, in oppido Szeczechow et villis eiusdem monasterii consistentes.

Oppidum Szeczechow, Wolya Szeczechowska, alias Podolschany sive Swyanczycza, Zalyesze, Mosszolycze, Garno, Kobylyany, Opathkowicze, Szawlowycze, Nasszylow, Rambyerthow. Lanczna, Sthpicza, Brzozowa Wolya, Lanczenska Wolya, Has omnes decimas manipulares ad monasterium Szeczechoviense pertinentes, et per Lampertum episcopum Cracoviensem donatas monasterio Szeczechoviensi, circa descriptionem villarum ad plenum iam descripsimus.

Decimae manipulares monasterii Szeczechoviensis in villis militaribus.

Zakrzow, villa habens in se ecclesiam parochialem ligneam, cuius haeredes Eustachius et Derslaus fratres de armis Lewarth. In qua

sunt viginti lanei cmethonales; perceptio autem decimae diversificatur, una enim pars minor de agris versus villam sitis, cedit praeposituræ Sandomiriensi, et solvit per quatuor ierugas canapi et inducunt in horreum praepositi, cuius valor ad duodecim marcas aestimatur; secunda pars maior post agros aliquos cedit abbati Szeczechoviensi, et fluvius Dunay dividit alias Polya Myelczowska; de tertia vero parte cedit decima decano Kyelczensi post modicos campos, qui vocantur *przymyarky*. Item est ibi unum praedium militare et quinque hortulaniae, de quorum agris solvitur decima in Zakrzow. Item sunt etiam in eadem villa tres tabernae, de quorum agris datur decima in Zakrzow.

Wawrzyszow, villa sub parochia ecclesiae de Mnysek sita, cuius proprietas ad monasterium Wanchoczense pertinet. In qua sunt viginti lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro ecclesia et monasterio Szeczechoviensi, et valor eius aestimatur ad duodecim marcas, aliquando ad quindecim, aliquando ad viginti. Item tabernae duae habentes agros, de quibus decimatur ecclesiae in Mniszek. Item hortulani. Item est in eadem villa praedium monasterii Wanchoczensis, de quo nulli decimam manipularem solvit sed eam pro se tollit, et in horreum suum inducit.

Wolya Wawrzyschowska, Rogowa Wolya hodie vocatur, villa sub parochia ecclesiae de Mnisek sita, cuius proprietas et dominium ad monasterium Wanchoczense pertinet. In qua sunt duo lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis, et per quatuor ierugas canapalis monasterio Szeczechoviensi, et valor eius aestimatur ad duas marcas. Item non est praedium. Item taberna una. Item hortulania una.

Gulina Kasszowska, villa sub parochia ecclesiae de Zakrzow sita, cuius haeres Johannes Kasszowsky nobilis de armis Janyna. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus, solvitur decima manipularis et canapalis monasterio Szeczechoviensi. Item taberna. Item hortulani. Item praedium unicum militare, de cuius agris solvitur decima manipularis pro ecclesia parochiali in Zakrzow.

Gulyna Gulynsky, villa sub parochia ecclesiae de Zakrzow sita, cuius haeres Johannes Gulinsky nobilis de domo Janina. In qua sunt lanei cmethonales, de quorum agris solvitur decima manipularis, et per... ierugas canapalis, monasterio Szeczechoviensi. Item est ibi unicum praedium militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae in Zakrzow. Item taberna. Item hortulani.

Nova Czyerkew, villa habens in se ecclesiam parochialem ligneam, cuius haeres Nicolaus Dzyk, nobilis de domo Dolywa. In qua lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et inducitur decima manipularis, et

per . . . ierugas canapalis monasterio Szeczechoviensi, et valor eius aestimatur ad septem marcas. Item praedium est unicum militare, de quo solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Nova Czerkew; item taberna, item hortulani.

ZATHOPOLYCZE, villa sub parochia de Nova Czerkyew sita, cuius haeres Nicolaus Dzyk nobilis de armis Dolywa. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et per . . . ierugas canapalis monasterio Szeczechoviensi, et valor eius aestimatur ad septem marcas. Item praedium, item taberna, item hortulani.

Decimae manipulares monasterii Szeczechoviensis in districtu Czyrzyczensi.

PRZENOSZA, villa sub parochia de Crzidlna sita, cuius proprietas ad Johannem, Marcum, Georgium, Ratholdum fratres de armis Szyarzya pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et de omnibus solvitur decima manipularis et canapalis, et conducitur pro monasterio Szeczechoviensi, et valor eius aestimatur ad . . . . . Item tabernae, item hortulaniae; item praedium non est.

RACZYBORZANY, villa sub parochia ecclesiae de Crzidlna sita, cuius haeres Johannes Swyeczka de domo et familia Szyarzya. In qua sunt lanei cmethonales, et de omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Szeczechoviensi et valor eius ad . . . . Item tabernae. Item hortulaniae. Item praedium est ibi unicum, de quo solvitur decima manipularis ecclesiae in Krzidlna.

JANOWYCZE, villa sub parochia de Dobra sita, cuius haeres Lyaszek Wyernkonis de domo et familia Janina. In qua sunt lanei cmethonales, et de omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Szeczechoviensi, et valor eius . . . Item taberna. Item hortulani. Item praedium est unicum ibi, de quo solvitur decima manipularis ecclesiae in Krzidlna.

MYRZEN, villa sub parochia de Raczechowicze sita, cuius haeres Slawyecz de Toppolya nobilis de domo et familia Szyarzya. In qua sunt lanei cmethonales, et de omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro monasterio Szeczechoviensi, et valor eius aestimatur ad . . . marcas. Item tabernae. Item hortulaniae. Item praedium est ibi unicum militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae in Raczechowicze.

KOSTRZECZ, villa sub parochia de Skrzydlna sita, cuius haeres Petrus Kostrzeczsky de domo Szyarzya. In qua sunt lanei cmethonales,

et de omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Szyeczechoviensi, et valor eius aestimatur ad .... marcas. Item taberna. Item hortulaniae. Item praedium est ibi unicum, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Skrzydlna.

Wylkowysko utraque, villa habens parochialem ecclesiam in se sitam, cuius haeredes Nicolaus Buczinsky de Strepe et Bogdan de armis et familia Szyarzya. In qua sunt lanei cmethonales, et de omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Szeczechoviensi, et valor eius aestimatur ad ... marcas. Item taberna; item hortulaniae; item praedium est ibi unicum, de quo ecclesiae in Wilkowisko solvitur.

Slup, villa sub parochia ecclesiae Sancti Johannis in Gora, cuius haeredes Petrus et Johannes fratres nobiles de domo et familia quae vocatur Druszina. In qua sunt lanei cmethonales, et de omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Szeczechoviensi, et valor eius aestimatur ad ... marcas. Item taberna, item hortulani, item praedium est ibi unicum, de cuius agris solvitur decima manipularis monasterio Szeczechoviensi in *gonithwam*.

Craszne, villa sub parochia de Gora sita, cuius haeres Petrus Slupsky de domo et familia Druszina. In qua sunt lanei cmethonales, et de omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Szeczechoviensi, et valor eius aestimatur ad ... marcas. Item taberna. Item hortulani. Item praedium non est ibi.

Kawyecz, villa sub parochia de Gora, et haeredes sub parochia de Gruschow, sita, cuius haeredes Nicolaus stirpe Czarnkowsky de domo Polukoszya, et Jacobus Bodzantha de domo Strepe. In qua sunt lanei cmethonales, et de omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Szeczechoviensi, et valor eius aestimatur ad ... marcas. Item taberna. Item hortulani. Item praedia tria militaria, de quibus omnibus solvitur decima manipularis ecclesiae in Gruschow.

Grusschow, villa parochialem ecclesiam habens in se, cuius haeredes Johannes Czarnkowsky de domo Polukozya et Johannes de Bodzantha. In qua sunt lanei cmethonales, et de omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Szeczechoviensi, et valor eius aestimatur ad ... marcas. Item taberna. Item hortulani. Item praedia quatuor militaria, de quibus omnibus solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Gruschow.

Raczechowycze, villa parochialem ecclesiam habens in se, cuius haeres Widzga de Raczechowicze nobilis de armis et familia .... In qua sunt lanei cmethonales, et de omnibus solvitur et conducitur decima

manipularis et canapalis pro monasterio Szeczechoviensi, et valor eius aestimatur ad . . . . marcas. Item taberna. Item hortulani. Item praedium unicum militare de cuius agris solvitur decima manipularis in Raczechowicze.

COMORNIKY, villa sub parochia de Raczechowicze sita, cuius haeres Henricus Camyenyeczky castellanus Sanoczensis de domo Pylawa. In qua sunt lanei cmethonales, et de omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Szeczechoviensi, et valor eius aestimatur ad . . . marcas. Item taberna. Item hortulani. Item praedium non est aliquod militare.

KOMORNYCZSKA WOLYA, villa sub parochia de Raczechowicze sita, cuius haeres Sbigneus Stadniczsky de armis et familia Druszina. In qua sunt lanei cmethonales, et de omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Szeczechoviensi, et valor eius aestimatur ad . . . marcas. Item taberna. Item hortulani. Item praedium non est aliquod militare.

DAMBYE MAIOR, villa sub parochia ecclesiae de Gora alias de Czyrzycz sita. In qua sunt lanei cmethonales, et de omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Szeczechoviensi, et valor eius aestimatur ad . . . . marcas. Item taberna. Item hortulani. Item praedium.

DAMBE MINOR, villa sub parochia ecclesiae de Gora alias de Czyrzycz sita. In qua sunt lanei cmethonales, et de omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Szeczechoviensi, et valor eius aestimatur ad . . . marcas. Item taberna. Item hortulani. Item praedium.

POGORZANY, villa sub parochia ecclesiae de Gora sita, cuius proprietas et dominium ad monasterium Czyrzyczense pertinet. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, et de omnibus solvitur et conducitur pro una medietate decima manipularis et canapalis pro monasterio Szeczechoviensi, et valor eius aestimatur ad duas marcas; pro altera autem medietate solvitur pro monasterio Czyrzyczensi, et valor eius aestimatur ad duas marcas. Item taberna. Item hortulaniae. Item est in eadem villa praedium coenobiale, de quo nulli solvit decimam manipularem, sed eam pro se tollit et in horreum suum inducit.

ABRAMOWICZE, villa sub parochia ecclesiae de Gora sita, cuius dominium ad monasterium Czyrzyczense pertinet. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, et de omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Szeczechoviensi, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Item taberna. Item hortulani. Item est in eadem villa praedium

coenobiale, de cuius agris nulli solvit decimam, sed eam pro se tollit et in horreum suum inducit.

LUBOMIRZ, villa sub parochia de Lapanow sita, cuius haeres Petrus Lubomirzsky de domo et familia Druszina. In qua sunt lanei cmethonales, et de omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Szeczechoviensi, et valor eius aestimatur ad ... marcas. Item taberna. Item hortulani. Item praedium unicum, de quo decima manipularis ecclesiae in Lapanow.

VILLA SBISKONIS, villa sub parochia ... sita. In qua sunt lanei cmethonales, et de omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Szeczechoviensi, et valor eius aestimatur ad ... marcas. Item praedium. Item taberna. Item hortulani.

BOYANCZYCZE, villa sub parochia de Gora sita. In qua sunt lanei cmethonales, et de omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Szeczechoviensi, et valor eius aestimatur ad ... marcas. Item taberna. Item hortulani. Item praedium.

LYPPE, villa sub parochia de Gora sita, cuius haeres Stanislaus Lypsky nobilis de domo Druszina. In qua sunt lanei cmethonales, et de omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Szeczechoviensi, et valor eius aestimatur ad ... marcas. Item taberna. Item hortulani. Item praedium unicum, de quo solvitur decima manipularis.

SYROSLAWYCZE, villa sub parochia de Gora sita, cuius haeres Slawyecz de Toppolya nobilis de domo Szyarza. Item sunt in eadem villa lanei cmethonales, et de omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro monasterio Szeczechoviensi, et valor eius aestimatur ad ...... marcas. Item taberna. Item hortulani. Item praedium non est.

SZYGARTHOWYCZE, villa sub parochia de Gora sita, cuius haeres Sbigneus Stadniczsky nobilis de domo et familia Druszina. In qua sunt lanei cmethonales, et de omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Szeczechoviensi, et valor eius aestimatur ad ... marcas. Item taberna. Item hortulani. Item praedium est ibi unicum, de quo solvitur decima manipularis praebendario ecclesiae in Gdow.

SZAWA, villa sub parochia de Gruszow sita, cuius haeredes Svanthoslaus Knoth et Johannes fratres de armis et familia Starzykony. In qua sunt lanei cmethonales, et de omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Szeczechoviensi, et valor eius aestimatur ad .... marcas. Item taberna. Item hortulani. Item praedia duo militaria, depositis cmethonibus noviter facta sunt, quae nunquam ibi fuerunt et decimant decimareque tenentur monasterio Szeczechoviensi in *gonithwam.*

Lyasszoczicze, villa sub parochia ecclesiae de Gora sita, cuius haeres Stanislaus Lubomirsky nobilis de domo et familia Druszina. In qua sunt lanei cmethonales, et de omnibus solvitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Szeczechoviensi, et valor eius aestimatur ad .... marcas. Item taberna. Item hortulani. Item praedium est ibi unicum, de quo solvitur decima manipularis.

Wylkowyska, villa habens parochialem ecclesiam in se sitam. In qua sunt lanei cmethonales, et de omnibus solvitur et conducitur pro monasterio Szeczechoviensi, et valor eius aestimatur ad ... marcas. Item taberna. Item hortulani. Item praedium.

Mellificia.

Item monasterium Szeczechoviense et ex propriis villis iam descriptis, apum alvearia habentibus, et ex circumvicinis aliis haereditatibus seu villis, in sylvis, borris, nemoribus et saltibus, ad monasterium Szeczechoviense et eius proprietatem pertinentibus, mellificia tenentibus, habet de melle crudo notabiles datias et obventiones, iuxta quantitatem alveariorum, et proveniunt de melle crudo quinquaginta, aliquando sexaginta urnae.

Coenobium Sanctimonialium Ordinis Sancti Benedicti in STHANYATHKY.

Monasterii Sanctimonialium in Sthanyathky Cracoviensis dioecesis ordinis Sancti Benedicti primarius fuit fundator, auctor et dotator, vir nobilis et insignis comes Clemens de Russcza castellanus Cracoviensis, ex prosapia apud Polonos spectabili Griffonum ducens genus, quae album gryphum in coccineo campo defert pro insigni, Deum valde amans et in cultum eius fervidus, in membra quoque illius, egenos videlicet, orphanos, pupillos, viduas et quaslibet miserabiles personas caritate diffusus; qui et laudis divinae procuraturus amplitudinem, et virginibus ac foeminis devotis religiosis, ac coelibem vitam ducere, solique amori sponsi aeterni prae filiis hominum speciosi, inhaerere, esse quoque mente et corpore sanctas aestuantibus provisurus, in fundo patrimonii sui, et vico appellato Sthanyąthky ad torrentem Strumyen dictum, nonnisi tribus milliaribus a Cracovia distante sito, claustrum sanctimonialium anno Domini 12 ...... sub pontificatu .... episcopi Cracoviensis fundat, et tam ecclesiam, quam

monasterium, eiusque officinas cocto latere suis sumptibus fabricat. Cui et fundum ac vicum praefatum Sthanyąthky, item villas Lyppowa, Zagorze, Babicze, Roszkochow, Luszowicze, Dlugoszin, Czeskowicze, Jaworno mediam, item Smolycze cum castoribus, item oppidum Zathor cum castoribus, item Kanthy oppidum, item Czelyadz oppidum supra flumen Brzennycza situm cum castoribus, et tabernam Withow prope Schyewior, et de terra ad viginti aratra magna quae a vulgo tunc *narok* dicebatur, item Ostrow, item Podlanszye, quas duas villas acceperat per cambium pro Lanthkowicze et Woszniky, item Lyanskowicze cum castoribus et molendino supra Rabam, item villas Plonsze, Zagrodzye, Nabusze, Druszow, Przemanczany, Szycze, Lusszowicze; item villam optimam Clymyonthow, ex suo nomine sic appellatam, in dotem confert et assignat. Ad cohonestandum quoque filiae suae Wyszenczae ad dictum monasterium in Sthanyathky ingressum, villam Nyem̀yl monasterio praefato perpetue donat, quasi prior donatio parum sufficiens fuisset. Ex cuius quidem dotis magnitudine, regia verius quam militari, et devotionem religionemque viri et eius abundantiam poteris aestimare, qui ecclesiam huiusmodi et monasterio fabricatis, calices, cruces, casulas, cappas et singula ecclesiastica cumnilia, eidem loco munifica donatione dum viveret, est largitus. In cuius monasterii sacristia, ita enim vivens ordinaverat, una cum coniuge sua Raczslawa, foemina frugi et honestis moribus plena, separatis sarcophagis sepultus requiescit. Cuius exemplar secutus nepos suus Andreas Plocensis episcopus, qui anno Domini 1238 petalum pontificale in ecclesia Plocensi gerere coepit, filius Marci de Brzesznicza palatini Cracoviensis, generis et ipse Gryphum deferentium, et fratres sui germani Janko comes castellanus de Ruda et Wyrzbyantha praepositus de Stanyathky, bona notabilia et haereditates paternas eidem monasterio in Sthanyathky, videlicet villam Brzesznicza cum ecclesia parochiali Beati Clementis villae eiusdem et decimis ad parochialem eandem ecclesiam pertinentibus, item villam Lyopyankam cum sale, item haereditatem Vincentii, quae nunc Bochnya dicitur item villas Birkow, Nidoluszicze, Wisznicze, Dobronyowicze, Czyendaczowicze, item duas portiones salis ad Magnum Salem, quae a vulgo Pyeczini et Korcze dicuntur, perpetuo inscripsit, contulit et donavit. Donationes autem praefatae monasterio in Stanyanthky praedicto, per Clementem castellanum Cracoviensem, et per Andream episcopum Plocensem, sicut praemisimus factae, non debent censeri incredibiles, aut revocari ex eo in dubium, quod monasterium in Stanyanthky haereditates, oppida et villas praefatas hactenus plenarie non possidet; processu enim temporis, aliquae earum pro aliis haereditatibus cambitae sunt, aliquae

necessitate impellente venditae, aliquae per tyrannidem principum et procerum ablatae et occupatae per violentiam. Itaque non est mei propositi haereditates praefatas omnes, quas in dotem constat fuisse monasterio praefato, collatas describere, cum iam in aliorum transiverunt sortem et proprietatem; sed duntaxat eas, in quarum monasterium in Sthanyatky est proprietate et possessione, ne et ipsae abstrahantur a ditione monasterii, tam devote et religiose fundati, et in exterorum transferantur iniustam occupationem, a qua illud regestrum praesens et descriptio, non secus quam aliquod privilegium, poterit vindicare; bona itaque monasterii in Sthanyathky, in quorum nunc est possessione, inscripta esse dinoscuntur.

Hoc quoque huic operi inserendum est; quod in fundatione monasterii de Sthanyathky comes Clemens de Russcza castellanus Cracoviensis voluit, ordinavit et instituit, ut triginta ad minus sorores in praefato coenobio habitent continue et foveantur, cum et pro pluribus sororibus bona temporalia sufficiant. Item quod praepositus eiusdem monasterii in Sthanyathky ex Thynicziensi monasterio assumendus, quinque fratres ordinis sui secum teneat, et bona monasterii provide et modeste gubernet, et temporalis existens, ad voluntatem et decretum episcopi Cracoviensis possit pro quolibet tempore destitui, et amoveri. Item voluit et ordinavit, ut sorores praefati coenobii, ex iusta et legitima causa, et de licentia episcopi Cracoviensis, possent ad religionem Cisterciensium transire, et se ac dictum coenobium in Sthaniathky ad dictum ordinem transferre.

Sthanyathky, villa sub parochia ecclesiae de Brzesze sita. In qua sunt sex lanei cmethonales, et proprietas villae pleno iure pertinet ad abbatissam et sanctimoniales monasterii in Sthanyathky, et villa praefata est fundus praefati monasterii in Sthanyathky; et quilibet cmetho de laneo solvit pro annuo censu sedecim scottos communis pecuniae, item viginti ova, item duos gallos, item duos caseos, item quilibet cmetho de laneo, a festo Sancti Michaelis, usque ad festum Sancti Johannis, tenetur laborare tres dies proprio curru aut aratro, a festo vero Sancti Johannis, usque ad festum Sancti Michaelis, de laneo quolibet die tenentur laborare, praeter diem sabbati; item quilibet de laneo solvit duos choros avenae mensurae Cracoviensis confertae. Item sunt in eadem villa duo hortulani, habentes agros, et quilibet solvit pro censu annuo unum fertonem, et unum diem pedestrem in septimana. Item sunt in eadem haereditate in strata publica duae tabernae, habentes agros amplos et largos, et una solvit pro censu annuo, quae vocatur Schwab, quinque marcas decem grossos et unum lapidem sepi, alia quae vocatur Sthanczonis, solvit duas marcas et duos lapides sepi. Item tabernatores de iisdem tabernis tenentur laborare adinstar cmethonum in Sthanyathky. Item in eadem haereditate sunt duo

duo molendina, unum superius monasterio, et aliud inferius in piscina, et de quolibet solvuntur mensurae monasterio ex molitione provenientes. Item cmethones ducturas facere tenentur ordinarie. Item ad laborandum *powabam* pro frugibus hyemalibus unum diem, et pro vernalibus alium diem. Item in eadem villa sunt duae piscinae bonae, et circa quamlibet est molendinum. Item est praedium monasterii et agri praediales, in tres campos distincti, de quibus decimam manipularem sanctimoniales nulli solvunt, sed illam pro se tollunt. Item agri cmethonum, tabernatorum, et hortulanorum solvunt decimam manipularem et per quatuor ierugas canapalem praebendae Cracoviensi dictae Sthanyateczska, et tenentur eam cmethones ducere in horreum a canonico locandum, et valor eius ad quindecim marcas aestimatur, praeter *przymyarky*, quae cedunt pro praebenda Cracoviensi Roszeiowska. Item praefata villa Sthanyathky confinat cum Nyepolomicze, Dambrowa, Brzesze.

Lazy, villa sub parochia ecclesiae de Brzesznycza sita, cuius proprietas et dominium pertinet ad monasterium sanctimonialium in Sthanyathky. In qua sunt sedecim lanei cmethonales et octo virgae mensurae theuthonicalis, et quilibet laneus pro annuo censu solvit mediam marcam latorum grossorum Pragensium, vel eorum valorem, item duos gallos, item duos coros avenae mensurae confertae Cracoviensis, item pro *myodowe* medium grossum, item ratione *oprawne* dat quilibet medium grossum. Item omnes simul cmethones dant duos capreolos, item dant etiam simul centum ova. Item cum villanis de Brzeznycza dant unum vitulum. Item quilibet cmetho de laneo laborat in praedio, tam pro hyeme quam pro vere, tenenturque arare agros praediales, arpicare, serere et in horreum atque monasterium in Sthanyathky granum trituratum deducere. Item faciunt ducturas, quotquot sunt necessariae ex ordine. Item in eadem villa est praedium coenobiale bonum, in tres campos divisum, de cuius agris decima manipularis non datur ecclesiae parochiali et eius plebano in Brzesznicza, sed tollunt eam moniales, et in horreum suum inducunt. Item in eadem villa sunt duae tabernae, habentes agros largos et latos, quarum una prima solvit pro annuo censu quatuor marcas communis pecuniae et unum lapidem sepi pro monasterio, altera autem solvit tres marcas et etiam unum lapidem sepi. Item tres hortulani, sed non solvunt aliquem censum, solum laborat quilibet diem in septimana pedester. Item lanei cmethonales in villa praefata et hortulanorum et tabernatorum, solvunt decimam manipularem, et per quatuor ierugas canapalem praebendae Cracoviensi, quae vocatur Laszowska et eius canonico, et tenentur eam cmethones ducere in horreum a canonico locandum propriis curribus, cuius valor aestimatur ad viginti marcas. Item molendinum in flumine, quod currit de Curow, habens agros,

de quibus solvit decimam manipularem in *gonithwam*, pro censu vero solvit monasterio duas marcas et habet molendinum in haereditatem. Item eadem villa confinat cum villis Wisznicze, Curow, oppido Bochnya, Crzeczow.

Brzesznycza, villa habens in se ecclesiam parochialem ligneam, Sancto Petro Apostolo dicatam. In qua sunt sedecim lanei cmethonales, cuius proprietas et dominium ad monasterium sanctimonialium in Sthanyathky pertinet, et omnes lanei summatim solvunt pro annuo censu septem marcas latorum grossorum Pragensium monasterio. Item universa villa solvit centum ova, item duos capreolos, item viginti sex gallos. Item cum villa Lazý coniunctim tenentur annis singulis dare unum vitulum. Item pro *myodowe* et *oprawne* tenetur quilibet cmetho ex laneo solvere unum grossum. Item non est in eadem villa aliquod praedium coenobiale. Item cmethones villae praefatae non laborant dies in septimana, sed in praedio villae Lazy habent speciales et designatos campos, quos tenentur de consvetudine et de iure, unos pro hyeme, alteros pro vere, arare, arpicare, frugibus coenobii seminare, metere, colligere et in eius horreum conducere proprio curru, aratro, et labore, et agri praefati appellantur *iuthrzyny*. Item ducturas faciunt ordinarie, quaecumque elaboraverint. Item quilibet cmetho de laneo tenetur solvere duos coros avenae, mensurae Cracoviensis confertae, monasterio annis singulis. Item sunt duae tabernae habentes agros, et quaelibet solvit pro censu annuo monasterio in Sthanyanthky duas marcas et unum lapidem sepi, et si una taberna desertatur, altera taberna quae remanet, tenetur solvere integre quatuor marcas et duos lapides sepi. Item plebanus ecclesiae praefatae in Brzesznycza habet speciales veteres agros, liberos a censu, solutione et a decima. Item omnes agri cmethonum, tabernatorum et hortulanorum solvunt decimam manipularem ex integro praebendae Cracoviensi, et eius canonico, quae vocatur Lazowska, et tenentur eam propriis curribus ducere in horreum a canonico locandum, et solvunt etiam decimam canapi per quatuor iuncturas, et valor decimae aestimatur ad decem et octo marcas. Item in eadem villa sunt duae hortulaniae, habentes agros, et quaelibet solvit pro annuo censu unum fertonem communis pecuniae, et laborat unum diem in septimana pedester. Item in diebus novissimis dedit coenobium de Sthanyantky duos vel citra laneos, ex laneis cmethonalibus, ecclesiae parochiali et eius plebano in Brzesznycza; de illis tamen solvit et solvere tenetur decimam manipularem praebendae Cracoviensi, dictae Lazowska. Item ius patronatus ecclesiae praefatae in Brzesznycza pertinet integre ad abbatissam et sanctimoniales in Sthanyanthky. Item villa praefata confinat cum villis Wisznicze, Curow, Poramba, Crzeczow et cum oppido Bochnya.

Gorzkow, villa sub parochia ecclesiae de Brzesznicza sita, cuius proprietas et dominium ad coenobium sanctimonialium in Sthanyathky pertinet pleno iure. In qua sunt octo cum medio lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu annuo in Sthanyathky unam marcam communis pecuniae, item duos gallos, unum pro festo Assumptionis Mariae, et alterum pro festo Nativitatis Christi, item viginti ova, item duos caseos, item duos coros avenae, mensurae Bochnensis confertae; item quilibet cmetho de laneo tenetur proprio curru aut aratro unum diem laborare in septimana. Item ducturas faciunt ad rationem dierum in septimana debitorum. Item quilibet cmetho de laneo tenetur pro *myodowe* et *oprawne* solvere decem quadrantes. Item sunt in eadem villa duae tabernae, habentes agros proprios, et una earum solvit quatuor marcas et unum lapidem sepi, altera vero solvit duas sexagenas et unum lapidem sepi. Item sunt in eadem villa quinque hortulaniae, quatuor solvunt per novem scottos pro censu, quinta vero solvit unum fertonem et quaelibet tenetur in septimana unum diem pedester laborare. Item est in eadem villa aliquale praedium coenobiale, sed parvum, de quo solvitur decima manipularis in *gonithwam* praebendae Cracoviensi Lyazowska. Item omnes agri cmethonum, tabernatorum et hortulanorum, solvunt decimam manipularem praebendae Cracoviensi et eius canonico, quae vocatur Lazowska, et tenentur eam cmethones et incolae ducere propriis curribus in horreum, a canonico locandum, et solvunt decimam canapalem per quatuor ierugas, et valor eius aestimatur ad decem marcas. Item plebanus de Brzesznicza et eius ecclesia post partem agrorum unius tabernatoris villae praefatae, qui dicitur Mikschar et post partem duorum hortulanorum, qui illis ex agris praedialibus adiuncti sunt, percipit annis singulis decimam manipularem pro se, et valor eius aestimatur ad unam marcam. Item *powabam* utramque tenentur implere. Item villa praefata confinat cum oppido Bochnya et cum villis Gorzkow, Brzesznicza, Lyaszy, Crzeczow.

Chroscz, villa sub parochia ecclesiae in Brzeszye sita, cuius proprietas et dominium ad sanctimoniales de Sthanyantky pertinet. In qua sunt octo hortulaniae, quae omnes summatim solvunt pro censu annuo coenobio tres marcas communis pecuniae. Item tenentur currere et ire cum literis, quocumque et quotiescumque mittuntur, in propriis expensis. Item solvunt *oprawne* semel in anno, per medium grossum. Item tenentur *powabam* semel in messe, quaelibet hortulania per duas personas, in duplicibus frumentis vernalibus et hyemalibus. Item sunt in eadem villa quinque tabernae, habentes agros proprios, et quaelibet solvit pro censu annuo unam cum media marcam et unum lapidem sepi. Item sunt duo molendina, unum prope curiam, de quo solvuntur metretae; aliud in villa, de quo solvitur

pro censu una marca cum media et octo grossi. Item agri omnes tam hortulaniarum quam tabernarum, solvunt decimam manipularem praebendae Cracoviensi, quae vocatur Sthanyateczska, et tenentur eam propriis curribus inducere in horreum a canonico locandum, et valor eius aestimatur.... Item in eadem villa est praedium satis bonum, licet non amplum coenobiale, in duos campos divisum, de cuius agris aliquibus percipit eam monasterium, de aliquibus vero cedit in *gonithwam* praebendae Cracoviensi. Item villa praefata habebat bonas sylvas et borras, sed multa occupata sunt per potentiam regis et suorum officialium, et castro Nyepolomicze per vim appropriata. Item villa praefata confinat cum Nyepolomicze, Sthanyantky, Zagorze, Podlansze.

Gorka, villa sub parochia ecclesiae de Brzeszye sita, cuius proprietas et dominium ad monasterium sanctimonialium in Sthanyanthky pertinet. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, quorum unus solvit viginti scottos, tres vero residui quilibet tres fertones, item viginti ova, item duos caseos, item duos gallos. Item quilibet cmetho de laneo, a festo Sancti Michaelis usque ad festum Sancti Johannis, tenetur laborare tres dies proprio curru aut aratro, a festo vero Sancti Johannis usque ad festum S. Michaelis, de laneo quolibet die tenentur laborare, praeter diem Sabbati, sed solum medietas villae laborat, medietas vero vacat. Item quilibet de laneo solvit duos coros avenae, mensurae Cracoviensis confertae. Item in eadem villa non sunt aliquae tabernae, neque piscinae. Item non sunt hortulaniae. Item est praedium in villa praefata coenobiale bonum, de quo nulli solvit decimam manipularem, sed eam pro se tollit et in horreum suum inducit. Item agri et lanei villae praefatae solvunt decimam manipularem, et per quatuor ierugas canapalem, ecclesiae parochiali in Brzeszye, et tenentur eam propriis curribus ducere in horreum a plebano locandum, et valor eius aestimatur ad quinque marcas. Item sciendum, quia villa praefata tota locata alias fuit integre cmethonibus, hodie vero tota desertata est, et agri cmethonales villae praefatae coluntur pro praedio coenobii, et multi agri villae versi sunt in praedium. Item villa praefata confinat cum villis Brzesze, Sucha Raba, Sthanyathky, Zagorze.

Podlaze, villa sub parochia ecclesiae de Nyepolomicze sita, cuius proprietas et dominium ad sanctimoniales coenobii in Sthanyanthky pleno iure pertinet. In qua sunt decem lanei cmethonales, et quilibet laneus pro annuo censu solvit quatuordecim scottos, item duos capones, item viginti ova, item duos caseos; item pro *myodowe* quilibet tenetur solvere medium grossum, item pro *oprawne* etiam medium grossum; item quilibet tenetur de laneo solvere, duos coros avenae mensurae Cracoviensis confertae. Item taberna una non habens agros, quae pertinet ad proprietatem ecclesiae in

B r z e s z e, et solvit pro censu .... Item quilibet cmetho de laneo tenetur tres dies laborare, a festo Sancti Michaelis, ad festum Sancti Johannis, proprio curru aut aratro, a festo vero Sancti Johannis, ad festum Sancti Michaelis, tenetur quolibet die laborare, praeter diem Sabbati, ita tamen, quod medietas villae laborat, medietas vacat. Item ducturas facere tenentur, quoties quemlibet tangit ordo, ad rationem tamen dierum. Item in eadem villa tres sunt hortulaniae, quarum una prima solvit tres fertones, alia mediam marcam, tertia unum fertonem, et habent agros sibi appropriatos, et quilibet hortulanus tenetur solvere unum diem in septimana pedester. Item est in eadem villa molendinum, quod pro annuo censu solvit monasterio duas marcas, pro cirotecalibus vero solvit quatuor grossos, habens aliquos agros, et circa praefatum molendinum est piscina bona coenobialis. Item in eadem villa non est aliquod praedium. Item cmethones et hortulani tenentur ad *powabam* duplicem, hyemalium videlicet et aestivalium frumentorum. Item lanei cmethonum et hortulanorum villae praefatae solvunt decimam manipularem, et per quatuor ierugas canapalem praebendae Cracoviensi, dictae Rosszyeiowska, et inducunt eam propriis curribus in horreum a canonico locandum, et valor eius ad viginti marcas aestimatur. Item villa praefata confinat cum villis N y e p o l o m i c z e, Z a k r z o w y e c z, Z a k r z o w, W a g e r c z e.

ZAKRZOW, villa sub parochia ecclesiae de B o d z a n o w sita, cuius proprietas et dominium ad monasterium Sanctimonialium pertinet in S t h a n y a n t h k y pleno iure. In qua sunt novem cum medio lanei cmethonales, pro annuo censu solvunt quatuordecim scottos, item duos capones, item viginti ova, item duos caseos, item pro *myodowe* solvunt grossum medium, item pro *oprawne* medium grossum. Item quilibet cmetho tenetur solvere duos choros avenae mensurae Cracoviensis confertae. Item quilibet cmetho de laneo, a festo Sancti Michaelis, ad festum Sancti Johannis, tenetur tres dies laborare aratro proprio, aut curru; a festo vero Sancti Johannis, ad festum Sancti Michaelis, quolibet die tenentur laborare praeter diem Sabbati, in quo tamen unus homo de laneo, colligendo foenum tenetur laborare, ita tamen, quod medietas villae laborat, medietas vacat. Item ducturas facere tenentur, quoties quemlibet tangit ordo, ad rationem dierum. Item sunt in eadem villa duae tabernae habentes agros, et quaelibet solvit pro censu duas cum media marcas, item unum lapidem sepi. Item sunt tres hortulaniae habentes agros, et quilibet hortulanus pro censu solvit unum fertonem et unum diem in septimana tenetur laborare pedester. Item tam cmethones, quam tabernatores, quam hortulani, tenentur ad *powabam* duplicem hyemalium et aestivalium frumentorum. Item est in praefata villa praedium coenobiale, de cuius agris non solvunt alicui decimam, sed eam pro

se tollunt. Item lanei tam cmethonum, tabernatorum, et hortulanorum solvunt decimam manipularem, et per quatuor ierugas canapalem, altari Sancti Johannis Apostoli et Evangelistae in Ecclesia Cracoviensi, et inducunt eam propriis curribus in horreum ab altarista locandum, et valor eius aestimatur ad sedecim marcas. Item villa praefata confinat cum villis Bodzanow, Othmanow, Zakrzowyecz, Podlansze.

Zakrzowyecz, villa sub parochia ecclesiae de Bodzanow sita, cuius proprietas et dominium ad monasterium sanctimonialium in Sthanyathky pertinet. In qua sunt quinque lanei cmethonales, de quorum quolibet solvitur pro censu annuo quatuordecim scottos, item duos capones, item viginti ova, item duos caseos, item pro *myodowe* medium grossum de laneo, item pro *oprawne* etiam medium grossum. Item quilibet cmetho tenetur solvere duos coros avenae, Cracoviensis mensurae confertae. Item quilibet cmetho de laneo a festo Sancti Michaelis, usque ad festum Sancti Johannis, tenetur tres dies laborare aratro proprio aut curru, a festo autem Sancti Johannis, ad festum Sancti Michaelis, quolibet die praeter diem Sabbati tenetur laborare, in quo tamen unus homo de laneo, foenum colligendo tenetur laborare, ita tamen, quod medietas villae laborat, medietas vacat. Item faciunt ducturas ad rationem dierum. Item est in eadem villa taberna vocata Barycz, habens agros sibi adiunctos, quae pro annuo censu solvit monasterio tres marcas, et unum lapidem sepi. Item sunt in villa praefata duae hortulaniae, habentes agros, et quilibet hortulanus solvit pro censu unum fertonem et laborat unum diem pedester in septimana. Item de eorum agris solvunt decimam manipularem, et per quatuor ierugas canapalem. Item tam cmethones, quam tabernator tenetur ad duplicem *powabam* hyemalium et aestivalium frumentorum. Item tam cmethonales, quam tabernatoris et hortulanorum agri, solvunt decimam manipularem, et ducunt eam propriis curribus in horreum... locandum, et valor eius aestimatur ad sex marcas. Item praedium non est ibi, neque molendinum. Item villa praefata confinat cum villis Zagorze, Zlomirog, Sthanyanthky, Zakrzow.

Zlomyrog, villa sub parochia ecclesiae de Bodzanow sita, cuius proprietas et dominium ad monasterium sanctimonialium in Sthanyanthky pertinet. In qua sunt septem lanei cmethonales, de quibus solvuntur pro annuo censu quatuordecim scotti, item duo capones, item viginti ova, item duo casei; item pro *myodowe* solvunt medium grossum de laneo; item pro *oprawne* etiam medium grossum. Item de laneo solvuntur duo cori avenae mensurae Cracoviensis confertae. Item cmethones de laneo quolibet, a festo Sancti Michaelis, ad festum Sancti Johannis, tenentur tres dies laborare proprio curru aut aratro, a festo Sancti Johannis, ad festum Sancti Michaelis, quolibet die tenentur laborare, praeter diem Sabbati, in quo tamen

unus homo de laneo, colligendo foenum tenetur laborare, ita tamen, quod medietas villae laborat, medietas vacat. Item obligantur ad ducturas ex ordine ad rationem dierum. Item non est ibi aliqua taberna. Item non sunt hortulaniae. Item cmethones tenentur ad utramque *powabam*, videlicet hyemalium et aestivalium frumentorum. Item de agris villae praefatae solvitur decima manipularis, et per quatuor ierugas canapalis, sed diversificatur eius perceptio; nam de medietate agrorum tollit eam praebenda Cracoviensis, quae appellatur Sthanyateczska, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas, pro altera vero medietate tollit eam ecclesia parochialis et eius plebanus in Brzeszye, et valor eius aestimatur ad tres marcas cum dimidia, et inducunt eam cmethones et pro plebano et canonico in horrea per eos locanda. Item in eadem villa non est praedium coenobiale, neque molendinum. Item praefata villa confinat cum villis Zakrzow, Zakrzowyecz, Zagorze, Bodzanow.

OCHMANOW, villa sub parochia de Bodzanow sita, cuius proprietas et dominium ad monasterium sanctimonialium in Sthanyathky pertinet. In qua sunt octo lanei cmethonales, et quilibet laneus solvit pro annuo censu quatuordecim scottos, item duos capones, item viginti ova, item duos caseos, item pro *myodowe* solvunt de quolibet laneo per medium grossum, item *oprawne* etiam medium grossum; item quilibet cmetho tenetur solvere duos coros avenae mensurae Cracoviensis confertae; item in eadem villa sunt duae piscinae bonae coenobiales. Item cmethones de laneo tenentur a festo Sancti Michaelis, ad festum Sancti Johannis, tres dies laborare proprio curru aut aratro, a festo vero Sancti Johannis, ad festum Sancti Michaelis, tenentur quolibet die laborare, praeter diem sabbati, in quo tamen de laneo unus homo tenetur laborare, foenum colligendo, ita tamen, quod medietas villae laborat, medietas vacat. Item est una taberna habens agros, quae pro annuo censu solvit monasterio duas marcas. Item sunt tres hortulaniae habentes agros, et quaelibet solvit pro annuo censu unum fertonem, item laborat unum diem pedester in septimana. Item tam cmethones, tabernator et hortulani, tenentur ad utramque *powabam*, hyemalium videlicet et aestivalium. Item faciunt ducturas ad rationem dierum. Item est praedium in villa praefata satis bonum, de cuius agris monasterium in Sthanyathky percipit decimam manipularem, et eam in horreum suum inducit. Item tam agri cmethonum, tabernatoris et hortulanorum solvunt decimam manipularem, et per quatuor ierugas canapalem, praebendae Cracoviensi, quae vocatur Goszcziczska, et tenentur eam incolae propriis curribus inducere in horreum a canonico locandum, et valor eius aestimatur ad octo marcas. Item praefata villa confinat cum villis Zakrzow, Wagercze, Zakrzowyecz.

ZAGORZE, villa sub parochia ecclesiae de Bodzanow sita, cuius-

proprietas et dominium ad monasterium sanctimonialium pertinet. In qua sunt septem lanei cmethonales, de quorum quolibet solvuntur sedecim scotti communis pecuniae, item duo capones, item viginti ova, item duo casei, item pro *myodowe* de laneo solvunt medium grossum, item *oprawne* medium grossum. Item de quolibet laneo solvuntur duo chori avenae, mensurae Cracoviensis confertae. Item quilibet cmetho de laneo a festo S. Michaelis, ad festum Sancti Johannis, tenetur tres dies laborare proprio curru vel aratro, a festo vero Sancti Johannis, ad festum Sancti Michaelis, quolibet die tenentur laborare, praeter diem sabbati, in quo tamen unus homo de laneo, colligendo foenum, tenetur laborare, medietas tamen villae vacat, medietas laborat. Item taberna est ibi habens agros, quae pro annuo censu solvit unam marcam cum media, et unum lapidem sepi monasterio, et ipsa taberna habet unum laneum, ex septem laneis superius scriptis. Item est ibi una hortulania, habens agros, quae pro annuo censu solvit unum fertonem, et laborat unum diem pedester in septimana. Item tenentur tam cmethones, tabernator et hortulanus ad *powabam* utramque, videlicet aestivalium et hyemalium frumentorum. Item dant tam cmethones, tabernator et hortulanus, decimam manipularem, et per quatuor ierugas canapalem de agris, qui sunt trans torrentem Sthanycza praebendae Cracoviensi, quae vocatur Sthanyatheczska, et inducunt eam propriis curribus in horreum a canonico Cracoviensi locandum, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas; de agris vero, qui sunt citra torrentem Sthanycza, cedit decima pro monasterio in Sthanyathky. Item praedium est in eadem villa coenobiale, satis bonum, de cuius agris decimam nulli solvunt, sed monasterium eam pro se tollit. Item est piscina in eadem villa bona coenobialis. Item praefata villa confinat cum villis Kawky, Sthanyathky, Zablocze, Zlomigrod.

Bochnya, oppidum habens in se ecclesiam parochialem, cuius proprietas ad serenissimum dominum regem Poloniae pertinet, in cuius cuniculis et specubus sales glaciati effodiuntur. In hoc quondam loco erat villa, quae vocabatur haereditas Vincentii, quam Andreas episcopus Ploczensis monasterio de Sthanyanthky, quemadmodum supra narravimus, donatione perpetua contulerat; dum itaque in praefata haereditate Vincentii sal durum anno Domini ..... sub principatu Boleslai Pudici Cracoviensis, Sandomiriensis et Lublinensis ducis et consortis suae virginis Kunegundis, filiae Belae regis Hungariae, cuius sanctitas in hanc diem variis effulget miraculis, fuisset repertum, et oppidum Bochnya quod et nunc extat in eodem loco fuisset locatum, Boleslaus Pudicus dux praefatus, recompensationem praefato monasterio in Sthanyathky pro occupata haereditate Vincentii facturus, mensuram salis minuti albi singulis hebdomadis monasterio in Sthanyathky ex zuppis Bochnensibus solvendam,

donatione et inscriptione perpetua donavit, contulit et inscripsit, in cuius salis perceptione et possessione monasterium in Sthanyathky est et fuit in hanc diem.

Taberna Sthanczonis, sub parochia ecclesiae de Bodzanow sita, cuius proprietas et dominium ad monasterium sanctimonialium in Sthanyathky pertinet, et in eorum ditione et possessione consistit, quae habent agros notabiles perpetuo ad illam pertinentes; taberna autem praefata pro annuo censu solvit monasterio in Sthanyathky quinque marcas, et duos lapides sepi. Item habet prata.

Taberna Bolyechowka, sub parochia ecclesiae de Bodzanow sita, cuius proprietas et dominium in ditione et possessione monasterii in Sthanyathky consistit, quae habet agros notabiles et prata perpetuo ad illam pertinentia, quae pro annuo censu monasterio solvit quinque marcas et duos lapides sepi.

Lyendzini, villa in ducatu Plczinensi sita, habens in se ecclesiam parochialem ligneam, Sancto Clementi dicatam, cuius proprietas, una cum iure patronatus, ad monasterium sanctimonialium in Sthanyathky pleno iure pertinet. In qua sunt quadraginta . . . . lanei cmethonales, et quilibet solvit pro annuo censu per quatuordecem grossos, et laborat aratque in praedio coenobiali *morgi*. Item hortulaniae, et quaelibet solvit quatuor grossos, et unum diem in septimana pedester laborat. Item praedium unum coenobiale, de quo et universis agris cmethonalibus et de hortulaniis et de tabernis solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Lendzini, et valor eius aestimatur ad triginta marcas. Item tabernae habentes agros, et quaelibet solvit pro censu monasterio . . . . . Item plebanus habet agros iuxta ecclesiam in monte. Item habet et prata, pro suo praedio et necessitate. Item decima manipularis et canapalis solvitur ecclesiae in Lyendzini post omnes laneos cmethonales, tabernas, hortulanias et praedia. Item notandum, quod praefata villa Lendzini erat quondam de proprietate episcopatus Cracoviensis, cambierat enim eam Cracoviensis episcopus Ivo et alteram villam Jakszicze prope Vislam sitam, una cum decimis manipularibus, in utraque villa consistentibus, ab abbate et monasterio Szeczechoviensi, cui per Jaxam monasterii Myechoviensis fundatorem de Gryff donatae erant, dando eidem monasterio Szeczechoviensi duas villas mensae episcopalis, cum earum decimis, in villis Garna et Schawlowicze, prope Szeczyechow monasterium sitis. Expost vero successor suus Prandotha Cracoviensis episcopus cambivit dictam villam Lendzini, dando illam monasterio in Sthanyathky, una cum decima, et recipiendo a monasterio villas Lippowyecz, Jankowicze, Zagorze et Babicze.

Nyegardow, villa habens in se ecclesiam parochialem ligneam, Sancto

Jacobo maiori Apostolo dicatam, cuius proprietas et dominium ad monasterium sanctimonialium in Sthanyathky pertinet. In qua sunt quatuordecim lanei cmethonales, et quilibet cmetho de laneo solvit pro annuo censu unam marcam communis pecuniae, item duos gallos, item viginti ova, item duos caseos, item duos coros avenae, de uno quoque laneo. mensurae Cracoviensis confertae. Item pro *myodowe* de laneo per medium grossum item *oprawne* medium grossum solvunt. Item quilibet cmetho de laneo tenetur laborare unum diem in septimana, proprio curru vel aratro. Item tenentur facere ducturas in Cracoviam et in alia propinqua loca, ad rationem dierum. Item villa praefata sita est supra fluvium Srzenyawa, habens optimam glebam, et optima prata, et in eodem fluvio Srzenyawa est molendinum, habens agros et prata, de quo solvuntur monasterio in Sthanyatky decem marcae et saginatus unus porcus. Item in eadem villa est praedium optimum et curia ad monasterium in Sthanyathky, cuius agri in tres campos divisi, cum bonis pratis, de quibus decima manipularis nulli solvitur, sed eam monasterium pro se tollit. Item iuspatronatus ecclesiae praefatae in Nyegardow pleno iure pertinet ad abbatissam et sanctimoniales in Sthanyathky. Item in eadem villa habet plebanus agros liberos. Item hortulaniae in villa praefata tres habentes agros, quaelibet solvit unum fertonem et unum diem in septimana pedester laborat. Item tenetur ad utramque *powabam*, hyemalium videlicet et aestivalium frumentorum. Item taberna est ibi, pertinens ad proprietatem ecclesiae ibidem in Nyegardow, et solvit pro censu duas marcas. Item omnes agri cmethonales solvunt decimam manipularem, sed haec diversificatur; nam aliqui agri solvunt eam mansionariis de Russcza, et canapalem per quatuor ierugas, et inducunt eam propriis curribus in horreum a mansionariis locandum, et valor eius aestimatur ad ......, aliqui autem agri solvunt eam ecclesiae parochiali in Nyegardow. Item villa praefata confinat cum villis Pyotrkowicze, Czechy, Gnathowicze, Monyaczkowicze.

Wagyercze, villa sub parochia ecclesiae de Bodzanow sita, cuius proprietas et dominium ad monasterium sanctimonialium in Sthanyathky pertinet. In qua sunt quatuor lanei cmethonales et quintus tabernatoris, et quilibet cmetho de laneo solvit decem et octo scottos communis pecuniae, item duos gallos, item duos caseos, item viginti ova. Item cmethones laborant agros praediales coenobii tam pro vere, quam pro hyeme eis designatos. Item pro *myodowe* medium grossum. Item pro *obyedne* medium grossum. Item ducere tenentur ligna pro necessitate curiae in Cracoviam. Item est una taberna habens unum laneum de agro et prata, et solvit pro annuo censu quatuor marcas, et pro lapide sepi decem grossos. Item tam cmethones, quam tabernator, tenentur ad utramque *powabam*, videlicet hyemalium

et aestivalium. Item non est praedium aliquod, neque hortulaniae, neque molendinum. Item agri villae omnes et singuli, solvunt decimam manipularem, et etiam agri tabernatoris praebendae Cracoviensi dictae Goszcziczska et eius canonico, et inducunt eam incolae propriis curribus in horreum a canonico locandum, et valor eius aestimatur ad quinque marcas, aliquando ad sex. Item in eadem villa est pratum monasterii satis bonum et largum, quod communiter venditur pro una marca, quod cmethones villae Wagyercze tenentur falcastrare. Item in eadem villa est bonum gayum, ex quo possunt et sanctimoniales et cmethones villae praefatae suas supplere necessitates. Item praefata villa confinat cum villis Ochmanow, Zlyedzewicze, Podlyansze.

Przemyaczany Major, villa sub parochia ecclesiae de Zyelyenicze sita, cuius proprietas et dominium ad monasterium sanctimonialium in Sthanyathky pertinet. In qua sunt quindecim lanei cmethonales-et quilibet cmetho de laneo solvit pro censu annuo unam marcam minus sex grossis monetae communis, item duos capones, item duos caseos, item viginti ova, item duos coros avenae mensurae confertae. Item pro *myodowe* per medium grossum. Item quilibet cmetho de laneo proprio curru aut aratro duos dies in septimana laborat. Item ducturas faciunt iuxta ordinem eos contingentem, ad rationem dierum. Item non est aliqua curia coenobialis, neque praedium, neque hortulaniae. Item in eadem villa sunt duae tabernae habentes agros, et prata et hortos, et una taberna solvit sexagenam, altera vero, in qua moratur Jacobus Kuna solvit duas marcas et unum lapidem sepi. Item tam cmethones, quam hortulani, tenentur ad duplicem *powabam*, videlicet hyemalium et aestivalium frumentorum. Item est in eadem villa supra fluvium Schczklecz molendinum bonum, habens agros, quod pro annuo censu solvit monasterio in Sthanyantky novem marcas, et unum porcum pro monasterio saginat circa molendinum, et cirotecales novem scotti. Item omnes agri cmethonum, tabernatorum et molendinatoris, solvunt decimam manipularem tribus praebendis Cracoviensibus, videlicet Wyaczkowskiey, Boszuthowskiey, et Zyrawskiey; diversificatur autem perceptio decimae praefatae in hunc modum, nam praebenda Zyrawska percipit partem hyemalium aliquibus annis, in aliquibus vero partem aestivalium iuxta campos, praebenda vero Wyaczkowska biennio percipit maiorem partem, aut aestivalium, aut hyemalium, et in tertio anno minorem; praebenda vero Boszuthowska biennio minorem partem percipit, aut aestivalium aut hyemalium, et in tertio maiorem. Duaeque praebendae, videlicet Zyrawska et Wyaczkowska, nihil habent iuris ad decimam canapi, sed sola praebenda Boszuthowska percipit eam integre omni anno. Item confinat villa praefata cum

Smunyowycze, Zyelyenicze, Radzimicze, Lanthkowicze, Obraszowycze.

PRZEMYACZANY MINOR, villa sub parochia ecclesiae de Zyelyenicze sita, cuius proprietas et dominium ad monasterium sanctimonialium in Sthanyatky pertinet. In qua non sunt aliqui lanei cmethonales, sed sunt multi agri praediales, et est ibi praedium optimum cum pratis, in tres campos distinctum, quod si bene cultum fuerit, magnos potest afferre fructus, quod decimam manipularem nulli solvit, sed eam pro se tollit, et in horreum suum inducit. Item in eadem villa sunt septem hortulaniae, habentes bonos agros, et quilibet hortulanus pro annuo censu solvit monasterio octo grossos, et unum diem in septimana laborat pedester, qui decimam solvunt pro monasterio sanctimonialium in Sthanyathky, cuius valor aestimatur ad duas ...... Item non est in eadem villa molendinum aliquod. Item in eadem villa taberna est una habens agros, et solvit pro annuo censu tres marcas, decimam solvit in *gonithwam* pro canonicis Cracoviensibus, ad villam Przemaczany Maiorem. Item de agris hortulaniarum decimam manipularem solvunt hortulani pro monasterio in Sthanyanthky. Item in eadem villa est piscina bona et *schadzawka* circa curiam coenobialem. Item villa praefata confinat cum villis Zyelyenicze, Lanthkowicze, Szmunyowicze.

BLOGOCZYCZE, villa sub parochia ecclesiae de Nyegardow sita, cuius proprietas et dominium ad monasterium sanctimonialium in Sthanyantky pertinet. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, et quilibet cmetho, habens laneum integrum, solvit pro annuo censu monasterio unam sexagenam communis pecuniae, item duos gallos, viginti ova et duos choros avenae mensurae confertae. Item laborant duos dies in septimana proprio curru aut aratro. Item pro *myodowe* medium grossum. Item in eadem villa sunt duae hortulaniae habentes agros, et quilibet hortulanus solvit pro annuo censu monasterio unum fertonem, et unum diem pedester laborat. Item in praefata villa sunt duae curiae, et quaelibet habet agrum specialem praedialem; una videlicet est coenobialis sanctimonialium de Sthanyathky et ex agris earum nulli solvunt decimam, sed eam pro se tollunt et in horreum suum inducunt; non tamen in toto, quoniam aliqua pars agrorum praedialium, et agri duarum hortulaniarum, cedunt pro vicaria Cracoviensi, quae pertinet ad praebendam dictam Thopolska. Altera vero curia est militaris, videlicet Zegothe et Raphaelis de Ryther, habens praedium, ex cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Nyegardow. Item de quatuor laneis praefatis cmethonalibus et duarum hortulaniarum, solvitur decima manipularis, et per quatuor ierugas canapalis vicariae Cracoviensi, quae pertinet ad praebendam vocatam Thopolska, et tenentur eam cmethones ducere in horreum a vicario locandum, et valor eius aestimatur .....

Item in eadem villa est una taberna habens agros, quae solvit pro annuo censu duas marcas, et decimam solvit in *gonithwam* vicariae Cracoviensi. Item est in eadem villa unus laneus militaris, pertinens ad coenobium, de quo solvuntur duae sexagenae, et decima solvitur vicariae Cracoviensi in *gonithwam.* Item medietas villae praefatae Blogoczicze pertinet ad praefatos Zegotham et Raphaelem de Ryther, nobiles de armis Bippennium, qui habent ibi sex laneos cmethonales, de quibus percipiunt iura militaria, de quibus quidem sex laneis decimam percipit manipularem praebenda Cracoviensis appellata Bosszuthowska, et valor eius ad sex marcas. Item molendinum unum habens agros in flumine Sczeklecz, quod pro militibus solvit tres partes emolumentorum, pro monasterio quartam. Item villa praefata confinat cum villis Radzimicze, Wolya, Nyegardow.

Makoczicze, villa sub parochia ecclesiae de Proschowycze sita, cuius proprietas et dominium ad monasterium sanctimonialium pertinet. In qua sunt sex lanei cmethonales, et quilibet cmetho solvit de laneo unam marcam communis pecuniae, item duos gallos, item viginti ova, item duos caseos, item duos coros avenae mensurae confertae Proschoviensis; item *myodowe* per medium grossum. Item tenentur laborare unum diem in septimana, proprio curru aut aratro; si tamen coguntur per violentiam in praedio regali, absoluti sunt a labore dierum, quum iuste tenentur laborare sanctimonialibus. Item in eadem villa non est praedium coenobiale, non sunt tabernae, non sunt hortulaniae. Item in eadem villa est Johannes Makoczsky de armis Rawa, qui eiusdem villae maiorem citra vel minorem sortem possidet et habet ibi quatuor laneos cmethonales, de quibus quatuor laneis militaribus, et sex laneis coenobialibus, solvitur decima manipularis praebendae Cracoviensi, quae dicitur Bodzowska, et inducunt eam cmethones in horreum a canonico locandum, et decimam canapi solvunt per quatuor ierugas, et valor eius aestimatur ad decem et octo marcas. Item in eadem villa Makoczicze est praedium militare, distinctum in tres campos, de cuius agris solvitur decima manipularis praebendario sive altaristae in Proschowicze. Item villa eadem confinat cum villis Kowary, Opathkowicze et cum oppido Proschowicze.

Kothowicze, villa sub parochia ecclesiae de Kosczyelyecz sita, cuius proprietas et dominium ad monasterium sanctimonialium in Sthanyathky pertinet. In qua sunt septem lanei cmethonales, et quilibet cmetho solvit pro annuo censu unam marcam communis pecuniae, item viginti ova, item duos caseos, item duos capones, item pro *myodowe* medium grossum, item pro *oprawne* medium grossum; item de quolibet laneo solvunt duos coros avenae mensurae confertae Proschoviensis; item laborant duos dies in septimana, proprio curru aut aratro. Item in eadem villa est taberna habens

agros, quae pro censu annuo solvit duas marcas et unum lapidem sepi. Item in eadem villa sunt quatuor hortulaniae habentes agros, et quaelibet solvit pro annuo censu unum fertonem, et quilibet hortulanus in septimana unum diem laborat pedester. Item tenentur, tam cmethones quam tabernator, et hortulani ad utramque *powabam*, videlicet hyemalium et aestivalium frumentorum. Item de omnibus agris tam cmethonalibus, tabernatoris, quam hortulanorum, solvitur decima manipularis pro vicario Cracoviensi, qui pertinet ad praebendam Cracoviensem, quae vocatur Poszanczska, et tenentur eam cmethones ducere propriis curribus in horreum a vicario locandum, et valor eius aestimatur ad septem marcas. Item villa praefata Kothkowycze non habebat antiquitus aliquod praedium, sed fuerunt ibi semper agri cmethonales, ad septem laneos se extendentes; nunc vero villa ipsa in toto desertata est, et in defectu cmethonum, in agris cmethonalibus locatum est praedium coenobiale, de cuius agris et araturis omnibus et singulis, solvitur solvique debet decima manipularis vicariae Cracoviensi praefatae; ex aliquibus tamen agris, paucis tamen, cedit ecclesiae in Kosczyelyecz. Item in eadem villa multi agri sunt usurpati et alienati a praedicta villa, per Stanislaum de Thanczyn, et adiuncti sunt villae regiae Borunycze, quam tenet idem Stanislaus in obligatione, ratione uxoris, quia vendebantur hominibus et cmethonibus de Borunycze ad seminandum, qui colendo, antiquos limites extinxerunt per inarationem. Item villa praefata confinat cum villis Borunicze, Swiradzicze, Ostrow.

Klimunthow, villa sub parochia ecclesiae de Proschowicze sita, cuius proprietas et dominium ad monasterium sanctimonialium de Sthanyathky pertinet. In qua sunt viginti quatuor lanei cmethonales, quorum viginti sunt emptitii, alias *zakupne*, item etiam duo alii emptitii, per plebanum de Proschowicze empti, salvis censibus et oneribus eorum, et quilibet laneus de dictis viginti duobus laneis, solvit pro annuo censu viginti scottos communis pecuniae, item duos capones, et cum eisdem duobus caponibus duos grossos, item viginti ova, item duos caseos, item duos coros avenae mensurae confertae et sex denarios; item pro festo Paschae unum grossum; item pro *myodowe* medium grossum; item pro *oprawne* medium grossum. Item ibidem sunt duo lanei ultra viginti duos praefatos, qui vocantur Posrzebny, quorum quilibet solvit pro annuo censu mediam marcam, et omnia alia iura, labores et tributa, quemadmodum et alii cmethones *zakupny*. Item de omnibus viginti quatuor laneis labores faciunt cmethones qualibet septimana, et quilibet tenetur unum diem in septimana laborare. Item in eadem villa sunt tres tabernae habentes agros, quarum una solvit tres marcas et unum lapidem sepi, aliae duae solvunt per duas marcas et per unum lapidem sepi. Item in eadem villa in flumine Srzenyawa, de

prope oppidum Proschowicze, est molendinum coenobiale optimum, habens multos et optimos agros cum pratis, quod pro annuo censu solvit monasterio in Sthanyatki viginti duas marcas. Item in eadem villa hortulaniae sunt tres, sed non solvunt censum, solum unum diem laborant pedestres. Item in eadem villa est praedium coenobiale bonum, de cuius agris decima manipularis nulli solvitur, sed eam coenobium pro se tollit. Item lanei empticii duo, in villa praefata quos colebat plebanus de Proschowicze, a viginti annis et amplius stant deserti, nec solvunt aliquos census et tributa monasterio; in qua re fit magnum praeiudicium et damnum monasterio in Sthanyatky. Item in eadem villa est optima piscina coenobialis, in piscibus foecunda. Item agri cmethonales villae praefatae, item agri tabernatorum et molendinatoris, solvunt decimam manipularem, et per quatuor ierugas canapalem praebendae Cracoviensi, quae vocatur Lantlikowska, et inducunt illam cmethones propriis curribus in horreum a canonico locandum, et valor eius aestimatur ad triginta marcas, praeter certas partes agrorum, qui vocantur *przymyarky*, ex quibus decimam percipit praebenda Cracoviensis Gonowska, et praeter agros unius tabernae, de quibus decimam percipit praebenda Cracoviensis Goreczska, et praeter agros aliquos cmethonales, de quibus decimam percipit episcopus Cracoviensis. Item de aliquibus agris sive laneis cedit decima manipularis tertiae praebendae Cracoviensi, quae vocatur Rzemyadziczska. Item villa praefata confinat cum oppido Proschowicze et villis Sthognyewicze, Oppathlowicze.

Ostrow, villa sub parochia ecclesiae de Koszczyelyecz sita, cuius proprietas et dominium ad monastarium Sthanyanthky pertinet. In qua sunt viginti duo lanei cmethonales, et quilibet solvit viginti scottos communis pecuniae, item duos capones et cum eisdem duos grossos, item viginti ova, item duos caseos, item duos coros avenae mensurae confertae, et sex denarios; item pro *myodowe* medium grossum, et pro *oprawne* medium grossum; item pro festo Paschae unum grossum, item pro festo Nativitatis Christi unum grossum; item pro Nativitatis S. Mariae festo unum grossum; item pro eodem festo Nativitatis duos gallos. Item praedium est ibi optimum, in tres campos divisum, habens prata sufficientia, de cuius agris decimam manipularem moniales nulli solvunt, sed eam pro se tollunt, et in horreum suum inducunt. Item tenentur ad utramque *powabam*, videlicet aestivalium et hyemalium frumentorum. Item in eadem villa cmethones habent certos agros praediales, qui vocantur *iutrzyny*, quos frumentis coenobialibus tenentur seminare, arare, disponere, metere et in horreum conducere. Item agri cmethonales villae praefatae solvunt decimam manipularem, et per quatuor ierugas canapalem episcopo Cracoviensi, et tenentur eam cmethones propriis curribus inducere in horreum ab episcopo locandum,

cuius valor ad viginti marcas, praeter paucos agros, qui vocantur *przymyarky*, qui ex haereditate villae Klymunthow dati sunt in supplementum cmethonibus villae Ostrow, de quibus cedit decima manipularis praebendae Cracoviensi, quae vocatur Lanthkowska. Item in eadem villa taberna una habens agros, et solvit pro censu tres marcas, et decimam solvit in *gonithwam*. Item in eadem villa hortulaniae duae habentes agros, quaelibet solvit unum fertonem et unum diem laborat pedes. Item decimam manipularem solvunt in *gonithwam*. Item molendinum non est ibi. Item villa praefata confinat cum villis Climyunthow, Swiradzicze, Kamyenczycze.

Tropysszow, villa sub parochia ecclesiae de Igolomya sita, cuius proprietas et dominium ad monasterium sanctimonialium in Sthanyathky pertinet. In qua sunt quatuordecim lanei, et quilibet laneus solvit pro annuo censu coenobio, unam marcam cum quatuor grossis, monetae communis, item viginti ova, item duos capones, duos caseos; item *myodowe* per medium grossum, item *oprawne* per medium grossum; item duos coros avenae mensurae confertae. Item tenentur duos dies in septimana proprio curru aut aratro laborare. Item in eadem villa sunt duae tabernae habentes agros, et quaelibet pro annuo censu solvit monasterio in Sthanyathky quatuor marcas et unum lapidem sepi. Item in eadem villa sunt septem hortulaniae habentes agros, et quaelibet pro monasterio solvit octo grossos, et unum diem pedester in septimana laborare tenetur. Item tenentur ad utramque *powabam*, videlicet hyemalium et aestivalium frumentorum, tam cmethones, quam hortulani et tabernatores. Item in eadem villa est praedium optimum coenobiale, habens agros in quatuor campos distinctos cum pratis sufficientibus, de quibus sanctimoniales decimam manipularem nulli solvunt, sed eam pro se tollunt, et in horreum suum inducunt. Item cmethones omnes, tabernatores et hortulani de agris solvunt decimam manipularem, monasterio et sanctimonialibus de Sthanyathky, et etiam decimam canapalem per quatuor ierugas, et tenentur illam cmethones propriis curribus ducere in horreum a sanctimonialibus locandum, et valor eius aestimatur ad viginti marcas. Item sunt duae piscinae coenobiales. Item prope Vislam lacus, de quo censum, videlicet tres marcas, tollit monasterium de Sthanyathky uno anno, et altero anno monasterium de Myechow. Item ripa Vislae, de qua solvuntur octo scotti. Item praefata villa confinat cum villis Czyrnyechow, Pobyedniky, Igolomya.

Item notandum et sciendum est, quod licet Clemens de Russcza comes, in fundatione et dotatione monasterii in Sthanyathky, eidem monasterio octo villas donatione perpetua, videlicet Lypowa, Babicze,

Zagorze, Roszkochow, Lusszowicze, Dlugosszowicze, Czyeskowicze et Jaworzno contulisset, processu tamen temporis, in monte et rupe, quae villae Lyppowa imminebat, praedones et vispiliones construxerunt et aedificaverunt arcem, ex qua praedas et spolia in regnum Poloniae agebant, donec per Poloniae milites fuerunt expugnati et in patibulum acti. Arx quoque illa ne quandoque a praedonibus et hostibus regni occupari posset, tradita fuit in possessionem perpetuam episcopatui Cracoviensi et episcopo Prandothae, cum villis supranominatis, qui illic pro defensione patriae et regni ornamento, erexit pulcherrimum et forte castrum praefatum a Lippowa Lypowyecz appellatum ab illo tempore usque in hodiernum diem, et per hunc modum, octo villae praefatae a monasterio in Sthanyanthky fuerunt alienatae. In recompensam tamen villarum praefatarum, praefatus Prandotha episcopus Cracoviensis contulit monasterio in Sthanyathky decimas supra Moszgawam, item villam Lyandzini cum ecclesia Sancti Clementis, et cum decimis ad illam pertinentibus, de quo monasterium habet ducis Cracoviensis et Mazoviae Cunradi privilegium 1242. scriptum; item oppida Zathor, Kanthy, Czyelyadz; item villam Smolycze; item tabernam Withow et alias villas, existimo tunc alienatas, quando duces Silesiae a nido suo naturali et a regno Poloniae, cuius fuerunt et sunt unanime corpus, apostataverunt, et livore incredibili proprium et iustum odiendo, regni Poloniae corpus adiunxerunt adultrino corpori, regno videlicet Bohemiae, quod illos variis bellis et cladibus, angariis, praedis et spoliis oppressit, gravavit, confudit et pessumdedit.

Nos Cunradus Dei gratia dux Cracoviae at Lenciciae, Cuiaviae et Mazoviae. Notum facimus universis praesentibus et futuris, hanc paginam inspecturis, quia dominus Andreas Plocensis episcopus et fratres sui, comes Janbo castellanus de Ruda, et Wyrzbyantha praepositus de Sthanyathky in praesentia nostri, ac baronum nostrorum, commutaverunt villas, quas comes Clemens castellanus Cracoviensis domui de Sthanyathky contulit, quando ipsam fundavit, quarum nomina haec sunt: Lippowa, Zagorze, Babicze, Roszkochow, Lusszowicze, Dlugoschin, Czeskowiczi, Jawozno mediam, cum omnibus utilitatibus, cum molendinis et cum plumbo, exceptis hominibus ipsas villas inhabitantibus, quos omnes comes Clemens ante permutationem manumisit. Hanc igitur permutationem supranominatus Andreas episcopus et fratres sui supradicti, cum domino Prandotha episcopo Cracoviensi fecerunt, recipientes ab eo et fratribus ipsius, canonicis ecclesiae Beati Venceslai, pro villis antedictis, decimas super Moszkawam et villam Lidzyny totaliter cum

ecclesia Beati Clementis, et cum decimis omnibus ad ipsam ecclesiam pertinentibus, tale pactum coram nobis ex utraque parte firmantes, quod si aliquis ipsarum partium hanc permutationem infringeret, dominio nostro quatuor marcas auri persolvere teneatur, apposito hoc, quod dominus episcopus Cracoviensis supradictam domum de Sthanyatky in omnibus defendere et inspicere tenebitur, tam interius quam exterius, ita sane, quod absque voluntate domini episcopi Cracoviensis congregatio saepedicti coenobii nihil facere audebit, nec haereditatem aliquam vendere, vel emere, commutare, vel concedere, aut qualicumque modo a domo alienare, nec abbatissam constituere aut destituere, nec praepositum quemque deicere, nec numerum sororum augere vel minuere, sed sicut haeredes tunc constituerunt, quando sumptus domus computaverunt, quod triginta sorores debent esse et non pauciores, nisi quando abbatissa vel praepositus viderent domum ab aliqua parte proficere, tunc de voluntate supranominati episcopi numerum ipsarum augere possent usque ad quadraginta, sed non ultra; soror etiam nulla absque voluntate domini episcopi exire claustrum audebit, nisi in fuga paganorum, aut tempore famis, praeter abbatissam, quae pro necessitate domus exire poterit; quinque fratres sacerdotes esse debent, quibus praepositus singulis annis cuilibet per marcam argenti pro vestibus dabit, et sororibus similiter, si ita domus sufficere poterit; si autem de ordine Beati Benedicti, transire voluerint de voluntate et consilio domini episcopi, ad ordinem Cisterciensium transibunt. Nos vero memoratus Cunradus dux, pro remedio peccatorum nostrorum, domui Beatae Mariae Virginis de Sthanyathky Cracoviensis dioecesis, benigne et liberaliter conferimus plenam libertatem ita, ut omnes incolae villarum ad ipsam domum pertinentes, nec coram palatino, nec coram castellano, nec coram iudicibus eorum citentur, vel citati respondeant, nec *stroszam* solvant, neque ad bellum vel ad castrum aedificandum ire compellantur; sed si quis adversus eos aliquam causam habuerit, sigillo nostro littera sigillata citati, coram nobis iudicium subire tenebuntur. Confirmamus etiam, quod dominus Andreas episcopus saepedictus, suas proprias haereditates et de consensu et bona voluntate fratrum suorum, domui saepefatae contulit, Brzeszniczam videlicet in iure theuthonico cum ecclesia Beati Petri, et cum decimis omnibus ad ipsam ecclesiam pertinentibus, cum foro libero et tabernis, ita quod nullus iudex et monetarius ibi dominari possit, et cum castoribus. Contulit insuper et Lopyand cum sale, et haereditatem Vincentii, quae Bochnya dicitur, Bukow et Indoluschicze, quod frater suus Svathoslaus habuit, Wysznicze totaliter, et quidquid commutaverit, pro Sthanyathky iterum reddit domui; Dobranowicze et Czedanthowicze, ac duas portiones salis, quae a vulgo *poczim* et *corcze* vocantur ad Magnum

Salem. Item confirmamus, quod comes Clemens castellanus Cracoviensis saeperecitatus, de consensu fratrum suorum, haereditates suas domui multoties dictae contulit, eas videlicet, quae commutata sunt Smoszia cum castoribus, Zathor cum castoribus, Kanthy, Czelandz super fluvium Brzesznicza cum castoribus et cum taberna Wythow prope Szyewyor, et de terra ad viginti aratra magna, quae *narok* a vulgo vocatur; Ostrow, Podlaze cum castoribus, quam accepit pro Lanthkawycz et pro Woznyk cum ecclesia ab abbate Thinicziensi, addendo ei insuper viginti marcas argenti, Naszkowicze cum castoribus, et cum molendino super fluvium Rabam, quod unum litus proprium habuit et aliud a comite Henrico redemit. Item Clemens pro decem marcis argenti et vestibus in plenum Zagrocze, Nabuze, Druszow, permutavit Szycze, Nuszowicze. Item idem Clemens contulit filiae suae Waszeniczae sanctimoniali villam Nyemyl, ut post mortem suam conferret ubi vellet. Item confirmavit coram nobis Wyerzbyantha praepositus de Sthanyathky, quod emit a Petro canonico ecclesiae Beati Venceslai partem haereditatis in Luthkowicze, pro septuaginta marcis argenti, et ibidem a Domarzathko pro triginta marcis argenti et pellibus vulpinis, et a filiis Cosmae emit quantum ibidem in Luthkowicze habuerunt, pro triginta marcis argenti, et duobus equis. Item idem Wyerzbyantha confirmavit in praesentia nostri, quod Clemens comes commutavit Monyathowicze, Wythoslao pro Luthkowicze tali conditione, quod Monyathkowicze alienaretur ab eo domus de Sthanyantky, ut ei, vel pueris eius triginta marcas argenti daret. Ut autem haec nostra devota donatio et confirmatio inconcussa maneat, sigillo nostro hanc chartulam iussimus sigillari, rogantes dominos et patres venerabiles Fulconem Gneznensem archiepiscopum, Prandotham Cracoviensem episcopum, et Andream Mazoviensem episcopum et duces Poloniae, ut cum nostrum sigillum viderint appensum, ad maioris roboris firmitatem sua etiam apponere non recusent; si autem quispiam de nostris filiis aut successoribus, hanc confirmationem seu donationem conabitur enervare, ante districtum iudicem in nostris delictis et commissis, pro quorum indulgentia hanc contuli libertatem reus teneatur, et de eis rationem reddere compellatur, digna supplicia recepturus. Acta sunt haec in Cracovia anno Domini 1242.

LUBLINENSIS.

Religio Sanctae Brigidae de Scotia, sub regula Sancti Salvatoris, alias Sancti Augustini militantis, cuius unicum in regno Poloniae in Cracoviensi dioecesi, mares continens et foeminas habetur in oppido Lublin monasterium.

Vladislaus Secundus Poloniae rex, genere et lingva Lithvanus, religione et fide neophitus, ab idolatriae enim sorde, et a diis gentium, tum primum cum diademate polonico, annum agens prope quinquagesimum insigniebatur, renatus fuit, et abolito nomine gentili et barbaro Jagello enim in ritu barbarico constitutus vocabatur, nomen illi catholicum Vladislaus, quod proprium et haereditarium est regibus et principibus Poloniae, dum unda baptismatis, anno videlicet Domini 1386 decima septima Februarii, a Bodzantha archiepiscopo Gneznensi ablueretur, fuit adaptatum; processu vero dierum, cum rex ipse magno pietatis studio, terras et principatus suos et gentem Lithvanicam, ac Samogitticam ad veri Dei cultum, ab errore convertisset gentili, et magistrum et ordinem Cruciferorum de Prussia, aperto marte, et arroganti superbia, missis duabus rompheis sibi per Aroldum in solatium, quae et hactenus in aerario regio Cracoviae tenentur, cum eo confligere ausos, anno Domini 1310 die Martis quindecima Julii, magna clade domuisset; intellexit rex ipse, doctoribus catholicis et magistris id illi notificantibus, Beatam Brigidam de Scotia electam, in suis revelationibus id dudum de eo cecinisse, et Cruciferis quidem cladem, sibi vero et genti suae victoriam fideli vaticinio, quod impletum singuli videmus, denunciasse. Rex itaque praefatus Poloniae, quem Beata Brigida haebraico nomine Johel appellat, clementissimo Deo et suae Matri de collata victoria gratiarum redditurus actionem, suae vero vaticinatrici Beatae Brigidae honorem, et gratitudinem repensurus, coenobium virorum et foeminarum novae et recentis religionis Beatae Brigittae, et sub eius

titulo et nomine, et sub regula Sancti Salvatoris et Sancti Augustini, in oppido suo regio Lublin Cracoviensis dioecesis, et in praefati oppidi Lublin suburbio, in loco capellae Sanctae Barbarae, templumque sub titulo Sanctae Mariae et Sanctae Brigittae anno Domini 1426 die Lunae, in crastino Paschae, fundat, erigitque. Cum autem religio ipsa et ob novitatem et artitudinem sui, fuerit et sit in domibus suis rara, et abscisa, et infrequens, et nonnisi in toto catholico orbe quatuordecim loca, videlicet Romae, Florentiae, Jannae, Nurumbergae, Vasceno, Gdansk, Elbingo, Lublin, Venetiis, ... tunc habita sunt et nunc habeantur, magna regi Vladislao Poloniae obversabatur difficultas, unde personas, de utroque sexu reciperet, qui monasterium a se fundatum initiarent. Tandem post plures deliberationes in hac re factas, fratres et sorores ex monasterio Sanctae Brigittae de Gdansk, almanos omnes recepit, et in praefato monasterio locavit; fuitque primarius loci et coenobii praefati prior Helwoszer, secundus Huszbranth. Quamvis autem sub omni tempore, quo Vladislaus rex vivebat, monasterium illud calicibus, crucibus, casulis, cappis, caeterisque id genus ornamentis et clenodiis, pro magnificentia regia magnificaverit, fratres tamen loci perperam agentes, omnia meliora ex loco auferentes, in monasterium Gedanense clanculo deferebant, et coenobio Lublinensi spoliato, Gedanensem ditabant; sed et plures contentiones, scandala et deformitates in monasterio praefato incestus insuper sanctimonialium oriebantur, donec successerunt fratres Poloni, inter quos principalis erat Martinus de Karnyowycze prior annis multis, qui monasterium illud et in spiritualibus et in temporalibus bene gubernando, ad frugem regularis observantiae reduxit. Cui quidem monasterio in dotem contulit rex villas duas regias, videlicet Czyrnyow, et Skrzinnicza alias Ponyathowa cum omni iure, et libertat eas et in ius theutonicum transfert. Item unum cum dimidio laneos, quod fuit antiquum allodium capellae, in quo situm est monasterium. Item aliud allodium cum duobus laneis seu mansis usque ad flumen Bystrzicza se protendentes, quae a Petro Czigelstricher oppidano Lublinensi rex pro certa summa comparavit; decimam metretam ex omnibus emolimentis, quae ex omnibus molendinis oppidi Lublin et villae Chlopye proveniunt. Item quadraginta marcas annui census in duobus theloneis, Lublinensi videlicet viginti marcas, et in Chelmensi viginti marcas, singulis quatuor temporibus per quinque marcas, ex quolibet theloneo per officiales et theloneatores praefato monasterio extradendas. Item donat eidem monasterio duos piscatores, qui in omnibus piscinis Lublinensibus, pro quolibet tempore, pisces capiant pro monasterio praefato; quos etiam piscatores libertat ab omnibus datiis et tributis et a iurisdictione omnium iudicum et capiteanorum Lublinensium, ita, ut nulli sint

alio nisi praefato monasterio subiecti. Item laneum unum agrorum, donatum monasterio per oppidanum Lublinensem Tlusto, ab omnibus ordinariis et extraordinariis censibus et tributis liberum obligans, ut quilibet frater actu presbyter monasterii praefati, tres missas defunctorum pro salute regis, et statu regum et regni Poloniae, singulis septimanis explere et legere, sub onere conscientiae sit adstrictus. Item liberum usum, sectionem et fruitionem omnium sylvarum et lignorum, tam pro aedificiis, quam pro focis, pro quolibet tempore, ad ius regium et ad castrum Lublinense quomodolibet pertinentium. Erant autem circa huiusmodi dotationem apud oppidum Crasznystaw factam praesentes, et adstipulatores Johannes de Tarnow Cracoviensis, Nicolaus de Michalow Sandomiriensis palatini, Dobrogostius de Schamothuli succamerarius Calissiensis, Domarath de Kobylany Biecensis, Johannes Lichinsky Szremensis castellani. Littera vero fundationis transivit per manus Johannis decani Cracoviensis et regni Poloniae vicecancellarii. Annis autem pluribus quaesita fuit, per notabiles nuncios et oratores regios, maximis sumptibus, fatigis et impensis monasterii praefati Sanctae Brigittae Lublinensis, in Italiae et Almaniae regionibus, apud summos pontifices, et ordinis praefati superiores fundatio, et aliquot capitula Romae, Florentiae, Jannae generalia ob id, a prioribus ordinis, ad quae rex suos mittebat oratores gesta, Cruciferis de Prussia fundationem ipsam per se et submissas personas conantibus inficere. Pium tamen et religiosum regem nulla poterat adversitas superare, in tam diuturnam quoque impedimentorum et difficultatum quae interponebantur rabies grassata est, ut sumptus regii in hanc rem impensi, posteaquam fundationis conclusio obtenta et decreta est, ad quinque millia florenorum hungarialium ascenderint.

Lublin, oppidum, caput et civitas principalis terrae Lublinensis, habens ecclesiam unicam parochialem in se, cuius proprietas et dominium ad serenissimum Poloniae regem pertinet, ad quam propter loci commoditatem et aptitudinem, multae mercantiae variarum manerierum, ex Russia et Lithvania, caeterisque finitimis locis afferuntur, ad fluvium Bistrzicza sita, in dioecesi Cracoviensi. In hac est theloneum regium, quod annis singulis pro centum marcis, aliquando amplioribus arendatur. Ex huiusmodi itaque theloneo Vladislaus Poloniae rex fundando et dotando monasterium Sanctae Brigittae in Lublin, contulit et donavit donatione perpetua et irrevocabili, monasterio praefato in Lublin viginti marcas communis pecuniae, annis singulis, ad quaelibet quatuor tempora, per quinque marcas per theloneatores et quoscumque thelonei Lublinensis tenutarios, exactores, arendatores et officiales, absque omni renitentia et difficultate extradendas; contra quos, si

negligentes fuerint, loci ordinarius Cracoviensis aut sui officiales tenentur extendere censuras ecclesiasticas, usque ad plenariam et effectualem satisfactionem.

Chelm, oppidum, caput et vertex terrae Chelmensis, cathedralem in se habens ecclesiam, propter quam civitas magis, quam oppidum canonice meretur vocitari, circa quam quondam fluvius Bug decurrebat, sed alveus suus aliorsum et in partem dextram conversus, a multo tempore illum deseruit. Nec una tantummodo cathedra latinorum, sed et altera ritus ruthenici sive graeci, locus nobilitatus est, licet propter sterilitatem soli et infrequentiam populi et fori, vix unam parochialem ecclesiam obtinere sit dignus. Cuius proprietas et dominium ad serenissimum regem et regnum Poloniae, cum omni dominio mero et mixto pertinet, in hac etiam est theloneum regium, quod annis singulis, ..., aliquando amplioribus arendatur. Ex huiusmodi etiam theloneo Chelmensi Vladislaus Secundus Poloniae rex fundando et dotando monasterium Sanctae Brigittae in Lublin, contulit et donavit donatione perpetua et irrevocabili monasterio praefato in Lublin, viginti marcas communis pecuniae, annis singulis, ad quaelibet quatuor tempora per quinque marcas, per theloneatores et quoscumque thelonei Chelmensis tenutarios, exactores, arendatores et officiales extradendas; contra quos, si negligentes fuerint, loci ordinarius Chelmensis, aut sui officiales tenentur extendere censuras ecclesiasticas, usque ad plenariam et effectualem satisfactionem.

Decima molendinorum Lublinensium.

Molendina castri Lublinensis aliquando sunt duo, aliquando plura, et possent esse multa, propter abundantiam aquarum, quae oppidum Lublin circumfluunt; in Chlopye vero villa unum est tantum regium molendinum; ex his itaque molendinis Lublinensibus et in Chlopye, dantur regi emolimenta et mensurae omnium braseorum frugum, de quibus cedit monasterio decima mensura.

Duo piscatores. Item circa oppidum Lublinense sunt duae piscinae regiae, quarum una in flumine Bistrzicza, altera in torrenti Grodzanka sitae sunt. In quarum utraque donavit Vladislaus Poloniae rex monasterio praefato Sanctae Brigittae liberam piscaturam, pro omni tempore, a duobus piscatoribus monasterii exercendam; quos etiam piscatores praefatus rex Vladislaus decernit esse liberos, et nonnisi monasterio Sanctae Brigittae et eius priori subiectos.

Antiquum allodium. Item in loco, ubi nunc est monasterium Sanctae Brigittae, fuit cappella nomini et honori Sanctae Barbarae dicata, et ab

advocato Lublinensi dotata, cuius agri praediales ad unum cum medio laneos aestimati, monasterio praefato circa eius fundationem incorporati et perpetuo donati sunt, cum suis pratis et attinentiis.

Novum allodium. Item Vladislaus praefatus Poloniae rex, largius et uberius praedium pro monasterio praefato Sanctae Brigittae effecturus, a Petro Czigelstricher oppidano Lublinensi emit duos laneos agrorum cum pratis, pro certa pecuniae quantitate, ad flumen Bistrzicza se protendentes, quos a quolibet iure civili, cui quondam subiecti erant, et a regali libertans, in sortem contulit perpetuam monasterio praefato, quorum in hanc diem pacificum et liberum habet usum, de quibus decimam manipularem solvunt archidiaconatui Lublinensi, sed illam non conducunt, neque decimam canapi solvunt.

Czyrnyow, villa sub parochia ecclesiae de Crasznycza sita, fundus et proprietas ad monasterium fratrum et sororum Lublinensium pertinens, donata eidem monasterio donatione perpetua, per Vladislaum Secundum Poloniae regem. In qua sunt decem lanei cmethonales, quorum quilibet pro annuo censu solvit mediam marcam; item quilibet proprio curru laborat agrum praedialem decem diebus; item de laneo quilibet solvit duos gallos, duos caseos, decem ova. Item non faciunt ducturas. Item in agris praedialibus pro vere aratis et excultis, seminare quilibet tenetur de avena propria et munda, duos coros mensurae aequalis et planae Lublinensis; in agris vero pro hyeme, tenentur seminare duos coros siliginis, de siligine monasterii mensurae Lublinensis; et agros tenentur arare, disponere, sata metere, et propriis curribus conducere. Item sunt in eadem villa duae tabernae, et quaelibet habet proprios agros, et quaelibet taberna solvit monasterio pro annuo censu sexagenam unam pecuniae communis, et nihil laborat, neque sepum solvit, neque ova, neque caseos. Item non solvunt *crolewstwo* seu *podymne;* item *powabam* non laborant, neque pro vere, neque pro hyeme. Item in eadem villa est una hortulania, et hortulanus solvit pro annuo censu, unum fertonem, alias duodecim grossos, et nullos facit labores. Item pro regia statione nihil solvunt, sed sunt ab ea cmethones singuli liberi. Item tam lanei cmethonales, quam agri tabernarum, solvunt decimam manipularem ecclesiae parochiali Sancti Vitti in Gory prope Sandmiriam, et tenentur eam incolae propriis curribus conducere in horreum a plebano de Gory locandum, et valor eius aestimatur ad septem marcas; canapalem autem decimam ex consvetudine praescripta non solvunt. Item in eadem villa est scoltetia, quae habet duos laneos agrorum liberos, et unam piscinam, et tenetur servire monasterio in equo proprio, quocumque mittitur. Item idem scoltetus de agris suis dat decimam manipularem, et conducit eam pro plebano et pro ecclesia parochiali in Crasznicza, a canapali

vero est liber; scoltetia autem praefata alias non habebatur in villa eadem, sed post fundationem et dotationem monasterii in praeiudicium eius, cum nulla necessitas aut utilitas extaret, creavit eam Sthephanus prior almanus genere et Agnes priorissa, et levi mercede vendidit. Item in eadem villa est coenobiale praedium bonum cum curia, in tres campos divisum, de cuius agris solvitur decima manipularis etiam in *gonithwam* ecclesiae parochiali in Gory; canapalis non datur. Item in eadem villa sunt quatuor piscinae in torrente Pyotrkow, et in una illarum maiori est molendinum, quod pro monasterio solvit duas metretas, tertia pro se recepta, habet unum laneum de agris liberum, et solus lapides et omnia comparare tenetur. Item ecclesiae in Crasznicza solvunt *kolyadam* unum grossum de laneo. Item pratum in Czyrnyow falcastrant, rastrant, colligunt et conducunt. Item *oprawam* non solvunt. Item mellificia non habent. Item molendinator tenetur reficere molendinum, et si destrueretur, totum de novo construere. Item villa praefata confinat cum villis Jablona, Thusszow, Oszmolicze, Prawydlinky, Manthow.

Skrzimycza, alias Ponyatowa, villa sub parochia ecclesiae de Abrahamowicze sita, cuius proprietas et dominium ad coenobium fratrum et sororum Sanctae Brigittae in Lublin pertinet, donata eidem monasterio donatione perpetua per Vladislaum Secundum Poloniae regem. In qua sunt octodecim lanei cmethonales, et quilibet laneus solvit pro annuo censu monasterio Sanctae Brigittae unum fertonem communis pecuniae, alias duodecim grossos. Item quilibet cmetho de laneo, tenetur in agro praediali monasterii a se arato et culto, seminare pro vere unam tunnam alias *kloda* de avena propria et munda, mensurae planae et aequalis Lublinensis, in agris vero praedialibus pro hyeme a se aratis et cultis tenetur aliam tunnam siliginis, de siligine monasterii, alias duos coros mensurae Lublinensis aequalis seminare, et omnia tenentur disponere, metere, conducere. Item non solvunt *crolewstwo* seu *podymne*. Item cmethones non solvunt stationem pro rege, sed sunt ab ea liberi. Item sunt duae tabernae, sed non habent agros, sed tantummodo hortos, et quaelibet taberna solvit monasterio pro annuo censu tres fertones, et non facit aliquos labores, neque sepum solvit, neque gallos, neque ova. Item sunt quatuor hortulaniae, et quaelibet solvit unum fertonem et nihil laborat. Item in eadem villa est scoltetia ex antiquo, quae habet duos laneos liberos et unam piscinam, et tenetur servire monasterio in equo proprio, quocumque mittitur. Item tam agri cmethonales, quam agri scoltetiales et liberorum, solvunt decimam manipularem ecclesiae parochiali Sancti Vitti in Gory prope Sandomiriam, et tenentur eam incolae propriis curribus inducere in horreum a plebano de Gory locandum, et valor eius aestimatur ad decem marcas, canapalem autem decimam ex consvetudine

praescripta non solvunt. Item tam scoltetus quam cmethones, tabernatores et hortulani villae praefatae, tenentur molere eorum frumenta in molendino coenobiali in Czirnyow. Item in praefata villa non est praedium aliquod, item non sunt piscinae, item non est molendinum. Item solvunt unum caseum et ova decem de laneo, item duos gallos, item solvit quilibet de laneo pro festo Paschae unam coturnicem, id est *czetrzew*, aut unum caponem. Item ecclesiae parochiali in Abrahamowicze solvunt pro columbatione unum grossum de laneo. Item *powabam* laborant, unum diem pro vere, alium pro hyeme. Item pratum in Czirnyow falcastrant, rastrant, colligunt et conducunt. Item villa praefata Krimicza confinat cum villis Wylczepolye, Bistrzeowicze, Zukow, Czyrnyow et ubique scopuli sipati, praeter Zukow. Item *oprawam* non solvunt. Item mellificia non habent.

Laneus Nicolai Tlusto. Item sub anno et tempore fundationis et dotationis monasterii praedicti Nicolaus Tlusto oppidanus Lublinensis speciali devotione ductus, contulit motu proprio monasterio praefato Sanctae Brigittae unum laneum cum suis attinentiis, iuri civili subiectum, quem praedictus Vladislaus Poloniae rex ab omnibus oneribus, censibus et tributis, regalibus et civilibus libertavit; sed monasterium non habet praefati lanei possessionem.

Czwartek suburbium Lublinense. Item sub tempore fundationis et dotationis monasterii praefati, videlicet anno Domini 1426 Vincentius alias Wyanczek suburbanus Lublinensis, et in suburbio vocato Czwartek consistens, tres laneos haereditarios suos praefato suburbio, zelo devotionis incitatus, contulit motu proprio monasterio praefato, cum suis attinentiis, pure propter Deum, in quorum monasterium est pacifica possessione, et locati sunt cmethonibus, et quilibet solvit de laneo unam marcam monasterio, ab omnibus autem laboribus, tributis, exactionibus, datiis sunt liberi.

Horti in suburbio Lublinensi. Item in loco, in quo monasterium situm et fundatum est, et in eius circuitu, habentur horti viginti octo coenobiales, ad monasterium Sanctae Brigittae perpetuo pertinentes, inscripti civibus et oppidanis Lublinensibus, per priorem et monasterium Sanctae Brigittae in haereditatem, sub annuo tamen censu et tributo; quilibet enim hortus ex praedictis viginti octo hortis, solvit monasterio Sanctae Brigittae unum fertonem pecuniae communis, horti autem praefati in areis et agris monasterii sunt locati.

Ordo Sanctae Clarae alias Sancti Damiani, in dioecesi Cracoviensi habet duo monasteria, videlicet Sancti Andreae in Cracovia, et in antiqua Sandecz, Monasterium primum

SANCTI ANDREAE IN CRACOVIA.

Boleslaus dux et monarcha regni Poloniae, ob incredibilem corporis integritatem, castitatemque, quam speciosissimam habens in matrimonio coniugem Kunegundim, filiam Belae Hungariae regis, maxima cura, maximoque studio usque ad extremum vitae custodivit, Pudicus appellatus, scrupulosa diligentia advertens, in universo regni Poloniae corpore, nullum virginum et foeminarum extare coenobium, nullum Deo dicatarum aut dicandarum extare conventum, in quo militarium regni Poloniae filiae consangvineae et sorores, pro devotione sua et vita religiosa explenda, possent includi, et dignum Deo coeli pro virginitatis proposito exhibere famulatum, consiliis, instantiis et praecibus illustrissimarum foeminarum Grzymislavae genitricis et Kunegundis conthoralis suae persvasus, monasterium sanctimonialium fundare, dotare et erigere, in animum suum inducit. Anno itaque Domini 1257. sexta nonas Martii, apud villagium Korczin Cracoviensis dioecesis, supra Nidam fluvium situm, omnium suarum terrarum indicit conventum, ad quem non solum Prandotha episcopus Cracoviensis, ac barones et proceres Cracoviensis, Sandomiriensis, Lubliensis terrarum, sed et Casimirus Cuiaviensis, Lanciciensis et Syradiensis, et Semovitus Mazoviae duces, Boleslai Pudici ducis Cracoviensis fratres patrueles germani, personaliter cum suis consiliariis rogati advenerant, ubi per dies plures de novi monasterii pro sanctimonialibus et foeminis, coelibem vitam agere aestuantibus, pluribus sententiis fuit disputatum et tractatum, quomodo pii principis Boleslai Pudici Cracoviensis, desiderium, quod in eo felix sua consors Kunegundis accenderat, impleretur. Omnibus autem intentionem suam sanctam magna laude certatim et efferentibus et probantibus, praecibus

insuper sororis suae germanae Salomeae Gallaciae quondam reginae interpellatus, quae et ipsa morte viri sui Colomani sequuta, coelibem et monachalem desiderabat ducere vitam, claustrum sanctimonialium apud oppidum Zawichosth, in colle ad fluvium Vislam respiciente, ad honorem Omnipotentis Dei et genitricis eius Virginis Mariae, et totius hierarchiae coelestis fundat et locat, qui pro dote praedictum oppidum Zawichosth et villas quinque et viginti ducales ad illud pertinentes, praedia insuper, lacus, et thelonea censusque notabiles certos et firmos, qui pro sexaginta virginibus possent sufficere, cum omni proprietate, titulo et dominio donat, litterisque ducalibus donationem perpetuat, conferens oppido, villis et censibus a se donatis, ab omni regum et principum ac dominorum temporalium iurisdictione et tributo, plenam libertatem; ducali deinde munificentia et sumptu ecclesiam sub honore et titulo Sanctae Elisabeth, et monasterium habitationesque famulabus Dei latere cocto aedificat, et consumat, religionemque monialium Sancti Damiani, Ordinis Sancti Francisci, quam in praesentiarum Sanctae Clarae vocitamus, in monasterium a se fundatum et dotatum inducit, et sorores ordinis praefati in eo locat. Cuius prima abbatissa fuit praefata Salomea fundatoris soror germana, et Colomani relicta, quem ordinem ipsum professa fuerat. Casimirus Cuiaviensis et Semovitus Mazoviae duces, fratres patrueles eo respectu ad habitum, ut Boleslao orba decedente rata remaneret, et ab haeredibus Boleslai in dubium revocari non posset. Verum quum Tartarorum grandis exercitus, cui Boleslaus pudicus cum militia sua clade duplici accepta, resistentiam facere non poterat, Cracovienses et Sandomirienses, caeterasque regni Poloniae terras anno Domini 1260 saeva rabie et gladio, incendiisque vastasset, coenobium quoque sanctimonialium in Zawichosth in flammas coniecisset, pius dux Boleslaus Pudicus Tartaricam et barbaricam irruptionem, ne frequenter accideret veritus, coenobium praefatum sanctimonialium ex Zawichosth et sanctimoniales in eo degentes, de consilio Prandothae episcopi Cracoviensis et baronum suorum in tutiorem locum, qui Skala alias Lapis Sanctae Mariae appellatur, tribus milliaribus a Cracoviensi urbe distantem, transtulit, et oppido Skala in loco qui Stankon vocitabatur locando, pro novo monasterio erigendo adiecto, etiam priorem donationem de oppido Zawichosth, villis, caeterisque introitibus ac libertatibus factam, novis privilegiis et literis anno Domini 1262 sexto nonas martii apud Korczyn germanae suae Salomeae, habitum et professionem ordinis et monasterii praedicti sortitae, devictus innovat et confirmat, locumque monasterii prope oppidum Skala, supra fluvium Prandnik locat. Durabat autem fabrica coctilis ecclesiae et monasterii Zawichostensis usque ad tempora Vladislai Secundi Poloniae regis; verum anno Domini 1412.

Michael de Czyszow castellanus Sandomiriensis et castri Zawichosth tenutarius, nobilis de domo Polukoza fabricam ecclesiae et monasterii Zawichosth a Tartaris et barbaris dudum ante exustam diruit, et lapides atque lateres dirutos in Czyszow deduxit et castro suo Czyszow, quod tunc fabricabatur inseruit. Quod, cum Vladislaus rex Poloniae ex Lithvania habens tunc secum in comitiva Alexandrum Vitavdum magnum ducem Lithvaniae reversus offendisset, dolore nimio exacerbatus, furorem suum in Michaelem coacervavit et sponsione rigida ipsum ad reparandum, quae demolitus erat, obligavit. Sponsio tamen illa, regis ira conquiescente, non fuit impleta, et divinae iniuriae ultio dissimulatione neglecta; sed quum illic quoque locus parum tutus pro sanctimonialibus videretur, in Cracoviam illas transtulit, et ecclesiam S. Andreae extra civitatem tunc positam, et locum pro monasterio, in quo et hactenus consistunt illis assignavit. Helizabeth denique Caroli Hungariae regis relicta, et soror germana Casimiri Secundi Poloniae regis, dum Poloniae regnum ex concessione filii sui Ludovici Hungariae et Poloniae regis, qui Casimiro in Poloniae regno successerat, in sua consisteret ditione, duo virginum monasteria, videlicet Sancti Andreae in Cracovia et Antiquae Sandecz, aliena dote amplius dotatura, omnes decimas manipulares et pecuniales in territorio Sandeczensi consistentes, et ad mensam episcopalem pertinentes, violenter occupat, et eas Bodzanthae episcopo tunc Cracoviensi per iniuriam ablatas, inter praefata Sancti Andreae et Antiquae Sandecz partitur, anno Domini 1300 (sic) quarum restitutionem dum Bodzantha episcopus et interpellatione honesta exigere non posset, ad Innocentium papam Sextum habuit recursum, causamque Jolendae Sancti Andreae et Affrae Antiquae Sandecz abbatissis ac earum conventibus, in urbe de spolio committit, et coram Bernhardo archiepiscopo Neapolitano auditore, de utroque coenobio per sententiam definitivam refert sententiam, fueruntque abbatissae et sanctimoniales praefatae censuris Apostolicis tempore non parvo, donec de omni satisfacerent, excommunicatae; et quamvis plures villae et proventus eidem monasterio in dotem assignatae, distractae et alienatae sint, nos tamen ampliorem alienationem pro modulo humano restricturi, reliquias oppidorum, villarum et introituum in praesenti regestro curavimus annotare.

Zawichosth, oppidum in terra Sandomiriensi et iuxta Vislam situm, habens intra se duas parochiales ambas muratas, unam Sanctae Mariae, cuius canonicus Sandomiriensis de praebenda Koniczska unicus est collator, alteram Sanctae Trinitatis, cuius archidiaconus Zavichostensis unicus est collator, ad proprietatem monasterii Sancti Andreae pertinens, donatum eidem coenobio per Boleslaum Pudicum ducem. In quo sunt quadraginta

quatuor lanei oppidanorum, et quilibet de laneo, si tamen braxat cervisiam, solvit pro coenobio mediam marcam, si non braxat, solum unum tantum fertonem. Item sunt ibi ...... domus, et quilibet solvit unum grossum; sed si braxat cerevisiam solvit ..... Item quatuordecim carnificina macella, et quodlibet solvit unum lapidem sepi pro censu, et septem pertinent ad regem, reliqua septem pertinent ad sanctimoniales. Item oppidani non faciunt aliquos labores, neque ducturas. Item horti. Item omnes quadraginta quatuor lanei oppidanorum solvunt decimam manipularem, sed varie; nam post viginti laneos tantum solvitur decima manipularis, non tamen canapalis, ecclesiae parochiali Sanctae Trinitatis in Zawichosth, et solus plebanus eam conducit, item de aliis viginti quatuor laneis, solvitur decima, non tamen canapalis, et inducitur custodiae Sancti Floriani in Cracovia, et valor eius aestimatur ad quindecim marcas; ex pacto tamen oppidani Zawichosthenses solvunt pro ea custodi duodecim marcas. Item est ibi praedium regale, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali Sanctae Mariae in Zawichosth, quod olim fuit advocatiale. Item ecclesia S. Mariae habet similiter et ecclesia S. Trinitatis agros praediales liberos. Item est ibi monasterium fratrum minorum Sancti Francisci, cuius ecclesia cum officinis monasterii per Boleslaum Pudicum ducem cocto latere murata sunt, habet medium laneum de agro, sed solvit omnia tributa de illo. Item fuit ibi tertia ecclesia parochialis Sancti Mauricii lignea, sed in villam Borowa translata est. Item oppidum Zawichosth habuit olim optimam advocatiam, quae habebat villam Szobothka sibi iunctam et molendinum bonum et medietatem macellorum, quae omnia Casimirus Secundus rex Poloniae coempta advocatia, traxit omnia ad se et castrum Zawichostense; balneum quod fuit advocati, emptum cum advocatia pertinet ad regem, et solvit duas marcas. Confinat cum Winary, Dzurow, Cziszow, Mistrzowicze, Linow, Garbow.

Wynary Maior seu Superius, sub parochia Sanctae Trinitatis de Zawichosth sita, et per Boleslaum Pudicum regni Poloniae ducem et monarcham monasterio Zawichostensi donata. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu unam marcam, item ova triginta, item gallos duos, item caseos duos; item *osszyep* non solvunt. Item pro vere et hyeme duas *powabas*, et qualibet septimana unum diem proprio curru laborare tenentur. Item praedium est ibi, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae Sanctae Trinitatis in Zawichosth. Item taberna una habens amplos agros, et solvit unam cum media marcas. Item hortulaniae duae habentes agros, et solvit quaelibet pro censu unum fertonem, et omnes unum diem laborant pedestres. Item decimam manipularem cmethones, tabernae et hortulaniae solvunt et conducunt similiter et canapalem,

pro ecclesia parochiali Sanctae Trinitatis in Zawichosth, et valor ad decem marcas. Hanc villam tenet nunc Stanislaus Winarsky, nobilis de domo Janina in proprietatem, et solvit monasterio Sancti Andreae unam cum media marcas; abbatissa enim servitrici et lotrici monasterii Gertrudi consorti Klon, a quo Clonowa appellabatur, donaverat eam perpetuo, sub onere census perpetui, unius cum media marcae, satis fatue et iniuste, praesentibus monasterium illam repetit, tanquam iniuste alienatam. Confinat cum villis Dzurow, Winiari Minori, oppido Zawichosth, et Czirnino.

Pyekary, villa prope Koprzywniczam, et sub parochia ecclesiae de Obrzaszow sita, sed haec villa abstracta et alienata est a monasterio Sancti Andreae, incertum quomodo, et tenet in ea custodia Sandomiriensis quatuor laneos cmethonales, et unam tabernam habentem agros; item vicecustodia Sandomiriensis habet ibi tres laneos cmethonales; item vicaria praebendae Sandomiriensis, quae dicitur Pyekarska, habet ibi duos laneos; et de omnibus praefatis septem laneis custodis et vicecustodis, solvitur decima manipularis et canapalis, et conducitur pro archidiaconatu Sandomiriensi, de laneo vero vicariae, solvitur decima manipularis eidem vicariae. Item sunt ibi duo alii speciales lanei, qui erant praediales, et tenet eos praebenda Sandomiriensis, quae dicitur Pyekarska, et solvit censum et decimam manipularem pro praebenda Pyekarska. Item praefatos tres laneos ad vicecustodiam Sandomiriensem pertinentes anno Domini .... emit ab abbatissa ....

Czirnino, villa sub parochia ecclesiae de Gory sita, et per Boleslaum Pudicum ducem monasterio Sancti Andreae donata, ad proprietatem eiusdem monasterii pertinens. In qua sunt sex lanei cmethonales, et quilibet pro censu solvit monialibus unum fertonem, viginti ova, duos gallos, duos caseos. Item singuli cmethones, arant, serunt agros praediales ibidem in Czirnin, et sata omnia metunt, disponunt et in horreum coenobiale inducunt. Item est praedium coenobiale et curia, de cuius agris nulli solvit monasterium decimam, sed eam pro se tollit et in horreum suum inducit. Item tabernae duae, sed non habent agros, et solvunt pro censu ánnuo .... Item hortulaniae. Item non solvunt avenam neque siliginem. Item in eadem villa sunt lanei, quorum proprietas ad Lucam de Slupcza nobilem de domo Rawa pertinet. Item omnes agri totius villae solvunt decimam manipularem, et per quatuor ierugas canapalem, archidiaconatui Zawichostensi, et tenentur illam cmethones propriis curribus ducere, in horreum ab archidiacono Zawichostensi locandum, et valor eius aestimatur ad septem marcas. Confinat cum villis Garbow, utraque Winari Maiori et Minori Slupcza, Gory.

Dzurow, villa sub parochia ecclesiae Sanctae Trinitatis de Zawichosth sita, et per Boleslaum Pudicum ducem monasterio Sancti Andreae

donata, cuius proprietas nunc pertinet ad monasterium Sancti Andreae. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit pro annuo censu unum fertonem, viginti ova, duos gallos. Item non est in eadem villa praedium, neque tabernae, neque hortulaniae. Item cmethones non faciunt aliquos labores sed *podwodas* una cum oppidanis Zawichostensibus ad pecuniarum regiarum rationem. Item cmethones omnes solvunt decimam manipularem ecclesiae parochiali Sanctae Trinitatis in Zawichosth, et non tenentur illam ducere propriis curribus in horreum a plebano locandum, et valor eius aestimatur ad quinque marcas, canapalem etiam non solvunt per quatuor ierugas. Confinat cum oppido Zawichosth et villis Pyotrowicze, Cziszow, Garbow.

Pyotrowycze, villa sub parochia ecclesiae Sanctae Trinitatis de Zawichosth sita, et per Boleslaum Pudicum ducem monasterio Sancti Andreae donata, cuius proprietas ad praefatum monasterium pertinet. In qua sunt quatuordecim lanei cmethonales, et quilibet pro censu annuo solvit sanctimonialibus unum fertonem, viginti ova, item duos gallos, duos caseos; item quatuor coros avenae, tres siliginis. Item quilibet de laneo laborat unum diem in septimana, ad rationem dierum facit ducturas. Item sunt ibi duae tabernae, et quaelibet solvit pro censu unam marcam, et nihil laborant, nisi *powabam* et quaelibet habet agros. Item est una hortulania, habens agros, solvit decem grossos et unum diem in septimana pedester laborat. Item cmethones omnes ad laborandam duplicem *powabam* tenentur. Item molendinum non est. Item omnes agri cmethonum, tabernarum et hortulaniae solvunt decimam manipularem, et per quatuor ierugas canapalem cantoriae Sandomiriensi, et tenentur illam propriis curribus ducere in horreum a cantore locandum, et valor eius aestimatur ad viginti marcas. Item praedium ibi coenobiale et curia, de cuius agris sanctimoniales solae decimam percipiunt, quamvis asseratur, quod ad cantoriam pertineat. Item iuxta villam est lacus optimus coenobialis, qui arendatus solvit annis singulis sex marcas. Cofinat cum Linow, Cziszow, Sancta Trinitate, Dzurow et Zawichosth.

Borow, villa per Boleslaum Pudicum ducem et monarcham Poloniae monasterio sanctimonialium de Sancto Andrea donata, iuxta fluvium Szanna sita, habens in se ecclesiam parochialem ligneam, Sancto Andreae Apostolo dicatam, quam de Sancto Mauricio ex Zawichosth, magister Matthias de Odolino tunc plebanus, provida ratione et perpetua ob id memoria dignus, ne parochiani sui Vislam transfretando, quemadmodum saepe eveniebat periclitarentur, transtulit. Cuius proprietas ad monasterium Sancti Andreae pertinet. In qua sunt octo lanei cmethonales, et quilibet solvit pro annuo censu urnam mellis, triginta ova, duos gallos; item quatuor coros avenae, tres siliginis. Item est ibi taberna una habens agros,

quae solvit pro censu mediam marcam. Item hortulaniae non sunt, item praedium non est. Item serunt, metunt, et conducunt frumenta in praedio coenobii, pro vere et hyeme. Item duo molendina monasterii in flumine Szanna, habentia agros, quorum unum consistens in villa, solvit pro censu tres marcas, aliud solvit unam sexagenam. Item omnes agri cmethonum et tabernarum solvebant decimam manipularem, et per quatuor ierugas canapalem, scholastriae Sandomiriensi annis multis; sed ecclesia S. Mauricii ex Zawichosth in Borow translata, Luthko de Tokary scoltetus Sandomiriensis, donavit eam donatione perpetua ecclesiae in Borow, quam donationem Johannis Luthkonis episcopus Cracoviensis de consensu capituli anno 1465 confirmavit, cuius decimae valor aestimatur ad octo marcas; in aliqualem tamen recompensam ecclesia in Borowa dedit scolastriae decimam. Item ecclesia habet ibi medium laneum liberum, donatum per sanctimoniales. Confinat cum villis Sdzechowicze, Sczecin, Ochodza, Ostrow.

Postruznicze alias Pstrangy, villa sub parochia ecclesiae de Borow iuxta lacum, in quem fluvius Szanna exoneratur, sita, et per Boleslaum Pudicum regni Poloniae ducem et monarcham monasterio sanctimonialium Sancti Andreae donata. In qua sunt tres lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu annuo unum fertonem, triginta ova, duos gallos, quatuor coros avenae, tres siliginis. Item non sunt ibi tabernae, neque hortulaniae. Item cmethones pro vere et hyeme serunt, arant, metunt et conducunt frumenta in praedio coenobii. Item non est ibi praedium. Item cmethones omnes de suis agris solvunt decimam manipularem, et per quatuor ierugas canapalem, scholastriae Sandomiriensi, et ducunt eam propriis curribus in horreum a scholastico locandum, et valor eius aestimatur ad tres marcas. Confinat cum villis Popowicze, Borow, Komorzin, Ochodza.

Ostrow, villa sub parochia ecclesiae de Borow sita, per Boleslaum Pudicum monasterio Sancti Andreae donata, ad cuius proprietatem pertinet. In qua sunt novem lanei cmethonales, et quilibet de laneo solvit pro censu annuo unum fertonem, triginta ova, duos gallos, item quatuor coros avenae, tres siliginis. Item est ibi una taberna habens agros, quae solvit pro censu ...... Item hortulaniae non sunt. Item molendinum unum habens agros, quod solvit pro censu metretas duas omnium emolimentorum, pro monasterio fratrum minorum in Zawichosth, ad quorum proprietatem una cum piscina pertinet. Item praedium non est. Item omnes agri villae solvunt decimam manipularem, et per quatuor ierugas canapalem scholastriae Sandomiriensi, et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a scholastico locandum, et valor eius aestimatur ad decem marcas. Confinat cum villis Pstrangy, Borow, Kosszin et oppido Zawichosth.

Kosszino, villa sub parochia ecclesiae olim Sancti Mauritii, nunc de Borowa ad fluvium Tuczina sita, et per Boleslaum Pudicum ducem monasterio Sancti Andreae donata, ad cuius proprietatem et dominium pertinet. In qua sunt quinque lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu unum fertonem, triginta ova, duos gallos, item quatuor coros avenae, tres siliginis, mensurae confertae. Item cmethones laborant duplicem *powabam* pro vere et aestate. Item est ibi taberna habens agros, et solvit pro censu unam sexagenam. Item sunt quatuor hortulaniae habentes agros. Item sunt duo molendina in flumine Thuczina, habentia agros, et unum inferius solvit quatuor marcas, quod dicitur Szgrzebni mlin, aliud superius, quod dicitur Mnischek, solvit unam sexagenam. Item praedium ibi non est aliquod. Item omnes agri cmethonum, tabernae, hortulaniarum et molendinorum, solvunt decimam manipularem, et per quatuor ierugas canapalem scholastriae Sandomiriensi, et tenentur illam propriis curribus ducere in horreum a scholastico locandum, et valor aestimatur ad sex marcas. Confinat cum villis Mniszek, Gosczíradow, Borow, Opoka et Janiszow.

Thuczina, villa sub parochia S. Mauritii de Zawichosth sita, a fluvio Thuczina iuxta quem sita est, vocabulum sortita, et per Boleslaum Pudicum ducem et monarcham regni Poloniae monasterio Zawichostensi donata; ad cuius proprietatem et dominium pertinet.

Notandum autem, quod villa praefata Thuczina, licet alias et praesertim tunc cum fuit donata monasterio Zawichostensi, esset locata, habitata et culta, per frequentes tamen gwerras et irruptiones clandestinas et apertas hostiles et barbaricas, fuit in totum desertata, et adeo redacta in solitudinem, ut omnes agri consiti forent maximis quercubus, ac in loco, ubi quondam pia villae extabant culmina, heremitorium conderetur, in quo a servis Dei illic habitantibus, locus Mnischek, qui ab accola heremi inhabitaretur, vocitari coeptus est, nomineque priori obliterato et amisso, Mnischek in praesentiarum vocatur; iamque illic propter foecunditatem agrorum, in agris antiquis et in nova radice excultis villa Mnischek locata est, de qua in praesenti registro in inferioribus locis, latiorem faciemus descriptionem, quam hic facere omittimus.

Upiana ......

Chodkow, villa sub parochia de Lunyow in ripa Vislae sita, cuius proprietas ad sanctimoniales Sancti Andreae de Cracovia pertinet et per Boleslaum Pudicum regni Poloniae ducem monasterio sanctimonialium Zawichostensium donata, in fundatione et translatione eiusdem monasterii. In qua sunt lanei cmethonales ......, item gallos, item ova, item caseos; item taberna, item hortulani, item praedium.

Daronyn, villa sub parochia ecclesiae de Jankowicze sita, et per Boleslaum Pudicum regni Poloniae ducem monasterio sanctimonialium Zavichostensi donata, in fundatione et translatione eiusdem monasterii. In qua sunt decem et octo lanei cmethonales, et quilibet solvit pro annuo censu octo scottos. Item gallos non dant, item ova non solvunt, neque caseos. Item taberna una monasterii habens agros, et solvit unam marcam. Item hortulaniae pro monasterio non sunt. Item praedium est ibi, de cuius agris decima manipularis solvitur episcopo Cracoviensi in *gonithwam*. Item cmethones pro vere et hyeme seminant, arant, metunt et conducunt agros praediales, et ducturas faciunt in Cracoviam ordinarie, quoties mandatur. Item de agris cmethonum, tabernarum et hortulanorum solvitur decima manipularis, et per quatuor ierugas canapalis episcopatui Cracoviensi et inducitur in horreum episcopi per cmethones. Item iuxta villam Daronin sita sunt prata magna, ex agris facta, in quibus olim sedebat villa ad monasterium Sancti Andreae pertinens Brzescziani, et de agris eius solvebatur decima manipularis episcopo Cracoviensi, et omnia prata praedicta occupat rex pro castro Sandomiriensi. Item scoltetia est, quae habet proprium praedium et tres laneos cmethonales, de quolibet laneo mediam marcam solvit scolteto pro censu, et decimam manipularem, et scoltetus et sui cmethones episcopo Cracoviensi, et valor ad viginti marcas. Item pro scolteto una taberna habens agros, solvit duas marcas, et una hortulania habens agros et solvit unum fertonem et unum diem laborat. Confinat cum villis Stodoli, Sobothka, Przeszwodi, Pyelyaszow, Szawlowicze, Liszow.

Schawlowicze, villa sub parochia ecclesiae de Maliczye sita, et per Boleslaum Pudicum ducem regni Poloniae monasterio sanctimonialium Zawichostensium in eius fundatione et translatione donata. In qua sunt decem et octo lanei cmethonales et quilibet solvit pro annuo censu octo scottos de tredecim laneis, et de quinque laneis per quindecim grossos, item gallos, item ova; item taberna, item hortulaniae duae monasterii, habentes agros, una solvit unam marcam, altera diem unum in septimana laborat. Item praedium est coenobiale, de quo monasterium pro se tollit decimam. Item scoltetia est habens agros sufficientes, et unam tabernam, quae solvit sibi duas marcas, et duas hortulanias. Item de omnibus agris tabernarum et hortulanorum et scoltetiae, solvitur decima manipularis, et per quatuor ierugas canapalis episcopatui Cracoviensi, et inducitur in horreum per cmethones propriis curribus a factore episcopi locandum; valor eius ad viginti marcas. Item cmethones pro vere et hyeme seminant, arant, metunt, et conducunt seminata in agris praedialibus et ducturas faciunt in

Cracoviam, ordinarie semel in anno, quoties mandatur. Confinat cum villis Lysszow, Daronin.

Brescany, villa sub parochia de Jankowicze sita et per Boleslaum Pudicum Poloniae ducem et monarcham monasterio Zawichostensi in eius fundatione donata, ad cuius proprietatem etiam nunc pertinet. In qua sunt duodecim lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu sedecim scottos. Item gallos non dant, item ova non solvunt, neque caseos. Item tabernae non sunt, neque hortulaniae, neque praedia. Item omnes agri cmethonales solvunt decimam manipularem pro episcopatu Cracoviensi. Item in villa praefata Brzesczïani scoltetus de Daronin multos possidet agros, et decimam de illis manipularem solvit episcopo; agros autem ipsos scoltetus possidet, vel per usurpationem, vel per sanctimonialium parum providam donationem. Agri autem cmethonales omnes deserti sunt, et in prata conversi, quae castrum Sandomiriense primum praecarie usurpavit, hactenus autem per vim possidet. Item villa praefata, dum erat locata hominibus, omnes labores, ducturas solvebat et implebat, sicut villa Daronin. Confinat cum villis Stodoli, Szobothka, Przeszwodi, Pyelyaszow, Szawlowicze, Lyszow.

Wynary inferius, villa sub parochia ecclesiae de Sancta Trinitate in Zawichosth sita, et per Boleslaum Pudicum ducem et monarcham regni Poloniae in fundatione monasterio Zawichostensi donata. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu .....; item ova, item duos gallos, item laborant..., item taberna una habens agros, item hortulaniae duae habentes agros, item praedium unum, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Zawichosth, item omnes lanei cmethonales solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro ecclesia Sanctae Trinitatis in Zawichosth, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Istam villam tenet Zawisza Garbowsky de armis Szulima, filius Johannis Pharurey militis, nec constat, quo tempore aut per quem, aut ex qua causa, alienata et abstracta sit a monasterio Sancti Andreae; sed fama tenet, quod sanctimoniales eam donaverant cuidam foeminae pro servitio. Confinat cum Slupcza, Czirnino, Maiori Winary.

Szobothka, villa habens in se ecclesiam ligneam parochialem, S. Margarithae nomini dicatam, quam in fundatione contulit monasterio Zavichostensi Boleslaus Pudicus regni Poloniae dux et monarcha, ad proprietatem monasterii Sancti Andreae pertinens. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu ..... Item laborant ..... Item taberna; item hortulani. Item cmethones omnes de suis agris et laneis, praeter agros additionales, qui dicuntur *przymyarky*, solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem ecclesiae in Solyecz, et valor eius aestimatur

ad quadraginta marcas. Item est ibi optimum praedium, de quo et agris cmethonum *przymyarky*, solvitur decima manipularis ecclesiae in Szobothka. Item notandum, quod villa praefata per regem Casimirum Secundum abstracta est a proprietate monasterii Sancti Andreae, et castro adiuncta regio Zawichosth, pertinebat enim villa praefata ad advocatiam Zawichostensem, pleno iure, et Casimirus Poloniae rex Secundus advocatiam Zawichostensem, cui villa Sobothka annexa erat, apud Petrum eius immediatum advocatum coempta, etiam villam praefatam Sobothka in ius suum regium et proprietatem traxit, et ex eo tempore et molendina et macella Zawichostensia, et villam Sobothkam, et alia iura ad advocatum Zawichostensem pertinentia, coepit rex Poloniae possidere. Confinat cum villis Pisari, Lukawa, Garbow, Cziszow, Zawichosth.

Wyazownicza, villa habens in se ecclesiam parochialem ligneam, prope Koprzywniczam et Ossyek sita, quam in fundatione contulit monasterio Zawichostensi Boleslaus Pudicus dux sed nescio, qua occasione abstracta est a proprietate monasterii, et pertinet nunc eius proprietas ad serenissimum Poloniae regem.

Crolyewicze, villa sub parochia de Wyanszownicza sita, cuius proprietas ad monasterium sanctimonialium Sancti Andreae pertinet. In qua non sunt aliqui lanei cmethonales, sed tantummodo sex hortulaniae habentes agros, et quaelibet solvit sex grossos pro censu. Item non faciunt aliquos labores in anno, aut septimana. Item omnes laborant tres in aestate dies in foeno. Item est una taberna habens agros, quae solvit unam sexagenam monasterio pro censu. Item unum molendinum in flumine . . . , quod solvit pro censu monasterio unam sexagenam, habet enim agros et prata. Item non est ibi aliquod praedium coenobiale. Item omnes agri villae solvunt decimam. Confinat cum Wyanszownicza, Woyczechowicze, Nawodzicze.

Przeszwothi, villa sub parochia ecclesiae de Jankowicze sita et per Boleslaum Pudicum ducem et monarcham regni Poloniae in fundatione monasterio Zawichosthensi donata. In qua sunt sedecim lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu mediam marcam, item ova triginta, item duos gallos; item caseos non solvunt; item laborant unum diem in septimana de laneo, proprio curru aut aratro, et serunt diem pro vere et hyeme, et ducturas faciunt in Sandomiriam, Zawichosth, Koprzywniczam, Opathow. Item tabernae duae habentes agros, et quaelibet solvit pro censu unam cum dimidia marcas. Item hortulaniae duae, et laborant unum diem pedestres in septimana. Item praedia ibi tria militaria, de quibus solvitur decima manipularis ecclesiae in Jankowicze. Item de laneo solvitur unus corus tritici, duo siliginis, et sex avenae. Item

omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem, sed varie, nam maior pars villae solvit eam ecclesiae parochiali in Pnyow ex donatione episcopali, et valor eius aestimatur ad quinque marcas, alia solvit eam ecclesiae in Midlow, et valor eius ad tres marcas, tertia solvit eam ecclesiae in Jankowicze, quae aestimatur ad duas marcas, et quarta ecclesiae in Rudno quae aestimatur ad unam marcam. Istam villam tenet nunc Stanislaus et Bernardus de domo Janina et asseritur, quod eam sanctimoniales donaverunt pro servitio, et a monasterio illicite alienaverunt. Confinat cum villis Daronin, Schawlowicze.

Kobyerniky, erat quondam villa monasterii Sancti Andreae, nunc vero villa praefata sub parochia ecclesiae Sancti Pauli in Veteri Sandomiria consistens; redacta est in praedia civium Sandomiriensium, et incertum est, atque parum notum, qualiter villa praefata a monasterio Sancti Andreae abstracta et alienata est. Sunt autem in villa praefata tredecim aut quindecim lanei iuxta aestimationem largi et lati, qui ab oppidanis Sandomiriensibus vel coluntur, vel annuatim locantur, et laneus locatus solvit sedecim grossos. Item lanei praefati solvunt et conducunt decimam manipularem tantummodo praebendae Sandomiriensi, quae dicitur Kobyerniczska, et valor eius aestimatur ad viginti quatuor marcas, decimam autem canapi non solvunt. Item non sunt tabernae, neque hortulaniae. Item est ibi piscina. Item dies non laborant, gallos, ova, caseos, *osszyep* non solvunt, sed tantummodo quilibet de laneo tenetur pro festo Nativitatis Christi, tres currus lignorum ad praetorium Sandomiriense adducere. Confinat cum .....

Umyanowycze, villa sub parochia ecclesiae de Kygye et per Boleslaum Pudicum ducem et monarcham regni Poloniae monasterio sanctimonialium Sancti Andreae donata. In qua sunt viginti lanei cmethonales, et quilibet de laneo solvit pro censu unum fertonem latorum grossorum, item ova quadraginta, item gallos quatuor, item caseos non solvunt, item *powabam* non laborant. Item sunt duae tabernae, quae habent campos et prata, et quaelibet solvit unam marcam pro censu. Item duae hortulaniae, quaelibet solvit unum fertonem, item unam diem in septimana laborat. Item est praedium coenobiale, de cuius agris sanctimoniales nulli solvunt decimam, sed eam solae percipiunt, et in horreum suum inducunt. Item omnes agri cmethonales solvunt decimam manipularem, et per quatuor ierugas canapalem, scholastriae Kielcziensi, et tenentur illam propriis curribus ducere in horreum a scholastico locandum, et valor eius aestimatur ad viginti marcas. Item labores septimanales non faciunt, sed *iutrzyny* arant et disponunt. Confinat cum villis Skowrodno, Pyandziczow, Kopporinya.

Wagyercze, villa sub parochia ecclesiae de Goszlicze sita, et per Boleslaum Pudicum regni Poloniae ducem et monarcham monasterio

sanctimonialium Zawichosthensium in eius fundatione et translatione donata. In qua sunt sex lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu decem scottos, item non dant ova, gallos non solvunt, neque caseos. Item pro vere et hyeme arant agros praediales, serunt, metunt et in horreum inducunt. Item taberna una habens agros, quae unam marcam solvit pro censu. Item hortulania una, quae censum non solvit, sed diem in septimana pedester laborat, habens agros. Item est praedium bonum coenobiale, de cuius agris decimatur ecclesiae in Goszlicze. Item omnes agri tabernarum et hortulaniarum solvunt decimam manipularem, et per quatuor ierugas canapalem, episcopatui Cracoviensi, ct tenentur illam cmethones propriis curribus ducere in horreum a factoribus episcopi locandum, et valor eius aestimatur ad septem marcas, aliquando ad octo marcas, aliquando ad decem. Item quilibet de laneo laborat duos dies in septimana proprio curru aut aratro. Item est ibi piscina, iuxta quam molendinum, quod solvit pro monasterio unam marcam. Confinat cum villis . . . . .

DAMBYANY, villa sub parochia ecclesiae de Obraszow sita, et per Boleslaum Pudicum regni Poloniae ducem et monarcham monasterio sanctimonialium Zawichostensium in eius fundatione et translatione donata. In qua sunt novem lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu decem scottos cum medio. Item ova non dant, gallos non solvunt, neque caseos. Item pro vere et hyeme arant agros praediales, serunt, metunt et in horreum conducunt, laborando duos dies in septimana proprio curru aut aratro. Item taberna est una, habens agros, et solvit pro censu unam cum media marcas. Item hortulaniae non sunt, neque praedium. Item omnes agri cmethonum, tabernarum, hortulaniarum, solvunt decimam manipularem, et per quatuor ierugas canapalem episcopatui Cracoviensi, et tenentur eam cmethones propriis curribus inducere in horreum a factoribus episcopi locandum, et valor eius ad duodecim marcas. Confinat cum villis . . . . .

CHOTHKOW, villa sub parochia ecclesiae de Lunyowa sita, et per Boleslaum Pudicum regni Poloniae ducem et monarcham monasterio sanctimonialium in Zawichosth in eius fundatione et translatione donata. In qua sunt sex lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu decem scottos cum medio; item ova non dant, item gallos non solvunt, neque caseos. Item pro vere et hyeme agros praediales serunt, metunt, et in horreum conducunt, laborando duos dies in septimana, proprio curru aut aratro. Item taberna est una habens agros, et solvit pro censu unam marcam. Item hortulaniae tres, et censum non solvendo, quaelibet unum diem in septimana laborat. Item praedium est coenobiale, de cuius agris decimam manipularem partim sibi tollunt, partim altari Sancti Laurentii in Sandomiria,

et valor ad decem marcas. Item iuxta villam in flumine Visla habet monasterium obstaculum bonum. Confinat cum villis . . . . .

Wlosczewycze, villa sub parochia ecclesiae de Pyotrkowicze sita, et per Boleslaum Pudicum ducem et monarcham regni Poloniae monasterio Sancti Andreae donata. In qua sunt sedecim lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu unum fertonem latorum grossorum; item ova, item gallos duos solvunt; caseos non tenentur solvere. Item non sunt tabernae aliquae, neque hortulaniae. Item in eadem villa est praedium coenobiale, quod nulli solvit decimam, sed eam pro se tollit, et in horreum suum inducit. Item omnes agri cmethonales solvunt decimam manipularem, et per quatuor ierugas canapalem, custodiae Kielczensi, et tenentur illam propriis curribus ducere in horreum a custode locandum, et valor eius aestimatur ad quindecim marcas. Item labores aliquos septimanales non faciunt, sed *iutrzyny* arant, seminant et disponunt. Item ad *powabam* non tenentur. Confinat cum villis Kygye, Stawyani, Gotharthowicze.

Ecclesia in Zarnowyecz cum tabernis et theloneo ibidem consistentibus, et decimis ad eandem pertinentibus.

Translato Boleslaus Pudicus regni Poloniae dux et monarcha Zawichostensi monasterio in Skalam, et exinde ad Sancti Andreae basilicam in Cracoviam, dotem priorem novo supplemento aucturus, villam ducalem Zarnowyecz, ex qua oppidum in processu dierum extat locatum, cum tabernis ibidem consistentibus, item cum theloneo loci eiusdem et aliarum villarum pertinentium ad eandem, in tribus stratis seu viis publicis recipiendum, videlicet in via, quae vadit per Lelow, et inter Wyszenyeszicze et Kroczicze, item in via, quae vadit per praefatum oppidum Zarnowyecz, item tertio in via, quae per Pstrolicze et Strosza duarum provinciarum, quae tunc Oppolye vulgariter appellabatur; item et alias villas iuxta Skalam consistentes donatione perpetua donat, assignat et inscribit.

Item in amplius supplementum, ecclesiam parochialem in Zarnowyecz, proventus et decimas frequentes habentem, et ad ius patronatus pertinentem ducale, cum sanctuariis et camerariis suis, nominibus eorum per expressum designatis, cum omnibus decimis et pertinentiis suis et annuis redditibus, eidem monasterio Sancti Andreae largitur, unit et incorporat, relictis certis redditibus et introitibus pro ecclesia parochiali in Zarnowyecz, ex quibus illius plebanus et rector cum suis ministris, possent commode subsistere, et onera parochiae implere, quas quidem decimas manipulares

ab ecclesia parochiali in Zarnowyecz abstractas, et monasterio S. Andreae unitas et incorporatas, inferius cum earum situ et conditione describimus, et propriis vocabulis nominamus.

Lanei alias *lani* iuxta Zarnowyecz siti, et sub parochia de Zarnowyecz constituti, quorum proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet, et sunt lanei . . . in numero et medietas huiusmodi laneorum maior et melior solvit et conducit decimam manipularem et canapalem pro monasterio Sancti Andreae, et valor eius aestimatur ad tredecim marcas, altera vero medietas solvit eam pro ecclesia parochiali in Zarnowyecz.

Est autem in praedictis laneis ecclesia Sancto Adalberto dicata, ubi olim fuit antiquum oppidum Zarnowyecz, quae est matrix huius ecclesiae parochialis, quae est in oppido, et utramque unus plebanus regit, et singulis diebus dominicis administratur per plebanum aut eius vicarios de Zarnowyecz.

Zarnowyecz, oppidum habens in se ecclesiam parochialem muratam, iuxta fluvium Pilcza situm, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem nunc pertinet. In quo sunt lanei oppidanorum, et de laneis solvitur decima manipularis tantummodo, et non canapalis pro monasterio sanctimonialium in Cracovia Sancti Andreae, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas; de laneis residuis solvitur decima fertonalis . . . communis pecuniae pro monasterio in Immramowicze ordinis Praemonstratensis, qui lanei vocantur Studzeniczno. Item advocatia est in eodem oppido, habens tres laneos agrorum, de quibus solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali et plebano in Zarnowyecz; dicti autem lanei consistunt post vadum in laneis. Item praedium regale in oppido, de quo solvitur decima manipularis pro ecclesia in Zarnowyecz. Item advocatus habet speciale molendinum in flumine Wuycowka. Item molendinum est in eodem oppido, sed non habet agros. Item hortulaniae non sunt regiae, praeter hortulanias plebani in vico, qui vocatur Morawka.

Korycyany, villa sub parochia ecclesiae de Zarnowyecz sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt septem cum medio lanei cmethonales, et de omnibus solvitur decima manipularis, et per quatuor ierugas canapalis, coenobio sanctimonialium Sancti Andreae, et tenentur eam cmethones ducere in horreum a sanctimonialibus locandum, et valor eius aestimatur ad duodecim marcas. Item tabernae non sunt, neque hortulaniae, neque molendinum. Item est ibi praedium optimum regium, de cuius agris solvitur decima manipularis in *gonithwam*, pro monasterio sanctimonialium Sancti Andreae in Cracovia.

Karczowycze, villa sub parochia de Msticzow sita, cuius haeredes

Petrus, Johannes, Zegotha, Nicolaus Marczinowsczy alias Zyenyuchowye de armis Thopor. In qua sunt novem cum medio lanei cmethonales, et de omnibus solvitur decima manipularis, et per tres ierugas canapalis, et conducitur pro monasterio sanctimonialium Sancti Andreae in Cracovia, et valor eius aestimatur ad sedecim marcas. Item taberna una habens agros; item hortulaniae duae habentes agros, de omnibus solvitur decima manipularis tantummodo, in *gonithwam* pro monasterio Sancti Andreae. Item praedium non est in eadem villa aliquod, item molendinum non est.

Udorz, villa sub parochia ecclesiae de Chlina sita, cuius haeres Johannes Dlugosch de Czarnoczyn nobilis de armis Zabrza glowa alias Wyenyawa. In qua sunt viginti quinque lanei cmethonales, et de omnibus solvitur decima manipularis, et per quatuor ierugas canapalis coenobio sanctimonialium Sancti Andreae, et tenentur illam cmethones propriis curribus ducere in horreum a sanctimonialibus locandum et valor eius aestimatur ad decem marcas. Item sunt ibi tabernae duae, habentes agros, et solvunt decimam manipularem pro sanctimonialibus in *gonithwam*, praeter parvum campum unius tabernae, de quo pro ecclesia in Chlina. Item sunt hortulaniae duae, sed non habent agros. Item sunt molendina tria cum medio, ex quibus duo habent agros, ex quibus solvunt decimam manipularem ecclesiae in Chlina. Item est praedium unum militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali et eius plebano in Chlina. Item omnes cmethones solvunt missalia pro ecclesia in Chlina, de quolibet laneo per sex grossos. Item tabernatores et molendinatores solvunt *kolyadam* per unum grossum, hortulani vero non solvunt.

Wyrzbycza, villa sub parochia ecclesiae de laneis Sancti Adalberti sita, cuius haeres et dominus serenissimus Poloniae rex. In qua sunt septem cum medio lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis, et per quatuor ierugas canapalis, monasterio sanctimonialium Sancti Andreae, et ducitur in earum horreum, et valor eius aestimatur ad septem marcas. Item taberna una habens agros, de quibus decima manipularis pro sanctimonialibus in *gonithwam*. Item hortulaniae non sunt, neque molendinum. Item praedium est ibi regium, de cuius agris, solvitur decima manipularis pro altari Sancti Vladislai in Ecclesia Cracoviensi, et valor eius ad tres marcas.

Dobrakow, villa sub parochia ecclesiae de Zarnowyecz sita, cuius haeredes Przedborius, Sbigneus et Johannes fratres de Szyetcza de armis Gelithonum. In qua sunt duodecim lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis, et per quatuor ierugas canapalis monasterio Sancti Andreae, et ducitur in monasterii horreum, et valor eius

aestimatur ad sex marcas, aliquando ad duodecim marcas. Item taberna una habens agros. Item hortulaniae quatuor habentes agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis pro monasterio Sancti Andreae in *gonithwam*. Item molendinum non est. Item praedia duo militaria, et quodlibet nonnisi unum laneum continet, de quibus solvitur decima manipularis pro ecclesia in Zarnowyecz.

Hotolya, villa sub parochia ecclesiae de Zarnowyecz sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt undecim lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis, et per quatuor ierugas canapalis, monasterio sanctimonialium Sancti Andreae, et propriis curribus ducitur in horreum a sanctimonialibus locandum, et valor eius aestimatur ad decem marcas. Item taberna una habens agros. Item hortulaniae non sunt, item molendinum non est. Item praedium est ibi unum regium; de praedio regio et taberna solvitur decima manipularis pro monasterio sanctimonialium in *gonithwam*.

Malisszycze, villa sub parochia ecclesiae de Zarnowyecz sita, cuius haeres serenissimus Poloniae rex. In qua sunt decem lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis, et per quatuor ierugas canapalis monasterio Sancti Andreae, et ducitur in monasterii horreum, et valor eius aestimatur ad quinque marcas. Item taberna una habens agros, item hortulaniae duae habentes agros, item molendinum est unum habens agros; de omnibus solvitur decima manipularis pro monasterio Sancti Andreae in *gonithwam*, praeter aliquos paucos agros tabernae, de quibus ecclesiae in Zarnowyecz. Item praedium unicum regium, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae in Zarnowyecz.

Yezyorowycze, villa sub parochia de Zarnowyecz sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt novem lanei cmethonales, item una taberna habens agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Sancti Andreae, et valor eius aestimatur ad septem marcas aliquando ad decem. Item hortulaniae non sunt. Item praedium non est.

Wylkow, villa sub parochia ecclesiae de Irzandze sita, cuius haeredes Johannes, Abraham, Nicolaus, Wyrzbyanta, Johannes de domo Griffonum. In qua sunt lanei cmethonales, solvitur et ducitur per cmethones decima manipularis, et per quatuor ierugas canapalis, et valor eius aestimatur ad . . . marcas. Non habet eam monasterium in sua possessione. Item taberna, item hortulani, item molendinum. Item praedia quinque, de quibus solvuntur decimae manipulares pro ecclesia in Rokithno. Alienata est a monasterio, et solvitur nunc pro ecclesia in Kydow post laneos cmethonales decima.

Holudza, villa sub parochia ecclesiae de Irzandze sita, cuius proprietas ad monasterium Myechoviense pertinet. In qua sunt novem lanei cmethonales, et de omnibus solvitur decima manipularis, et per quatuor ierugas canapalis monasterio Sancti Andreae, et ducitur in horreum monasterii, et valor eius aestimatur ad quinque marcas. Item taberna una habens agros. Item hortulaniae duae habentes agros, de omnibus solvitur decima manipularis pro monasterio Sancti Andreae in *gonithwam*. Item est ibi molendinum unum, sed non habet agros. Item praedium unicum coenobiale monasterii Myechoviensis, quod nulli solvit decimam, sed eam pro se tollit et in horreum suum inducit.

Bunowycze, villa sub parochia ecclesiae de Sczekoczini sita, cuius haereditas et proprietas ad monasterium Sancti Andreae pertinet. In qua sunt quatuordecim lanei cmethonales et de omnibus solvitur, decima manipularis, et per quatuor ierugas canapalis monasterio Sancti Andreae, et ducitur in horreum monasterii, et valor eius aestimatur ad septem marcas, et quilibet de laneo unum fertonem solvit. Item *iutrzyny* pro vere et hyeme laborant, item sexaginta ova, item duos gallos; item caseos non solvunt. Item tabernae non sunt, item hortulaniae non sunt, neque molendinum, neque praedium. Item scoltetia est ibi, habens duos laneos, de quibus solvitur decima manipularis ecclesiae in Sczekoczini. Item scoltetus habet sextum denarium de censu, et quilibet de laneo tres dies *iutrzyny* sibi laborat, et quilibet de laneo duos coros siliginis et quatuor avenae. Confinat cum Sczekoczini, Thagoborza, Syedliska.

Myszlowycze, villa sub parochia ecclesiae de Irzandze sita, cuius haeres Stephanus Swanthopelkowicz de armis Vulpium. In qua sunt sex lanei cmethonales, et de omnibus solvitur decima manipularis, et per quatuor ierugas canapalis monasterio Sancti Andreae, et ducitur in horreum monasterii, et valor eius aestimatur ad . . . marcas. Item tabernae non sunt. Item hortulaniae sex habentes agros, de quibus solvitur decima in Irzandze. Item molendinum est, sed non habet agros. Item praedium ibi unicum. Non habet nunc monasterium in sua possessione huiusmodi decimam, sed percipit eam ecclesia in Irzandze.

Grabyecz, villa sub parochia de Sczekoczini sita, cuius proprietas ad monasterium Sancti Andreae pertinet. In qua sunt septem cum medio lanei, quilibet solvit unum fertonem latorum grossorum. Item laborant *iutrzini* pro vere et hyeme pro monasterio, item quadraginta ova, item duos gallos; caseos non dant. Item scoltetia Bunoviensis comprehendit villam Grabyecz et cmethones de Grabyecz laborant pro eo *iutrzini*. Item scoltetus de Bunovicze habet ibi suam tabernam, habentem agros, et solvit tres marcas; item decimat ecclesiae in Sczekoczini. Item scoltetus habet ibi

molendinum in flumine Krtina, et solvit duas sexagenas, non habens agros. Item hortulaniae et praedium coenobiale non habentur. Item de omnibus agris villae solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Sancti Andreae, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas, aliquando ad septem. Confinat cum Szedliska utraque Zawada.

Marczinowycze, villa sub parochia ecclesiae de Msticzow sita, cuius haeredes Petrus, Johannes, Nicolaus, Zegotha de armis Bippennium. In qua sunt duodecim cum medio lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis, et per quatuor ierugas canapalis monasterio Sancti Andreae et ducitur in horreum sanctimonialium, et valor eius aestimatur ad decem marcas. Item taberna una habens agros. Item hortulaniae duae habentes agros, de omnibus solvitur decima manipularis pro monasterio Sancti Andreae in *gonithwam.* Item molendinum est, sed non habet agros. Item praedium est ibi unicum, de cuius agris solvitur decima manipularis altari Omnium Sanctorum in ecclesia maiori Cracoviensi.

Przedmosczany, villa sub parochia de Msticzow sita, cuius haeres Johannes Chrzelowsky de armis Bippennium. In qua sunt octo lanei cmethonales; item una taberna habens agros, item una hortulania habens agros, et de omnibus solvitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Sancti Andreae in Cracovia, et valor eius aestimatur ad quinque marcas. Item praedium non est ibi, item molendinum non est ibi.

Rokythno, villa habens in se ecclesiam parochialem ligneam, S. Mariae Magdalenae dicatam, cuius proprietas ad monasterium sanctimonialium Sancti Andreae pertinet. In qua sunt viginti lanei minus medio cmethonales, et quilibet solvit pro censu unum fertonem, item sexaginta ova, item duos gallos; caseos non dant. Item laborant quilibet de laneo *iutrzini* pro vere et hyeme. Item *powabam* non laborant, sed fimum educunt. Item tabernae quinque habentes agros, quatuor solvunt per unam marcam, quinta in strata publica solvit tres marcas. Item hortulaniae quatuor, quaelibet solvit unum fertonem et unum diem laborant et habent agros. Item praedium est ibi coenobiale, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae in Rokithno. Item molendinum est cum piscina habens agros, et solvit duas marcas, et decimat ecclesiae in Rokithno. Item agri villae solvunt decimam manipularem, et per quatuor ierugas canapalem monasterio Sancti Andreae, et ducitur in horreum monasterii, et valor eius aestimatur ad decem marcas. Confinat cum villis Zawada, Holudza, Dobrowicze, Sczekoczini, Wolicza.

Wolya, villa sub parochia ecclesiae de Zarnowyecz sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis, et per quatuor

ierugas canapalis monasterio Sancti Andreae, et ducitur in eorum horreum, et valor eius aestimatur ad ... marcas. Item taberna, item hortulani, item praedium, item molendinum. Alienata est haec decima a monasterio Sancti Andreae.

PRZELAYA, villa sub parochia de Msticzow sita, cuius haeres Stanislaus Plyasza de domo Bippennium. In qua sunt octo lanei cmethonales, item una taberna habens agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Sancti Andreae, et valor eius aestimatur ad sex marcas. Item hortulaniae non sunt, item praedium non est. Item de uno campo percipit decimam manipularem ecclesia in Kosszow.

MODLANY ...

KOSZLOW, villa parochialem ecclesiam habens in se sitam, cuius haeres Jacobus Koszlowsky de armis Vulpium. In qua sunt octo cum medio lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis, et per quatuor ierugas canapalis, et ducitur propriis curribus pro monasterio Sancti Andreae, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Item taberna una habens agros. Item hortulaniae duae habentes agros, de omnibus solvitur decima manipularis pro monasterio Sancti Andreae in *gonithwam*. Item molendinum non est ibi. Item praedium est ibi unicum, de cuius agris solvitur decima manipularis ibidem in Koszlow.

BOBREK ...

PRZECHODY, villa sub parochia ecclesiae de Kydow sita, cuius haeres Johannes Pileczsky castellanus Cracoviensis de armis Leliwa. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et propriis curribus ducitur decima manipularis, et per quatuor ierugas canapalis, monasterio Sancti Andreae, et valor eius aestimatur ad ... marcas. Item taberna ..., item hortulaniae ..., item molendinum ... Item praedium ... Alienata, episcopus Cracoviensis eam percipit.

PRZESZYEKA, villa sub parochia de Msticzow sita, cuius haeres Johannes Zegota Marczinowsky de domo Bippennium. In qua sunt quatuordecim lanei cmethonales, et de omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Sancti Andreae, et valor eius aestimatur ad sex marcas, aliquando ad duodecim. Item est ibi una taberna, item duae hortulaniae habentes agros. Item unum praedium, et de omnibus solvitur decima manipularis monasterio Sancti Andreae in *gonithwam*. Item est ibi campus, de quo decimatur altari Omnium Sanctorum in ecclesia maiori Cracoviensi.

KUROSZWANKY, oppidum habens in se ecclesiam parochialem lapide fabricatam, ad fluvium Czyarna situm, cuius haeres Petrus de domo

Rosze. In qua sunt lanei oppidanorum, de quibus omnibus solvitur et solvi debet, de iustitia et de iure et conduci decima manipularis pro monasterio sanctimonialium Sancti Andreae in Cracovia, et valor eius aestimatur ad ..... marcas. Item praedium in eodem oppido militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Curoszwanky. Notandum, quod decimam manipularem in oppido praefato Curoszwanky iuste et legitime ad monasterium sanctimonialium Sancti Andreae in Cracovia pertinentem ex antiquo, sub aetate mea recenter, violenter primus abstraxit Crzeslaus de Grzibow castellanus Lublinensis, et fundavit in ea praebendam in Curoszwanky, uterque damnationis reus, et qui eam violenter abstulit, et praebendarius, qui eam iniuste percipit.

Omyesznycze vel Omyesszniky, et quae veteri nomine amisso Wirzbicza hactenus vocatur, sub parochia ecclesiae de Chlina sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis, et per quatuor ierugas canapalis, et ducitur propriis curribus in horreum pro monasterio sanctimonialium Sancti Andreae, et valor eius aestimatur ad ..... marcas. Item taberna, item hortulani ...., item molendinum ..... Item praedium regium est in eadem villa, de cuius agris solvitur decima manipularis altari Sancti Vladislai regis in Ecclesia Cracoviensi a Casimiro Secundo Poloniae rege, pro remedio animae Vladislai Loktek Poloniae regis genitoris sui, et ante bustum eius fundato, et valor eius aestimatur ad tres marcas.

Bobrza ...

Zathscha ...

Sztudzenicza alias Wolya Wirzbiczska, sub parochia de Zarnowyecz sita, cuius proprietas et dominium ad serenissimum regem Poloniae pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus, solvitur decima manipularis, et per quatuor ierugas canapalis, et per cmethones propriis curribus ducitur in horreum pro monasterio Sancti Andreae, et valor eius aestimatur ad ... marcas, item taberna, item hortulani, item molendinum. Item praedium regium, de cuius agris solvitur decima manipularis pro altari Sancti Vladislai regis in Ecclesia Cracoviensi, a Casimiro Secundo Poloniae rege, in remedium animae Vladislai Loktek Poloniae regis patris, et ante sepulchrum suum fundato, et valor eius aestimatur ad tres marcas.

Bobranye.....

Mnyszek, villa sub parochia de Borow sita, et sub nostra aetate in sylvis sanctimonialium in cruda radice locata, cuius proprietas ad monasterium Sancti Andreae pertinet. In qua sunt quindecim lanei cmethonales,

et quilibet solvit unum fertonem pro censu, triginta ova, duos gallos, quatuor coros avenae, et tres siliginis mensurae confertae. Item cmethones laborant duplicem *powabam* pro vere et hyeme. Item est una taberna coenobialis, habens unum laneum agrorum de agris antiquis, quae solvit monasterio pro censu. . . . Item scoltetia est in eadem villa, quae habet quatuor laneos pro suo praedio, item duas tabernas habentes agros. Item unum molendinum habens agros, item quatuor hortulanias habentes agros. Item omnes agri sive lanei quindecim in cruda radice locati, solvunt pecunialem decimam episcopo Cracoviensi per decem grossos. Item scoltetus de suis quatuor laneis, quos in cruda radice extirpavit, solvit ecclesiae in Borow decimam manipularem; canapalem non solvit. Scoltetus Petrus dictus Trzyensky, nobilis de domo Nalyancz. Item agri unius lanei antiqui, quem colit taberna coenobialis. Item agri duarum tabernarum, item quatuor hortulaniarum, item molendini ad scoltetiam pertinentium, quoniam antiqui sunt, et progressionem habent ab antiquis, solvunt decimam manipularem, et per quatuor ierugas canapalem scholastriae Sandomiriensi, et tenentur illam ducere propriis curribus in horreum a scholastico locandum, et valor eius aestimatur ad quinque marcas. Confinat cum villis Gosczciradow, Sczeczin, Borow, Koszin et Opoka. Notandum, quod villa praefata in fundatione monasterii Zavichostensis, fuit cum aliis villis, in privilegio fundationis ex nomine descriptis, monasterio Zawichostensi donata, et non Mnisszek sed Thuczyna, propter fluvium, qui iuxta illam decurrit, vocabatur; expost vero, cum propter infestationes hostiles fuisset penitus desertata, et in solitudinem redacta, priori nomine obliterato, Mnisszek vocari coepta est, eo, quod ibi heremitorio condito, heremicola, quem vulgus *mnisszek* nominabat, morabatur.

Skala, oppidum habens in se ecclesiam parochialem, lapide muratam, per Boleslaum Pudicum ducem monasterio Sancti Andreae donatum, quod dum vicus esset, Stankon vocabatur. In quo sunt viginti quatuor lanei civiles, et quilibet solvit pro censu . . . . Item pro una medietate agri oppidanorum solvunt decimam manipularem pro monasterio Sancti Andreae, et valor ad octo marcas, et sunt ibi decem lanei. Item sunt ibi quatuor lanei oppidanorum, qui dicuntur *wolny*, de quibus decimatur ecclesiae in Skala. Item omnes agri, pro una medietate duodecim videlicet lanei oppidanorum, solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem, per quatuor ierugas pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad octo marcas. Item est in eodem oppido theloneum, cuius proprietas et perceptio ad sanctimoniales de Sancto Andrea pertinet, quod dicto coenobio donatum fuit per Boleslaum Pudicum ducem, in tribus stratis recipiendum, videlicet, in via, quae vadit per

Lelow inter Wisszyenyszicze et Crocicze, item per Zarnowyecz item per Pstrolicze et Strosza, et omnes mercatores ex Vratislavia, Posnania, Gdansk et Thorun euntes, solvunt a quolibet equo tres, caeteri per unum grossum, et si negligunt infra septimanam reverti tenentur de novo solvere. Item de huiusmodi theloneo cedit monasterio Sancti Andreae medietas; reliqua medietas pro castellania Woynicziensi et castro Oczecz, ex aequo dividitur. Item praedium coenobiale, de quo monasterium Sancti Andreae pro se non tollit decimam, sed decimatur pro ecclesia et plebano in Skala. Item molendinum in flumine Prandnik, de quo pro monasterio metretae, pro qualibet septimana viginti cori brasei. Confinat cum Oczecz, Pyeskowa Skala, Wyelmosza, Sobyeszanky, Czyanowka.

Mylunky, villa sub parochia de Zadroszye sita, cuius proprietas ex donatione Pudici pertinet, pertinereque de iure debet ad monasterium sanctimonialium Sancti Andreae in Cracovia. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit . . . . ., item ova, item gallos, item caseos, item labor, item *powabam*, item *osszyep*, item tabernae, item hortulani, item praedium. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem. Confinat cum Zadrosze et Wyelmosza. Alienata et abstracta est per Petrum Schaffranyecz palatinum Cracoviensem.

Zadroze, villa habens in se ecclesiam parochialem ligneam, per Boleslaum Pudicum ducem monasterio Sancti Andreae donata. In qua sunt octodecim lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu unum fertonem latorum grossorum, item sexaginta ova, item gallos duos. Item caseos non solvunt. Item taberna una habens agros, et solvit pro censu quinque marcas. Item hortulaniae non sunt. Item praedium est ibi coenobiale, et decimat non ecclesiae, sed illam pro se, et de tribus laneis liberis eiusdem villae, tollit. Item decimam manipularem omnes incolae solvunt coenobio Sancti Andreae integre, et ducunt eam in horreum coenobiale, et valor eius ad octo, alias quindecim marcas, sola quidem medietas decimae proveniebat monasterio, et altera altari Sancti Martini in ecclesia Cracoviensi; sed pro medietate decimae, quam habuit monasterium in Wyelmosza, cambita est, et tollit integre monasterium. Confinat cum villis Milunky, Wyelmoszya, Tarnowa Gora.

Wyelmoza, villa sub parochia ecclesiae de Zadroszye sita per Boleslaum Pudicum ducem Poloniae monasterio S. Andreae donata. In qua sunt viginti quatuor lanei cmethonales, et quilibet solvit . . . . Item una taberna habens agros, et solvit pro censu septem marcas. Item una hortulania habens agros, et solvit . . . . Item non est ibi aliquod praedium militare. Item solutio decimae manipularis villae praefatae diversificabatur,

nam medietatem eius tollebat coenobium sanctimonialium de Sancto Andrea, alteram vero medietatem altare Sancti Martini in ecclesia Cracoviensi; sed permutatio facta est, et data medietate decimae, quam habuit altare Sancti Martini in villa Zadrosze pro coenobio, decimam in Wyelmosza altare Sancti Martini percipere integre coepit, et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum ab altarista locandum, et valor eius aestimatur ad viginti marcas. Item villa praefata Wyelmosza iam non est in proprietate et possessione monasterii Sancti Andreae, sed eam possidet Christophorus Schaffranyecz cum fratribus, de domo Antiquorum Equorum, per iniustitiam, violentiam et opressionem. Confinat cum villis Milunky. Zadroszye.

Notandum, quod Petrus Schaffranyecz de Pyeszkowa Skala senior, qui fuit palatinus expost Cracoviensis, dum bona sanctimonialium Sancti Andreae tanquam procurator gubernaret, destitutus a regimine et iratus, confinxit se aliquot centena marcarum de propriis in necessitates sanctimonialium expendisse, et ob id propria potentia, qua tunc pollebat, duas villas monasterii bonas, videlicet Milunky et Wyelmosza violenter abstraxit, et sibi appropriavit, quae et a suis nepotibus iniuste detinentur in hanc diem, pro quibus moniales traxerunt et praesentem et filium et nepotes in ius terrestre.

Szobyeszanky, villa sub parochia ecclesiae de Mninoga sita, quam Boleslaus Pudicus dux et monarcha regni Poloniae monasterio sanctimonialium Sancti Andreae perpetuo donavit. In qua sunt decem lanei cmethonales, et quilibet solvit de laneo pro censu unum fertonem, item ova triginta, gallos duos; caseos non dant. Item tabernae non sunt, neque hortulaniae. Item praedium non est, sed est scoltetia, habens duos laneos, decimat ecclesiae in Mninoga. Item cmethones et incolae singuli solvunt decimam manipularem ecclesiae parochiali in Mninoga, et per quatuor ierugas canapalem, et tenentur eam ducere in horreum a plebano locandum, et valor eius aestimatur ad septem marcas. Item laborant *iutrzyny* pro vere et hyeme. Item *osszyep* solvunt duas mensuras siliginis et tres avenae mensurae Cracoviensis. Confinat cum villis Mninoga, Wyelmosza.

Szyethuyow, alienata . . . .

Baranow, villa sub parochia ecclesiae collegiatae Skarbimiriensis sita, et per Boleslaum Pudicum ducem monasterio Sancti Andreae donata, cuius proprietas ad praedictum monasterium Sancti Andreae pertinet. In qua sunt decem lanei cmethonales, et quilibet de laneo solvit unam marcam, sexaginta ova, sex gallos, unam mensuram siliginis, duas avenae confertas, quatuor grossos. Item tres dies in aestate laborant, usque ad Bartholomaeum, abinde unum diem in septimana, usque ad aestatem. Item est

ibi taberna, habens unum integrum laneum, et solvit unam cum media marcas, nihil laborans. Item una hortulania habens agros, solvit octo scottos, et unum diem pedestri itinere in septimana laborat. Item est ibi unum praedium coenobiale, de cuius agris sanctimoniales nulli solvunt decimam, sed eam pro se tollunt, et in horreum suum inducunt. Item molendinum non est, neque piscina. Item cmethones, tabernator, et hortulania solvunt decimam manipularem vicariae Cracoviensi, ad canoniam Cracoviensem, quae Carnyowska appellatur, pertinenti, et canapalem per quatuor ierugas, et ducunt eam cmethones in horreum a vicario locandum, et valor aestimatur ad duodecim marcas. Confinat cum villis Lyasszow, Winari, Thapoczyol, Zakrzow, Szethuyow, Malyoszow et ubique *ugyasdy*.

Szulkowycze, villa sub parochia ecclesiae de Mninoga sita, monasterio sanctimonialium de Sancto Andrea per Boleslaum Pudicum ducem et monarcham regni Poloniae donata. In qua sunt octo lanei cmethonales, et quilibet de laneo solvit unam marcam, item ova triginta, gallos duos, item laborant *iutrzyni* pro vere et hyeme. Item est taberna una habens agros, et solvit unam marcam. Item hortulaniae quatuor, solvunt unum fertonem. Item molendinum est in flumine Mninoga. Item praedium est ibi coenobiale, de cuius agris decima cedit monasterio Sancti Andreae. Item cmethones et singuli incolae de laneis solvunt decimam manipularem, et per quatuor ierugas canapalem, pro praebenda Cracoviensi Racziborowska, et tenentur eam ducere in horreum .... locandum. Item de laneis solvitur decima manipularis, et per quatuor ierugas canapalis, et ducitur in horreum pro praebenda Cracoviensi, quae appellatur Racziborowska, et valor eius aestimatur ad duodecim marcas. Confinat cum villis Mninoga, Giwanowicze, Rzeplin.

Damycze alias Danycze, villa sub parochia ecclesiae de Gywanowicze sita, et per Boleslaum Pudicum ducem monasterio Sancti Andreae donata. In qua tantummodo duo sunt lanei cmethonales, ad monasterium Sancti Andreae pertinentes, et quilibet solvit pro censu de laneo unam marcam, et alter mediam. Item duo lanei praefati, quilibet solvit pro monasterio ..... Item extra villam est taberna dicta Lupicha, habens agros pertinentes ad Jacobum. Item in eadem villa sunt quatuor nobiles, Jacobus, Johannes, Martinus et Nicolaus de domo Warna, qui habent praedia quatuor, item sex hortulanias habentes agros, item unam tabernam dictam Lupicha extra villam, habentem agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et etiam de duobus laneis coenobialibus Sancti Andreae, praebendae Cracoviensi, quae dicitur Marchoczska, et valor eius aestimatur ad duodecim marcas. Confinat cum Gywanowicze, Maszkow.

Maszkow, villa sub parochia de Gywanowicze sita, et per Boleslaum Pudicum ducem monasterio Sancti Andreae donata, ad eiusdem monasterii proprietatem pertinens. In qua non sunt lanei cmethonales, neque praedium, sed tantummodo quatuor hortulaniae habentes agros, et solvit hortulania unum fertonem, et unum diem in septimana laborat. Item praedium coenobiale, de cuius agris monasterium pro se tollit decimam. Item taberna una habens agros, et solvit pro censu duas marcas. Item unum molendinum in flumine Mninoga, et solvit pro censu tres marcas, quandoque quatuor. Item de omnibus hortulaniarum, tabernae et molendini agris, solvitur et conducitur decima manipularis pro praebenda Cracoviensi Marchoczska, et valor eius aestimatur ad duas, aliquando ad tres marcas. Confinat cum Gywanowicze, Damycze.

Skalka . . . .

Luszczowicze, sub parochia de Wyaczslawicze sita. In qua monasterium Sancti Andreae habet unum laneum cum medio, et laneus solvit novem scottos. Item agri praefati decimam manipularem solvunt . . . . .

Mlynoga, villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Nativitati Sanctae Mariae Virginis dicatam, cuius haeredes: Marcus et Nicolaus germani de domo Nowina. In qua monasterium Sancti Andreae ex donatione Boleslai Pudici ducis, habuit unam sortem; sed alienata est a monasterio, vel per causam emptionis, vel commutationis, vel alia aliqua causa. Nec monasterium . . . . . .

Klunyow, villa sub parochia de Raczslawicze sita, cuius proprietas ad monasterium sanctimonialium Sancti Andreae pertinet. In qua sunt viginti quinque lanei cmethonales, et solvunt pro censu . . . . . .; item quatuor hortulaniae habentes agros. Item de omnibus agris cmethonalibus, tabernae et hortulanorum solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praebenda Cracoviensi Marchoczska, et valor eius ad viginti et amplius marcas. Item praedium coenobiale est in eadem villa, de cuius agris non solvitur alicui decima manipularis, sed eam coenobium tollit et in horreum inducit. Alienata, tenet eam nunc monasterium sanctimonialium de Szwyerzinyecz.

Mykanow, villa habens in se ecclesiam parochialem ligneam, Omnium Sanctorum honori et titulo dicatam, cuius proprietas et dominium ad coenobium sanctimonialium Sancti Andreae pertinet. In qua sunt triginta cum medio lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu per sedecim scottos, praeter quinque laneos, quorum quilibet solvit tres fertones, item viginti ova, item duos gallos, item tres dies in anno laborant, unam falcastrant, aliam metunt, tertiam conducunt in horreum. Item tabernae quinque, tres solvunt per unam marcam, quarta tres fertones, quinta mediam marcam.

Item hortulaniae non sunt. Item omnes agri cmethonales solvunt decimam manipularem et canapalem ecclesiae parochiali in Moskorzow Cracoviensis dioecesis, donatam per Nicolaum Trąmba archiepiscopum Gneznensem, cuius valor ad decem marcas. Item praedium non est, *osszyep* solvunt, quinque lanei per quatuor coros avenae, alii omnes per septem coros; item molendinum, quod solvit tres marcas; summa facit viginti octo marcas minus octo grossis. In dioecesi Gneznensi. Confinat cum villis Borowno, Kakawa, Grabowa, Irzandze.

Czykarzow, villa sub parochia ecclesiae de Mikanow sita, cuius proprietas et dominium ad coenobium sanctimonialium Sancti Andreae in Cracovia pertinet. In qua sunt viginti lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu per sedecim scottos, praeter duos laneos, quorum quilibet solvit duas marcas, item viginti ova, item duos gallos, item septem coros avenae de laneo; item tabernae tres habentes agros, quaelibet solvit unam marcam. Item hortulania una, solvit unum fertonem et nihil laborat. Item praedium non est. Item tres dies laborant in anno, metunt, falcastrant et foenum conducunt. Item omnes agri cmethonales solvunt decimam manipularem et canapalem pro ecclesia in Moszkorzow, pro scholastico ecclesiae in Moszkorzow Cracoviensis dioecesis, donatam per Nicolaum archiepiscopum Gneznensem, cuius valor aestimatur ad octo marcas. Item est ibi molendinum habens agros, quod solvit pro censu tres marcas monasterio Sancti Andreae, summa septemdecim marcae tres scotti. Confinat cum villis Grabowa, Koczin, Pruszicztko, Kakawa. In dioecesi Gneznensi.

Kakawa, villa sub parochia ecclesiae de Borowno sita, cuius proprietas et dominium ad coenobium sanctimonialium Sancti Andreae in Cracovia pertinet. In qua sunt sex lanei cmethonales, et quilibet pro censu solvit tres fertones, item viginti ova, item gallos duos, item falcastrant foenum unum diem. Item tabernae non sunt, neque hortulaniae, neque praedium. Item *osszyep* solvunt per quatuor coros avenae, mensurae Mstoviensis. Item omnes agri cmethonales solvunt decimam canapalem ecclesiae parochiali in Borowno, et conducunt eam propriis curribus, et valor eius aestimatur ad sex marcas; summa quatuor cum media marcae. In dioecesi Gneznensi. Confinat cum villis Mikanow, Borowno, Radostkow.

Rybna, villa sub parochia ecclesiae de Mikanow iuxta fluvium Trzebcza sita, cuius proprietas et dominium ad coenobium sanctimonialium in Cracovia pertinet. In qua sunt tres lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu tres fertones, item viginti ova, item gallos duos; caseos non solvunt, item tabernae non sunt, neque hortulaniae. Item scoltetus est in eadem villa, qui habet proprios agros, quatuor laneos liberos, item habet molendinum in flumine Trzebczya, quod solvit sibi metretas. Item non est

praedium aliquod coenobiale in eadem villa. Item omnes agri cmethonales et scoltetiales solvunt decimam manipularem et canapalem, ecclesiae parochiali in Mikanow, et valor eius aestimatur ad tres marcas. Item tres dies laborant cmethones in septimana, una falcastrant, altera metunt, tertia conducunt. Item quatuor lanei scoltetiales, locati cmethonibus, solvunt per mediam marcam; summa omnium facit quinquaginta quinque marcas, minus duobus grossis, absque scolteto; scoltetia facit sex marcas. Sita est in dioecesi Gneznensi. Confinat cum villis Koczin, Czikarzow, Kakawa, Mikanow.

Wyeliczka, oppidum regium, in qua est salisfodina uberrima, habens in se ecclesiam parochialem Sancti Clementis muratam, in quo Boleslaus Pudicus dux regni Poloniae, fundando monasterium in Zawichost, et transferendo illud de Zawichost in Skalam, donavit perpetuo duas foveas seu alveos salis, qui tunc *koritho*, nunc vero *wyesze* polonico idiomate appellantur, et omnem censum et redditum provenientem ex eisdem; sub processu autem temporum et dierum, praefati duo alvei seu fossae alienati a monasterio sunt et abstracti, neque in hanc diem restituti, sub quo autem anno et tempore, aut ex quibus causis id acciderit, incertum habemus.

Bochnya oppidum. Item praefatus Boleslaus Pudicus dux et monarcha regni Poloniae et in fundatione monasterii Zawichostensis, et in translatione eiusdem contulit donatione perpetua centum marcas argenti puri ex oppido Bochnya, qui ex salisfodinis eiusdem loci ducali fisco proveniebant; sed et is quoque census, processu temporis, a monasterio praefato est abstractus et alienatus.

Theloneum Cracoviense. Item idem Boleslaus Pudicus dux regni Poloniae, in fundatione et translatione monasterii Zavichostensis, contulit et donavit perpetuo censum perpetuum, ex theloneo Cracoviensi provenientem, marcam videlicet auri, qui census iam abolitus et abstractus est.

Tharszek, oppidum olim episcopi Cracoviensis fuit et castellania Tharszensis, nunc vero, postquam iuxta fluvium Swiszlina aliud oppidum episcopale Bodzanczin locatum est, villa, habens in se ecclesiam Sancti Aegidii, lapide fabricatam; cuius proprietas ad episcopum Cracoviensem integraliter pertinet. Ex hac castellania, seu oppido Tharszensi, solvebantur quondam fisco regio seu ducali decem marcae argenti puri, hunc censum annuum Boleslaus Pudicus regni Poloniae dux et monarcha in coenobium sanctimonialium Sancti Andreae contulerat. Verum Venceslaus Primus Poloniae et Bohemiae rex censum et tributum praefatum, per litteras patentes regias, quae in Cracoviensi habentur aerario, remisit anno Domini ...., postquam in regem Poloniae assumptus et coronatus est, ecclesiae

et ex illo tempore desiit episcopatus Cracoviensis solvere illum censum decem marcarum argenti, quas in signum dominii fisco ducali solvere consveverat.

Cellarium ducale. Item praefatus Boleslaus Pudicus dux et monarcha regni Poloniae, in praefati monasterii Zavichostensis fundatione et translatione donavit praefato monasterio perpetuo sex urnas mellis crudi' ex cellario suo ducali per coenobium percipiendas, qui census dudum evacuatus est et abstractus ab monasterio.

YLKUSCH, oppidum regium, in quo ecclesia murata est parochialis et plumbi fodina, ex cuius proventibus et redditibus Boleslaus Pudicus regni Poloniae dux et monarcha, contulit monasterio Zavichostensi in eius fundatione et translatione duas marcas auri, ex plumbo Ylkuschiensi provenientes, cuius etiam census a monasterio Sancti Andreae abstractus et alienatus est, nec in hanc diem monasterio sunt restituti.

SANDECZENSE

Secundum monasterium sanctimonialium Ordinis Sanctae Clarae in dioecesi Cracoviensi.

Consortis suae Cunegundis virginis et foeminae beatae, Belae Hungariae regis filiae, Boleslaus Pudicus Cracoviensis et Sandomiriensis dux, regnique Poloniae monarcha assiduo precatu et instantia sollicitatus et impulsus, cum et ipse suapte ad religiosa opera exhibenda, et ad cultum divinum augendum fervens foret, aliud monasterium sanctimonialium Sanctae Clarae, sub regula Sancti Francisci viventium, priori quod in Zawichosth erexerat, fundaverat et dotaverat non contentus, in oppido suo ducali Sandecz sub Alpibus Sarmaticis, duobusque fluminibus Poprod et Dunayecz, haud longe ab oppido fluentibus, ambitum consistente, fundare et erigere et dotare decernit. Amplam siquidem et crassam dotem, ratione praefatae Kunegundis ducissae a Bela Hungariae rege patre eius consequutus, in eius refusionem et vicissitudinem, monasterium praefatum in Sandecz, pro ea tempestate famoso et inclyto suo ducali oppido, quod hactenus ad differentiam Novae, Antiquam Sandecz vocamus, fundare et erigere in animum induxit, et anno 1257. sexto nonas Martii, ad honorem Omnipotentis Dei, exaltationem fidei, salutem animarum, incrementum et amplitudinem regni Poloniae, et pro relatione earum, quae pudicitiam suam vovere et consecrare, in eius quoque obsequiis vitae contemplativae inhaerendo, famulari Deo solent, foeminarum, sub titulo S. Trinitatis fundat,

erigit atque dotat, ut morte sua ducali sequuta, consors sua dilectissima et socia Kunegundis haberet religiosum domicilium et reclinatorium, in quo in virginitate, quam sub specie thori maritalis scrupulosissime annis plurimis servaverat custodieratque, sanctimoniae suae funiculos in spiritu paupertatis altissimae et caritatis, atque contemplationis profundissimae, ad consequendum coelestis proemii et retributionis aeternae bravium, dilataret. Cui quidem monasterio a se taliter fundato, praefatus Boleslaus Pudicus Poloniae dux et monarcha, de consensu Prandothae episcopi Cracoviensis, et procerum ac baronum, primum ipsum oppidum Sandecz cum theloneo oppidi praefati pingvi et ventroso, decima septimana thelonei pro episcopo Cracoviensi, et sua mensa episcopali, annis singulis reservata; item villas, praedia, molendina, census et introitus notabiles circumcirca Sandecz et Lypnicza oppida consistentia, cum utraque ripa fluviorum praedictorum Poprod et Dunayecz, et caeteros introitus, qui centum virgines sufficienter alere possent, donatione perpetua et irrevocabili, nihil sibi iuris aut proprietatis in oppidis, villis, et introitibus, praeter tutelam et defensionem, reservando, donat, ac singula eadem bona dotalia ab omni tributo, datia, statione, exactione, et ab omni iure regali et ducali perpetuo eximit et absolvit, ecclesiamque cum monasterio, sumptuoso opere ex muro, et singulas monasterii officinas, fabricat, tegens ecclesiam petra alba longam diuturnitatem praeferente. Foemina quoque illustris Kunegundis calicibus, tabulis, crucibus, ornamentis, caeterisque notabilibus et nobilibus clenodiis, aureis et argenteis implevit et exornavit locum, sanctimoniales autem magis religiosae et devotae, ex coenobio Zavichostensi, alias Sancti Andreae in Cracovia assumptae sunt, et in novo Sandeczensi monasterio a praefato Boleslao Pudico duce et consorte sua Kunegundi locatae, in quod etiam et ipsa foemina Beata Kunegundis viri sui et sponsi Boleslai Pudici ducis morte, anno Domini 1279 sequuta, habitu monastico griseo Sanctae Clarae, eodem quo iusta funeri in monasterio Sancti Francisci in Cracovia soluta sunt die assumpto, ingressa, servilibus operibus et coquinae squaloribus se inquinari pro summis ducebat deliciis; sanctimonialium quoque praecibus assiduis victa, abbatissam se loci illius, usque ad diem obitus sagacissime gessit, fructum geminatum utriusque vitae foenore multiplicato perceptura. Processu deinde dierum, quod circa descriptionem fundationis monasterii Zavichostensis sanctimonialium commemoravimus, nunc quoque reiteramus, cum Helizabeth relicta Caroli Hungariae, et soror Casimiri Poloniae, genitrix quoque Ludovici tunc Poloniae et Hungariae regum, Poloniae regnum administrans, huius monasterii conditionem conaretur facere crassiorem, et omnes decimas manipulares et pecuniales in teritorio Sandeczensi consistentes, et ad mensam episcopalem pertinentes violenter occupat, et eas

Bodzanthae episcopo tunc Cracoviensi per iniuriam ablatas, inter praefata duo monasteria Sancti Andreae et Antiquae Sandecz partitur, anno Domini 1300; quarum restitutionem dum Bodzantha episcopus Cracoviensis et interpellatione honesta exigere non posset, ad Innocentium papam Sextum habuit recursum, causamque Affrae, Antiquae Sandecz et Jolendae Sancti Andreae abbatissis et earum conventibus, in Urbe de spolio committit, ac coram Bernhardo archiepiscopo Neopolitano, auditore de utroque coenobio per sententiam diffinitivam, refert sententiam; fueruntque abbatissae et sanctimoniales praefatae censuris apostolicis tempore non parvo, donec de omni satisfacerent, excommunicatae. Ne autem malignitate aliqua humana, dolo, vafricie vel fraude, oppidum, villae, caeterique census eidem monasterio Sandeczensi in dotem tunc collatae possit ab eodem alienari aut distrahi, ipsas ad perpetuam rei memoriam singillatim conscribendas duximus, pii principis Boleslai Pudici et suae Kunegundis virginis et consortis excellentis opus insigne, apud praesentes et posteros vivaci memoria testaturos. Anno autem Domini 1280, sexta die Julii, Kunegundis foemina beata, ducissa Cracoviensis et Boleslai Pudici relicta, fundationem ipsam sub suo titulo et nomine innovavit; cui innovationi Lestko Niger tunc dux Cracoviensis robur sui consensus adiecit.

Monasterium Antiquae Sandecz iuxta oppidum Sandecz Autiquae in parte orientali situm est, muro petroso fabricatum, in cuius ecclesia ad partem australem, corpus sacrum Beatae Kunegundis Virginis, consortis Boleslai Pudici regni Poloniae ducis et monarchae, quae fuit filia Belae Hungariae regis, et neptis Beatae Helizabeth, proneptis autem Sanctae Hedvigis, requiescit, multa miraculorum sublimitate assidue clarescens, et prodigiosis operibus fulgens. Item monasterium praefatum habet illic optimum et foecundum praedium, de cuius agris non solvit alicui decimam manipularem, sed eam pro se tollit, et in suum horreum inducit.

Item notandum, quod civitas Nova Sandecz regia, singulis annis pro festo Nativitatis Christi, sive ex debito, sive ex consvetudine iam dudum antiquata et praescripta, mittit abbatissae et virginibus sanctimonialium de Antiqua Sandecz quatuor ollas vini hungarici, item quatuor lepores, item quinque sexagenas simularum, in recompensam ut reor iuris civilis suae civitati erepti, vel agrorum et pratorum, quos et quae nova civitas occupavit.

Sandecz Antiqua, oppidum habens in se ecclesiam parochialem, per plebanum tunc eiusdem loci muratam, cuius proprietas et dominium ad sanctimoniales Sandeczenses pertinet. In qua sunt quinquaginta lanei oppidanorum, et quilibet de laneo solvit viginti grossos latorum Pragensium,

Item non solvunt neque gallos, neque caseos, aut ova, neque avenam de domibus, neque de hortis; non laborant, sed de area solvunt medium alterum grossum latum. Item solvunt pro magistro scholae quilibet de domo sex denarios *stholowe*. Item de omnibus laneis oppidanorum solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopo Cracoviensi, et ex pacto solvunt pro decima annis singulis sexaginta marcas. Item molendinum in flumine . . . quod solvit metretas pro sanctimonialibus.

Theloneum, cuius proprietas pertinet ad sanctimoniales Sandeczenses, et de qualibet balla panni solvuntur decem grossi; item a quolibet vase integro vini; decem grossi, ab aliis rebus de qualibet marca unus grossus; datur autem solum in eundo, sed non in recedendo. Item episcopus Cracoviensis habet decimam septimanam, et solvunt sibi sanctimoniales pro illo sex marcas latorum grossorum. Item est ibi monasterium ordinis minorum, habens praedium, de quo nulli solvit decimam.

Czugynowycze, villa sub parochia de Antiqua Sandecz sita, cuius proprietas ad monasterium Sandeczense pertinet, et cmethones villae praefatae locati sunt sub iure civili Antiquae Sandecz, et habent cum oppidanis omnia communia. Item sunt ibi decem lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu viginti grossos latos Pragenses; item ratione areae unum cum medio grossos latos Pragenses. Item omnes agri villae solvunt decimam manipularem et canapalem, et ducunt eam pro mensa episcopali Cracoviensi. Item non est praedium, neque tabernae, neque molendinum, neque hortulaniae. Item non est scoltetus. Confinat cum . . .

Mosczenicza Superior, villa sub parochia Inferioris Mosczenicza sita, cuius proprietas ad sanctimonialium Antiquae Sandecz coenobium pertinet. In qua sunt agri indimensurati et inaequales, nec potest numerus laneorum aestimari, et secundum quantitatem agrorum solvunt censum; alius enim solvit quatuor grossos, alius sex, alius octo. Item quilibet cmetho infra messem medium diem laborat, extra messem vero non faciunt aliquos labores. Item ratione *osszyep* solvunt unam mensuram siliginis et duas avenae mensurae confertae, et quatuor grossos. Item non dant gallos, neque ova, neque caseos. Item scoltetus est ibi, qui habet unum laneum liberum et sextum denarium de censu. Item tabernae. Item hortulaniae. Item omnes agri villae et scoltetiae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro mensa episcopali Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad tres marcas. Confinat cum villis . . .

Moseznycza Inferior, villa habens in se ecclesiam parochialem ligneam, cuius proprietas, ad sanctimoniales Antiquae Sandecz pertinet. In qua etiam non sunt certi lanei, neque dimensurati, sed pecies, neque potest numerus laneorum aestimari, et iuxta quantitatem agrorum solvunt censum,

alii plus, alii minus. Item quilibet cmetho infra messem medium diem laborat in qualibet septimana, extra messem vero non faciunt aliquos labores. Item ratione *osszyep* solvit quilibet mensuram unam siliginis, et duas avenae mensurae confertae, et quatuor grossos. Item non dant gallos, neque ova, neque caseos. Item ducunt omnes tres currus lignorum, pro braxanda cervisia pro monasterio. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem, mensae episcopali Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad tres marcas, aliquando ad quatuor. Item tabernae, item hortulaniae, item praedium ibi non est, item non est scoltetia. Confinat . . .

Golkowycze, villa sub parochia de Podgrodze sita, cuius proprietas ad sanctimoniales Antiquae Sandecz pertinet. In qua sunt lanei, et quilibet solvit duos grossos pro censu, item unum gallum, item quindecim ova, item unum caseum. Item in qualibet septimana, singulis diebus, quilibet mediam diem laborat, exempta die fori, proprio curru aut aratro. Item per totum anni tempus ducunt ligna pro praedio. Item ratione *osszyep* solvit quilibet unam mensuram siliginis et duas avenae confertas, et quatuor grossos. Item est praedium coenobiale, de cuius agris nulli solvit decimam. Item taberna est una, habens hortum unum, et solvit mediam marcam pro censu. Item cmethones laborant *powabam* pro vere et aestate. Item omnes agri cmethonum solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro episcopo Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad . . . marcas . . . Confinat cum . . .

Skrudzyna, villa sub parochia de Podgrodze, cuius proprietas ad sanctimoniales Antiquae Sandecz pertinet. In qua sunt tres lanei cmethonales, quorum unus solvit decem grossos, alius duodecim grossos, tertius octo grossos. Item est ibi una hortulania, quae solvit pro censu sex grossos. Item cmethones laborant *powabam* pro vere et aestate; alios labores non faciunt. Item ratione *ossep* solvit quilibet unam mensuram siliginis et duas avenae confertas, et quatuor grossos; item non dant caseos, neque gallos, neque ova. Item praedium non est. Item scoltetia est, et habet unum laneum liberum, et sextum denarium de censu. Item taberna . . . . Item omnes agri cmethonum solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro episcopo Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad . . . . . . marcas. Confinat cum . . .

Mosthky, villa sub parochia de Podgrodze sita, cuius proprietas ad sanctimoniales Antiquae Sandecz pertinet. In qua sunt quinque lanei, et primus pro censu solvit octo scottos, secundus duodecim grossos, tertius octo grossos, quartus . . ., quintus . . . . grossos; item unum gallum, viginti ova, duos caseos. Item non sunt tabernae, neque hortulaniae. Item laborant *powabam* pro vere et aestate. Item ratione *ossep* solvit quilibet unam

mensuram siliginis, duas avenae confertas, et quatuor grossos. Item praedium non est, neque scoltetia. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem, pro episcopo Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad ... marcas. Confinat cum ...

Kathcza, villa sub parochia de Podgrodze sita, cuius proprietas ad sanctimoniales Antiquae Sandecz pertinet. In qua sunt quindecim lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu mediam marcam; item unum gallum, item viginti ova, item duos caseos. Item est una taberna habens agros, et solvit pro censu unam marcam. Item *powabam* laborant pro vere et aestate. Item ratione *ossep* solvit quilibet unam mensuram siliginis, duas avenae confertas, et quatuor grossos. Item praedium non est in eadem villa. Item non est scoltetia, item non sunt hortulaniae. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro episcopo Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad quindecim marcas. Confinat ...

Zaszlonye, villa sub parochia de Podgrodze sita, cuius proprietas ad sanctimoniales Antiquae Sandecz pertinet. In qua quatuor lanei cmethonales, quorum in censu variatur solutio: primus solvit ..., secundus ..., tertius ..., quartus ..., item unum gallum, viginti ova, duos caseos. Item est una taberna habens agros de uno laneo, et solvit pro censu tres fertones. Item *powabam* laborant pro vere et aestate. Item ratione *ossep* solvit quilibet unam mensuram siliginis, duas avenae confertas et quatuor grossos. Item praedium non est, non sunt hortulaniae, non est scoltetia. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro episcopo Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad quinque marcas. Confinat ....

Podgrodze, villa habens in se ecclesiam parochialem ligneam, archidiaconatui Sandeczensi unita, cuius proprietas et dominium ad sanctimoniales Sandeczenses pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit per sedecim scottos, item unum gallum, viginti ova, duos caseos. Item faciunt duas *powabas*, pro vere videlicet et hyeme. Item ratione *osszyep* solvit quilibet unam mensuram siliginis, duas avenae confertas, et quatuor grossos. Item sunt ibi tres tabernae non habentes agros, quaelibet solvit sedecim scottos, quae solum habent hortos ad eas pertinentes. Item hortulaniae duae, pertinentes ad episcopum Cracoviensem, et solvit quaelibet octo scottos, nihil laborans. Item est molendinum sine agris, quod nihil aliud censuat, nisi metretas dat pro monasterio sanctimonialium. Item est ibi scoltetus, habens duos laneos liberos, sed nihil habet de censu. Item iuspatronatus archidiaconatus Sandeczensis et ecclesiae in Podgrodze, pertinet ad episcopum Cracoviensem. Item de omnibus agris cmethonalibus, solvitur decima manipularis et canapalis episcopo Cracoviensi, et per cmethones in horreum

inducitur, et valor eius aestimatur ad duodecim marcas, praeter duos laneos scolteti et unum laneum Mandrkonis, de quibus decimatur archidiacono Sandeczensi. Confinat . . .

Juraschowa, villa sub parochia ecclesiae de Podgrodze sita, cuius proprietas ad sanctimoniales Sandeczenses pertinet. In qua sunt tres lanei cmethonales, et quilibet solvit sedecim scottos pro censu; item unum gallum, viginti ova, duos caseos solvunt monasterio. Item ratione *osszyep* dat quilibet unam mensuram siliginis, duas avenae confertas, et quatuor grossos; item taberna, item hortulani, item praedium; item est ibi unus scoltetus, habens unum laneum liberum, et sextum denarium de censu accipit. Item de omnibus agris solvitur decima manipularis et canapalis episcopo Cracoviensi, et inducitur in horreum episcopi, valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Confinat . . .

Olschanka, villa sub parochia ecclesiae de Podgrodze sita, cuius proprietas et dominium ad sanctimoniales Antiquae Sandecz pertinet. In qua sunt duo lanei cmethonales, et quilibet solvit per sedecim scottos; item unum gallum, viginti ova, duos caseos solvunt. Item faciunt duas *powabas*, unam pro vere et alteram pro hyeme. Item ratione *osszyep* dant unam mensuram siliginis, duas avenae confertas, et quatuor grossos. Item taberna, item hortulani, item praedium; item est ibi unus scoltetus, habens unum laneum liberum, et recipit sextum denarium de censu. Item post omnes agros solvitur et conducitur decima manipularis pro plebano in Podgrodze, cuius valor ad . . . Confinat . . .

Mokra Dambrowa, villa sub parochia ecclesiae de Podgrodze sita, cuius proprietas et dominium ad sanctimoniales Antiquae Sandecz pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit sedecim scottos, item unum gallum, viginti ova, duos caseos. Item non faciunt *powabas* pro hyeme, nec pro vere, solum pro festo Christi ducunt unum currum lignorum. Item ratione *osszyep* dant unam mensuram siliginis, duas avenae confertas, et quatuor grossos; item taberna, item hortulani, item praedium. Scoltetus est ibi, habens unum laneum liberum, et sextum denarium de censu. Item de omnibus agris solvitur et in horreum inducitur decima manipularis et canapalis, episcopo Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad sex marcas. Confinat . . .

Swyrkla, villa sub parochia ecclesiae de Podgrodze sita, cuius proprietas et dominium ad sanctimoniales de Antiqua Sandecz pertinet. In qua sunt tres lanei cmethonales, et quilibet pro annuo censu solvit octo scottos, item unum gallum, duos caseos, viginti ova. Item duas *powabas* in vere et hyeme faciunt. Item ratione *osszyep* dant unam mensuram siliginis et duas avenae confertas, et quatuor grossos; item taberna, item hortulani,

item praedium. Item est ibi scoltetus habens unum laneum liberum. Item post omnes agros solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopo Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad tres marcas. Confinat . . . .

Wygnanowycze, villa sub parochia ecclesiae de Podgrodze sita, cuius proprietas et dominium ad sanctimoniales pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, quorum unus solvit unam marcam, alius mediam marcam, item unum gallum, viginti ova, duos caseos. Item non faciunt *powabas*, sed unum currum ducunt lignorum ad praedium villae Strugi pro festo Christi. Item tenentur ire ad praedium in Strugi metere; item tabernae, item hortulani, item praedium. Item non est ibi scoltetus. Item decima manipularis et canapalis solvitur et conducitur pro episcopo Cracoviensi, cuius valor aestimatur ad septem marcas. Confinat . . .

Dluga Lanka, villa sub parochia ecclesiae de Podgrodze sita, fuit quondam ibi ecclesia parochialis, sed desertata est, cuius proprietas ad sanctimoniales de Antiqua Sandecz pertinet. In qua tres lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu octo scottos, item unum gallum, duos caseos, viginti ova; item ratione *osszyep* solvit quilibet unam mensuram siliginis, et duas avenae confertas, et quatuor grossos. Item *powabam* laborant pro vere et aestate. Item praedium ibi non est. Item scoltetia ibi est, habens unum liberum laneum. Item tabernae, item hortulaniae. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro episcopo Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad tres marcas. Item sunt ibi multae foveae, in quibus aliquando aurum quaerebatur. Confinat . . .

Podrzecze, villa ad sanctimoniales de Antiqua Sandecz pertinens, sub parochia de Podgrodze sita. In qua sunt quinque lanei cmethonales, sed sunt aliqui longiores, aliqui breviores, et iuxta quantitatem agrorum solvunt censum, et aestimantur agri villae ad duodecim laneos, de quibus . . . . . item unum gallum, item duos caseos, item viginti ova; item ratione *ossep* solvit quilibet unam mensuram siliginis et duas avenae confertas, item quatuor grossos. Item *powabam* laborant pro vere et aestate. Item praedium ibi non est. Item non est scoltetia. Item pro festo Nativitatis tenentur quilibet unum currum fimi educere. Item tabernae, item hortulaniae. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro episcopo Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad decem marcas. Confinat . . . . .

Minor Swynarsko, villa sub parochia de Nova Sandecz sita, cuius proprietas ad sanctimoniales de Antiqua Sandecz pertinet. In qua sunt sex lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu octo scottos, item unum gallum, duos caseos, viginti ova. Item ratione *ossep* solvit quilibet

unam mensuram siliginis, duas avenae confertas et quatuor grossos. Item *powabam* laborant pro vere et aestate. Item praedium est ibi monialium, de quo nulli solvunt decimam. Item scoltetus non est. Item cmethones villae tenentur omnes res in monasterium propriis curribus ducere. Item tabernae, item hortulaniae. Item omnes cmethones solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro episcopo Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad sex marcas. Confinat .....

Chelmyecz, villa sub parochia Novae Sandecz, cuius proprietas ad monasterium Antiquae Sandecz pertinet. In qua sunt decem et novem lanei cmethonales, sed propter quantitatem longiorem aut breviorem agrorum, solvunt pro censu aut plus, aut minus, item unum gallum, duos caseos, viginti ova. Item ratione *osszyep* solvit quilibet unam mensuram siliginis, et duas avenae confertas, et quatuor grossos. Item *powabam* pro vere et aestate. Item ducturas faciunt ad monasterium cum singulis rebus in qualibet necessitate. Item non est praedium, neque tabernae, neque hortulaniae. Item non est scoltetia. Item omnes agri villae et cmethones solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro episcopo Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad triginta marcas. Confinat cum ....

Vrzosthow, villa sub parochia de Nova Sandecz sita, cuius proprietas ad sanctimoniales de Antiqua Sandecz pertinet. In qua sunt tres lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu octo scottos, item unum gallum, duos caseos, viginti ova. Item ratione *osszyep* solvit quilibet unam mensuram siliginis, duas avenae confertas et quatuor grossos. Item *powabam* laborant pro vere et aestate. Item non est praedium, neque tabernae, neque hortulaniae; non est scoltetia, item molendinum est et solvit ..... Item de omnibus agris villae solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopo Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad tres marcas. Confinat cum .....

Chochorowycze, villa sub parochia ecclesiae de Podgrodze sita, cuius proprietas ad sanctimoniales de Antiqua Sandecz pertinet. In qua sunt sex longi et lati lanei cmethonales theutonicales, qui duodecim aliis aequipollent, et quilibet solvit pro censu octo scottos, item unum gallum, duos caseos, viginti ova. Item ratione *osszyep* solvit quilibet unam mensuram siliginis et duas avenae confertas, et quatuor grossos; item *powabam* pro vere et aestate laborant. Item non est praedium, item non est scoltetia, item tabernae non sunt, item hortulaniae non sunt. Item de omnibus agris villae solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro prima praebenda Sandeczensi, quae appellatur Chochorowska, et valor decimae aestimatur ad sedecim marcas, aliquando ad viginti. Confinat .....

Strugy, villa sub parochia ecclesiae de Nova Sandecz sita, cuius proprietas et dominium ad sanctimoniales de Antiqua Sandecz pertinet. In qua non sunt aliqui lanei cmethonales, sed tantummodo praedium, de quo nulli solvunt decimam, sed eam pro se sanctimoniales de Antiqua Sandecz percipiunt et inducunt. Confinat cum .....

Podlanze, villa sub parochia ecclesiae de Nova Sandecz sita, cuius proprietas et dominium ad sanctimoniales Antiquae Sandecz pertinet. In qua non sunt aliqui lanei cmethonales, dempto uno, qui pro annuo censu sanctimonialibus de Antiqua Sandecz solvit ...... Item est ibi praedium, de quo sanctimoniales nulli solvunt decimam, sed eam pro se tollunt, et in horreum suum inducunt, cuius valor aestimatur ad duas marcas. Item de praefato uno laneo cmethonali solvitur decima manipularis, et per quatuor ierugas canapalis. Confinat cum .....

Szyedlyecz, villa habens in se ecclesiam ligneam Sancto Andreae dicatam. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus diversificatur census secundum quantitatem agrorum; item ratione *ossyep* solvit quilibet unam siliginis et duas avenae mensuras confertas, et quatuor grossos; item non dant gallos, neque ova, neque caseos; item nihil laborant in septimana aut in anno. Item tabernae, item hortulaniae, item praedium; item est ibi scoltetus habens unum laneum liberum, et accipit sextum denarium de censu. Item post omnes agros solvitur decima manipularis, et conducitur pro episcopo Cracoviensi, cuius valor aestimatur ad ..... Confinat .....

Slawykowa, villa sub parochia ecclesiae de Szyedlyecz sita, cuius proprietas et dominium ad sanctimoniales de Antiqua Sandecz pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus diversificatur census secundum quantitatem agrorum. Item non solvunt gallos, neque ova, neque caseos. Item nihil laborant. Item est ibi scoltetus habens unum laneum liberum, et habet sextum denarium de censu. Item tabernae, item hortulani, item praedium. Item de omnibus agris solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopo Cracoviensi, et valor eius ..... Item ratione *ossyep* solvit quilibet unam siliginis et duas avenae mensuras confertas, et quatuor grossos. Confinat ......

Lanczsko, villa habens in se ecclesiam parochialem ligneam, sub titulo Sancti Johannis Baptistae, cuius proprietas ad sanctimoniales Sandeczenses pertinet. In qua sunt duodecim lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu unum fertonem, item unum gallum, duos caseos, viginti ova. Item laborant duas *powabas*, pro vere unam, pro hyeme aliam. Item est una taberna habens agros, solvit unam sexagenam. Item non est scoltetus. Item plebanus non habet agros. Item post omnes agros cmethonales solvitur decima manipularis, et inducitur in horreum pro sanctimonialibus, cuius valor ad

decem marcas aestimatur. Item ratione *ossyep* unam siliginis et duas avenae mensuras confertas, et quatuor grossos monasterio. Item in agris villae praefatae invenitur aurum optimum, naturaliter de terra erumpens. Confinat . . . . .

Czyrnyecz, villa sub parochia ecclesiae de Lanczsko sita, cuius proprietas et dominium ad sanctimoniales pertinet. In qua sunt septem lanei cmethonales, et quilibet solvit per unum fertonem, item unum gallum, viginti ova, duos caseos; item tenentur ad *powabas* duas, pro vere et hyeme. Item taberna, item hortulani, item praedium; item non est ibi scoltetus. Item post omnes agros cmethonales solvitur et inducitur decima manipularis pro sanctimonialibus de Antiqua Sandecz, cuius valor aestimatur ad septem marcas. Item ratione *osszyep* tenetur quilibet unam siliginis et duas avenae mensuras confertas, et quatuor grossos, coenobio Sandeczensi. Confinat . . . . .

Zarzecze, villa sub parochia ecclesiae de Lanczsko sita, cuius proprietas ad monasterium Antiquae Sandecz pertinet. In qua sunt sex lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu unum fertonem, et sunt lanei largi et lati, cum cohaerentiis suis. Item quilibet solvit unum gallum, duos caseos, viginti ova. Item laborant duas *powabas*, pro vere unam, et pro aestate alteram. Item tabernae non sunt, item hortulaniae non sunt, item praedium non est, item scoltetia non est. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro universitate vicariorum Sandeczensium, quam illi de mensa sua cum consensu capitulari donavit Thomas episcopus Cracoviensis, et valor aestimatur eius ad sex marcas. Confinat . . . . .

Zabrzeszye, villa sub parochia ecclesiae de Lanczsko sita, cuius proprietas ad sanctimoniales Sandeczenses pertinet. In qua sunt tres lanei cmethonales, et solvit quilibet pro censu unum fertonem, item unum gallum, viginti ova, duos caseos. Item tabernae non sunt, item hortulaniae non sunt. Item scoltetia est, quae habet unum laneum liberum, et sextum denarium de censu. Item omnes agri villae cmethonum et scoltetiae, solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro ecclesia et plebano in Lanczsko, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Confinat cum . . . . .

Bodzow, villa sub parochia de Lanczsko sita, cuius proprietas ad sanctimoniales Sandeczenses pertinet. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, ex quibus census diversificatur pro quantitate agrorum; item solvunt unum gallum, duos caseos, viginti ova. Item tabernae non sunt, item hortulaniae non sunt; item villa praefata iure scoltetiali pertinet ad scoltetiam in Zabrzesze et habet scoltetus de Zabrzesze ex censu eius, sextum denarium. Item agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem

et canapalem, pro ecclesia et plebano in Lanczsko, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Confinat . . . . . .

Wyetrznycza, villa sub parochia ecclesiae de Lanczsko, cuius proprietas ad sanctimoniales Sandeczenses pertinet. In qua unus tantummodo laneus, qui solvit pro censu octo scottos, duos caseos, unum gallum, viginti ova; item ratione *osszyep* solvit unam mensuram siliginis, duas avenae confertas, et quatuor grossos; item cmetho praefatus non facit aliquos labores, neque solutiones. Item scoltetia est, habens unum laneum liberum, et sextum denarium de censu. Item tabernae non sunt, item hortulaniae non sunt. Item de agris cmethonis et scolteti solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae et plebano in Lanczsko, et valor eius aestimatur ad duas marcas. Confinat cum . . . . .

Kamyenycza, villa habens in se ecclesiam parochialem ligneam, Sanctae Mariae Virgini dicatam; huius villae proprietas ad monasterium sanctimonialium in Antiqua Sandecz pertinet. In qua sunt viginti duo lanei cmethonales, sed census non est uniformis, nam secundum quantitatem agrorum diversificatur. Item quilibet solvit ratione *osszyep* unam mensuram siliginis, duas avenae confertas et quatuor grossos. Item scoltetia est, habens duos laneos liberos, et sextum denarium de censu, item habet molendinum bonum, item unam tabernam. Item cmethones donant ex consvetudine sanctimonialibus gallos. Item praedium non est. Item non faciunt aliquos labores. Item decima est in eadem villa fertonalis pro episcopo Cracoviensi, et solvit quilibet de laneo unum fertonem latorum grossorum. Confinat . . . . .

Zbludza, villa sub parochia de Camyenicza, cuius proprietas ad sanctimoniales Sandeczenses pertinet. In qua sunt octo lanei cmethonales, sed census non est uniformis, sed secundum quantitatem agrorum diversificatur. Item solvit quilibet ratione *osszyep* unam mensuram siliginis, et duas avenae confertas, et quatuor grossos. Item scoltetia est in eadem villa, et habet unum laneum liberum, et sextum denarium de censu; item taberna, item hortulani; item praedium non est. Item non faciunt aliquos labores; item decima est in eadem villa fertonalis pro episcopo Cracoviensi, et solvit quilibet de laneo pro decima unum fertonem latorum grossorum Pragensium. Confinat cum . . . . .

Pyszkulyna Wolya, villa sub parochia ecclesiae de Lanczsko sita, cuius proprietas et dominium ad sanctimoniales pertinet. In qua sunt quinque lanei cmethonales, de quibus diversificatur census secundum quantitatem agrorum; item solvunt unum gallum, duos caseos, viginti ova. Item laborant *powabam* pro vere et hyeme. Item tenetur quilibet de laneo pro Nativitate Christi unum currum lignorum ducere. Item taberna non est.

Item decima manipularis solvitur et inducitur in horreum pro episcopo Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad quinque marcas. Item ratione *ossep* solvit quilibet unam siliginis, et duas avenae mensuras confertas, et quatuor grossos. Item praedium non est, neque scoltetus, neque hortulania, neque taberna. Confinat . . . . .

Koszthnowa Wolya, villa sub parochia ecclesiae de Lanczsko sita, cuius proprietas ad sanctimoniales pertinet. In qua sunt quinque lanei cmethonales, de quibus etiam secundum quantitatem agrorum census diversificatur. Item laborant *powabam*, item dant unum gallum, viginti ova, duos caseos. Item tabernae, item hortulani; item praedium non est ibi. Item est ibi scoltetus habens unum laneum liberum, et qui habet sextum denarium de censu. Item de omnibus agris solvitur et inducitur decima manipularis et canapalis pro episcopo Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad quinque marcas. Item ratione *oszep* solvit quilibet unam siliginis et duas avenae mensuras confertas, et quatuor grossos. Confinat . . . . .

Kycznya, villa sub parochia ecclesiae de Lanczsko sita, cuius proprietas ad sanctimoniales pertinet. In qua sunt quindecim lanei cmethonales; item ibi census diversificatur secundum quantitatem agrorum; item ratione *ossep* et *oprawne*, solvit quilibet unam siliginis, duas avenae mensuras confertas, et quatuor grossos. Item non solvunt gallos, neque caseos, neque ova, item nihil laborant. Item est ibi scoltetus habens unum laneum liberum, habet etiam sextum denarium de censu. Item est ibi taberna scolteti. Item unus hortulanus, et molendinum. Item solvitur decima manipularis et inducitur pro episcopo Cracoviensi, cuius valor aestimatur ad quindecim marcas. Confinat . . . . . .

Zawathka, villa sub parochia de Lanczsko sita, cuius proprietas pertinet ad sanctimoniales Antiquae Sandecz. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu secundum quantitatem agrorum, item unum gallum, duos caseos, viginti ova; item unam *powabam* laborant pro vere, alteram pro hyeme. Item ratione *osszyep* solvit quilibet unam siliginis et duas avenae mensuras confertas. Item quatuor grossos ratione *oprawne.* Item tabernae, item hortulaniae, item praedium; item scoltetia non est. Item minorem partem ex hac villa decimae manipularis, percipit episcopus Cracoviensis, maior vero pars etiam decimae manipularis solvitur pro monasterio sanctimonialium Sandeczensium. Confinat cum . . . .

Zagorzyn, villa sub parochia de Lanczsko sita, cuius proprietas pertinet ad monasterium sanctimonialium Sandeczensium. In qua sunt sex lanei cmethonales, et solutio census diversificatur secundum quantitatem agrorum, et solvit quilibet unum gallum, duos caseos et viginti ova. Item unam *powabam* laborant pro vere, alteram pro hyeme. Item ratione *osszyep*

solvit quilibet unam siliginis, et duas avenae mensuras confertas, et quatuor grossos ratione *oprawne*. Item scoltetia est ibi, quae habet unum laneum liberum et proprium molendinum. Item tabernae, item hortulaniae. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro monasterio sanctimonialium, et valor eius aestimatur ad quinque marcas, praeter duos laneos, de quibus solvitur ecclesiae et plebano in Lanczsko. Confinat cum . . . . .

MASZKOWYCZE, villa sub parochia de Lanczsko sita, cuius proprietas pertinet ad coenobium sanctimonialium Sandeczensium. In qua sunt sedecim lanei cmethonales, et solvit quilibet pro censu unum fertonem, item unum gallum, item duos caseos, item viginti ova. Item unam *powabam* laborant pro vere, alteram pro hyeme. Item ratione *osszyep* solvit quilibet unam siliginis, et duas avenae mensuras confertas, et quatuor grossos. Item taberna est habens agros, et solvit pro censu tres fertones. Item scoltetia non est. Item hortulaniae non sunt, item praedium. Item omnes agri cmethonales et tabernae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro episcopo Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad quatuordecim marcas. Confinat cum . . . . . .

SCZERESCH, villa sub parochia ecclesiae de Lanczsko sita, cuius proprietas ad sanctimoniales pertinet. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, quorum tres solvunt per viginti scottos, quartus autem solvit decem scottos, item unum gallum, item duos caseos, item viginti ova; item *powabam* non laborant, neque pro hyeme, neque pro aestate. Item quilibet ratione *osszyep* solvit unam siliginis, et duas avenae mensuras confertas, et quatuor grossos. Item scoltetia est, et habet duos laneos liberos, et sextum denarium de censu; item taberna, item hortulani. Item omnes agri cmethonales et scoltetiales solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad septem marcas. Confinat cum . . . . . .

STANYACZYN, villa sub parochia ecclesiae de . . . . . . sita. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu unum fertonem, item unum gallum, item duos caseos, item viginti ova. Proprietas sanctimonialium de Antiqua Sandecz. Item *powabam* non laborant, neque pro hyeme, neque pro aestate. Item quilibet ratione *osszep* solvit unam siliginis, et duas avenae mensuras confertas, et quatuor grossos. Item scoltetia non est in villa eadem, neque taberna, neque hortulania. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro episcopo Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Item non est praedium in villa praefata, item neque molendinum. Confinat cum Olschana.

OCHOTHNYCZKA, villa sub parochia de Lanczsko sita. In qua sunt

quatuor lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu unum fertonem, item unum gallum, item duos caseos, item viginti ova. Proprietas sanctimonialium de Antiqua Sandecz. Item *powabam* non laborant, neque pro hyeme, neque pro aestate. Item quilibet ratione *osszyep* solvit unam siliginis, et duas avenae mensuras confertas, et quatuor grossos. Item scoltetia non est, neque taberna, neque hortulania. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro ecclesia et plebano in Lanczsko, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Item non est praedium in villa praefata, neque molendinum. Confinat cum .....

Wolycza, villa sub parochia de Lanczsko sita, cuius proprietas ad sanctimoniales Sandeczenses pertinet. In qua sunt tres lanei cmethonales, et quilibet solvit unum fertonem pro censu, item unum gallum, item duos caseos, item viginti ova. Item *powabam* non laborant, neque pro hyeme, neque pro aestate. Item ratione *osszyep* solvit quilibet unam siliginis, et duas avenae mensuras confertas, et quatuor grossos. Item non est praedium, neque taberna, neque hortulania. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem, ad episcopalem mensam Cracoviensem, et valor eius aestimatur ad tres marcas. Item non est in villa praefata scoltetia, neque molendinum. Confinat cum ......

Byennyowa, villa sub parochia de Lanczsko sita, cuius proprietas ad sanctimoniales Sandeczenses pertinet. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, et quilibet solvit unum fertonem pro censu, item unum gallum, item duos caseos, item viginti ova. Item *powabam* non laborant, neque pro hyeme, neque pro aestate. Item ratione *osszyep* quilibet solvit unam siliginis et duas avenae mensuras confertas, et quatuor grossos. Item non est praedium, neque taberna, neque hortulania. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem, pro monasterio sanctimonialium Antiquae Sandecz, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Item non est in villa eadem scoltetia, neque molendinum. Confinat cum .....

Villae circa oppidum Lypnicza, supra fluvium Lyoszoszina sitae.

Sdbykowycze, villa sub parochia ecclesiae de Jakubkowicze sita, cuius proprietas et dominium ad sanctimoniales pertinet. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, et quilibet solvit per unum fertonem cummunis, item duos gallos, duos caseos, viginti ova. Item sunt ibi quatuor hortulaniae, quorum unus solvit sex grossos, alius unum fertonem, et duo per octo grossos. Item est una taberna habens agros, duas marcas solvit. Item est ibi unum molendinum, et solvit unam marcam. Item dant *osszyep* quilibet unam siliginis et duas avenae mensuras confertas, et quatuor grossos.

Item laborant et arant agros praediales, pro vere et hyeme. Item unum grossum pro curru lignorum. Item de omnibus agris solvitur decima manipularis, et inducitur pro episcopo Cracoviensi, cuius valor aestimatur ad sex marcas. Confinat cum ......

Sthankowa, villa sub parochia ecclesiae de Jacubkowicze sita, cuius proprietas et dominium ad sanctimoniales pertinet. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, et quorum solvit unus fertonem, et alius decem grossos, item duos gallos, item viginti ova, item duos caseos, item nihil laborant, item *osszep* dant, quilibet unam siliginis et duas avenae mensuras confertas, et quatuor grossos, item hortulani non sunt, item non est ibi taberna coenobii. Item est ibi unus scoltetus, habens unum laneum liberum, item habet unum molendinum. Item est una taberna scolteti, quae solvit .... Item unum molendinum scolteti. Item decima manipularis et canapalis solvitur et conducitur, de omnibus agris villae, pro episcopo Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad sex marcas.

Wolya Stankowa, villa sub parochia ecclesiae de Jacubkowycze sita, cuius proprietas ad sanctimoniales pertinet. In qua sunt tres lanei cmethonales, de quibus ......, item viginti ova, item duos gallos, item duos caseos, item nihil laborant. Item *ossyep* dant, quilibet unam siliginis, et duas avenae mensuras confertas, et quatuor grossos. Item hortulani non sunt, item taberna non est. Item molendinum ...... Item est ibi idem scoltetus, qui et in Stankowa. Item decima manipularis et canapalis, solvitur et conducitur de omnibus agris villae ..... Confinat cum ......

Uyanowycze, villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam, cuius proprietas ad sanctimoniales Sandeczenses pertinet. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu unum fertonem, item unum gallum, duos caseos, viginti ova. Item laborant *powabam* pro vere et hyeme. Item quilibet pro curru lignorum solvit unum grossum. Item quilibet ratione *osszyep* solvit unam siliginis et duas avenae mensuras confertas, et quatuor grossos. Item plebanus habet ibi agrum liberum, et tabernam habentem agros, et solvit ..... Item ibidem una hortulania plebani. Item scoltetia non est, neque molendinum. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro episcopo Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad quinque marcas. Confinat cum ......

Kobylczyna, villa sub parochia de Ugyanowicze sita, cuius proprietas ad sanctimoniales Sandeczenses pertinet. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, et census eorum iuxta quantitatem agrorum diversificatur. Item solvunt unum gallum, duos caseos, viginti ova. Item laborant *powabam* pro hyeme et pro vere. Item quilibet pro curru lignorum solvit unum grossum. Item pro *osszyep* solvit quilibet unam siliginis, et duas avenae

mensuras confertas, et quatuor grossos. Item scoltetia est ibi, habens unum laneum liberum, item unum molendinum, item unam tabernam, quae solvit pro scolteto ..... Item omnes agri cmethonales et scolteti solvunt decimam pecunialem pro episcopo Cracoviensi, de quolibet laneo per fertonem latorum grossorum. Confinat cum ......

Trzesszycze, villa sub parochia de Ugyanowicze sita, cuius proprietas ad sanctimoniales Sandeczenses pertinet. In qua sunt quinque lanei cmethonales, et solvit quilibet pro censu unum fertonem, item unum gallum, duos caseos, viginti ova. Item laborant *powabam* pro vere et hyeme. Item quilibet pro curru lignorum solvit unum grossum. Item pro *osszyep* solvit quilibet unam siliginis, et duas avenae mensuras confertas, et quatuor grossos. Item non est ibi scoltetia, neque taberna, neque hortulania. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro episcopo Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad quinque marcas. Item non est ibi praedium, neque molendinum. Confinat cum .....

Wznyacza, villa sub parochia ecclesiae de Uyànowicze sita, cuius proprietas et dominium ad sanctimoniales pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus diversificatur census, secundum quantitatem agrorum, item dant unum gallum, viginti ova, duos caseos. Item laborant *powabam* pro vere et hyeme. Item pro curru lignorum unum grossum. Item ratione *osszyep* solvit quilibet unam mensuram siliginis, duas avenae confertas, et quatuor grossos. Item est ibi scoltetia habens unum laneum liberum, item habet unam tabernam, item unum molendinum. Item non sunt ibi hortulaniae. Item solvitur decima episcopo Cracoviensi pecunialis, de quolibet laneo per fertonem latorum grossorum. Confinat ......

Schymanczowa, villa sub parochia ecclesiae de Ugyanowicze sita, cuius proprietas et dominium ad sanctimoniales pertinet. In qua est unus laneus cmethonalis, qui pro censu solvit sex grossos. Item praefatus cmetho nihil laborat, neque solvit. Item est ibi scoltetus habens proprios agros de agris cmethonalibus, solvit quinque grossos. Item reliquos agros fluvius Loszoszina absumpsit. Item non est taberna, neque hortulanus. Item solvitur ibi decima pecunialis episcopo Cracoviensi, de quolibet laneo, per fertonem latorum grossorum Pragensium. Confinat .....

Kamyonka, villa sub parochia in Ugyanowycze sita, cuius proprietas et dominium ad sanctimoniales pertinet. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, et diversificatur ibi census secundum quantitatem agrorum. Item praefati cmethones nihil solvunt, neque laborant, praeter censum. Item est ibi scoltetus habens unum laneum liberum, qui capit septimum denarium de censu. Item habet ibi scoltetus unum molendinum, sed non habet tabernam.

Item solvitur ibi decima pecunialis pro episcopo Cracoviensi, de quolibet laneo per fertonem latorum grossorum Pragensium. Confinat cum .....

Kroszna, villa sub parochia ecclesiae de Ugyanowicze sita, cuius proprietas ad sanctimoniales pertinet. In qua sunt quinque lanei cmethonales, et diversificatur census secundum quantitatem agrorum. Item praefati cmethones nihil solvunt, neque laborant. Item est ibi scoltetus habens unum laneum liberum; item habet praefatus scoltetus unum molendinum et unam tabernam. Item est ibi decima pecunialis, quae pro episcopo Cracoviensi solvitur, de quolibet laneo per unum fertonem latorum grossorum Pragensium. Confinat ....

Schlana, villa sub parochia ecclesiae de Ugyanowicze sita, cuius proprietas et dominium ad sanctimoniales pertinet. In qua sunt quinque lanei cmethonales, et diversificatur census secundum quantitatem agrorum. Item est ibi scoltetus, habens unum laneum liberum, et recipit sextum denarium scoltetus. Item habet ibi scoltetus unam tabernam, item habet unum molendinum. Item dant unum gallum, viginti ova, duos caseos. Item laborant pro vere et hyeme *powabas*. Item solvunt *osszyep* pro vere et hyeme. Item solvitur ibi decima manipularis, et inducitur in horreum pro episcopo Cracoviensi, cuius valor aestimatur ad sex marcas. Confinat ....

Nova Sandecz, oppidum regium, iuxta duos fluvios Dunayecz et Kamyenicza in medio situm, et per Venczeslaum Poloniae et Bohemiae regem, in fundo villae episcopi Cracoviensis Kamyenicza, fundatum, in quo est ecclesia collegiata Sanctae Margarithae, per Sbigneum Cardinalem et episcopum Cracoviensem fundata.

Huius oppidi consules et cives ex eo, quod aliquos agros et prata sanctimonialium de Antiqua Sandecz possident, et quod in praeiudicium antiqui oppidi, Sandecz Novi erectio facta est, per quam antiquum est exinanitum, et in magna parte mutilatum, solvunt monasterio et sanctimonialibus Sandeczensibus singulis annis, pro quolibet festo Christi, quatuor ollas vini hungarici, item quatuor lepores, item quinque sexagenas simularum, sive ex consvetudine iam antiquata et praescripta, sive ex debiti necessitate.

Notandum, quod in regno Poloniae fuit quidam satrapa Petrus Wyczga nobilis de armis et domo Janina, habens plures possessiones et substantiam magnam nimis, habens et castra Czorsthen, Rither et Lyemyasz, qui in sylvis et saltibus polonicis, et regnum Poloniae cum hungarico disterminantibus, invenit montes, venas aureas et mineram foecunde producentes, ex quibus magnificatus et ditatus est vehementer, et ex quibus plures thesauros in variis locis, et praesertim in castro Lyemyansz sabulo infodit et occultavit. In praefato siquidem castro maximos thesauros dicitur

recondidisse, quos nemo potest effodere, propter daemonum impedimenta, et forte ex eo, quod per invocationem daemonum arte nigromentica quandoque quaerebantur. Fuit autem homo hic, si narrationi veterum standum est, plurimi livoris et ambitionis vir, operarios qui in montibus aurum et auri mineram effodiebant, ne loci in alios transiret et commoditas et conditio, clandestine suffocans et necans; sed et in patriam, regnum videlicet Poloniae, quae illum genuerat, aluerat, et extulerat, impio et novercali ardens odio, cum maxima parte thesauri et auri in vasis ligneis, fingens se ferrum et aes ex Hungaria ferre, in struibus lignorum ex Sandecz primum per Dunayecz usque in Opatowyecz, deinde per Vislam usque in Prussiam navigavit, et omnem illum thesaurum, omnemque substantiam in magistrum et ordinem Cruciferorum maluit conferre, quam in Poloniae regnum. Quod et annalia Cruciferorum, quae originaliter legi nomine tamen eius suppresso, et caliginosis atque obscuris testantur verbis; eius tamen exemplar praesenti operi inserere volui, ne processu temporis posset aboleri, aut in negligentiam, et oblivionem verti, providens necessitati et commoditati reipublicae regni Poloniae, ad consolationem omnium polonorum tam praesentium, quam futurorum.

Exemplar informationis et avisamenti, quod et quam praedictus Wyszga moriturus reliquit.

In nomine Sanctae Trinitatis et individuae unitatis. *Ja sz torunya gdy szem umrzecz ymyal, protho szem tho kazal popysszacz, zeby tho na mey dusszy nye zostalo. Napyrvey szya pytaycze do Cracowa, a z Cracowa do Nowego Sandcza, a sz Szandcza Nowego, do starego Myasta, a sz Starego myasta do Rytra, a pod thym hradem pod Rytrem, sztogy yedna karczma, a yeden mlyn, a tam yedna woda wpada, czo gey dzeyą Rosthoka, Pofolguyze wodze they, a gydzy po nyey, a gdy budzsch w lyessze dalyeko, thegdy przydze tham druga woda z lyewey ranky, opuscz thą na prawo, a ffolguy they nalewo, a tha gydzy asz do vyrzchu. A poth thym vyrzchem yest lanczka, a tha woda gydze przesz nya. A they wodze yasszkynya pod zyemya, A gydzysz yedno stayanye, a pothem tha woda sznaydzesch, bo tham czem ya czemrowal. Czyssem. A thu gdze wszamyey glowye thucz szem porąmbal drzewye do yedney dolyny, aby nykth nye posnal a thu nad tha dolyna yest gyeden pothoczek, czo gy zowa szucha rostoka. A thu stoy myoszandz y Gwyaszdy napyszane, Polyeczy my pyecz y masz posszyagnacz, albo czo masz y wzyandz, A tham yest kaganyecz y myszka, A gdy na tho myeszczcze przydzesz, poklakny, a day bogu chwala etc. yestly czya pan bog upamyantha, mey dussche nyezapamyathay. A tho yest dobro*

yako groch y yako Szyemya, *A rzathko yako bob*, *A tho panu bogu polyeczam.*

Item aliis verbis: item in medio Rosthok alias gurgitis, duo milliaria a Ryther magno gurgite, vade post in prato, in valle, et aquam quam invenies in sinistra parte, quae aqua vocatur magnus gurges alias Rosthok, et trahit se per medium magni prati, et in capite prati invenies stagna, ad modum piscinae. Item eundo ex Sandecz Nova versus Ryther, ex opposito Ryther habetur *pothok* dictus Rosthoka, ire per eundem *pothok*, supra, dum perveneris, ubi alii *pothoczy* ipsi Rosthoka coniunguntur, tenere se habes ad sinistram manum et venies sub *wyrzchowynam*, videlicet *na lanczka*, ibi incipientur magnae arborum fractiones, alias *lomy*, per quos transire recte ad *pothok* obstructum, alias *skrythy*, veniens ibi sub *wyrzchowinam*, tunc debes respicere *skalam* magnam musco alias *mchem zawyeschoną*. Inveniens hoc, tunc ibi sub *mech* invenies signum, videlicet *kaganyecz* et lunam alias *myeszyandz;* sub istis signis movendo seu recooperiendo *mech* invenies signum, videlicet duos digitos, ibi nihil erit, sed ubi invenies unum digitum, videlicet annularem alias *kczyuk*, ibi iam Deum laudabis, obtinebis quod quaeris. Item eundo de Antiqua Sandecz in villam Barczicze, tunc per Barczicze vadit *pothok* dictus Trzebyalek, tunc ire per istum *pothok* supra, usque ad viam, et a via tenere se debes totum ad sinistram manum per *sramb*, ubi prius aurum recipiebatur, debes transire ad signa dicta cruces, quae cruces prope Slothwyni sunt; in istis Slothwyni invenies arborem alias *czisch*, dum sub isto movebitur, videlicet *na trzy stopy*, invenies *kylyowi* et *mothiky*, ibi Deum laudabis, quod quaeris invenies. Item de Sandecz versus Trosczeko eundo *po* Dunayczu, usque in Tylmanowa, interrogabis per Dunayecz, ubi est *pothok* inter Tylmanowa et Trosczeko, qui vocatur Zlothi pothok; per eundem *pothok* transire supra, usque invenies lapidem, in quo lapide est signum manus et crux; dum signum hoc inveneris, tunc se teneas ad illam partem, ubi ostendit cubitus alias *lokyecz*, si lapidem non inveneris, propter fractionem arborum, alias *przed lomy*, extunc invenies Slothwina, tunc invenies *schachtam*, per quam *pothok* vadit, et ibi invenies arborem alias *iawor*, in quo est desculpta facies alias *oblycze*, in radice istius arboris invenies *karbi*, quot fuerint *karbi*, tot passus ab arbore recte a facie transiens, invenies ibi sub magno *mech* Christi cum adiutorio, quod quaeris. Item a Crosczenko interogare ad Sczawnicza Magna, a Sczawnicza *pothok*, seu per istum *pothok* ire debes, tenendo se ad dextram manum supra, usque sub Jaworze, et invenies ibi stipitem alias *pyen cziszowy*, in quo est desculptum. Strepe alias Strzemyen; ex opposito istius signi sunt

Slothwyny, et ex opposito illius stipitis stant duae arbores, videlicet *iawor* et *buk*, et in qua arbore est desculptum *kylow* et crux; alia signa, si quae fuerint, omittendo, sub *kylyow* et cruce cum Dei adiutorio quod quaeris, invenies. Item per Sczawniczam supra eundo versus Gomola, circa Gomola superius invenies, ubi duae aquae se conveniunt, ibi reperies duas *schachtas* reseratas alias *odkrythe*, in quibus nihil quaeratur; sed circa istas duas aquas invenies arborem alias *yedl*, in ista arbore, longe superius sicut duo homines, signum est sculptum crux, ex opposito istius arboris *yedl*, sunt duae arbores, hoc est *lippa* et *buk*, vertices istarum arborum sunt simul coniunctae et *schrostlysche*, et circa istas duas arbores recepto baculo, debes per terram tangere seu percutere, et ubi sonuerit, seu sonum dederit, extunc invenies *schachtam* ostio de super clausam, Christo duce invenies ad quatuor *stapyenye* quod quaeris. Item ex opposito Maszkowicze et Lanthszko habetur Pothok zlothy per istum *pothok* supra eundo de *wyrzchowyny* usque ad *moczarzow*, ibi invenies mineram alias *krusczyecz zlothy*, et aurum certum, et ibi undique ubi per percussa est alias *przebito* arbor *klynem*, invenies quod quaeris. Item ad Pusta Lanka sub Wyssokye ibidem circa *moczary* sunt *schachti* antiquae, et ibi est *lyppa* cum quaercu, circa istas *moczary* in omnibus est satis, cum Dei adiutorio. Item ibidem in Pusta Lanka ex opposito, ubi ecclesia fuit super prato, alias *na lanczcze*, est *schachta* cooperta lapidibus alias *brila*, et ab ecclesia *pothoczek*, qui vadit, ibi invenies grana auri, sicut pisarum et aliorum frumentorum, et circa illum locum, ubi ecclesia fuit, est *schachta*, ostio ecclesiastico ex arbore *czisz* facto cooperta; ibi invenietur aurum iam paratum, alias *spuszcona ogniszk*. Ibidem in Pusta Lanka *pothok wygolom*, ibidem sunt *moczary*, in quibus *schachta* habetur, et plures *schachtae*, in eisdem sunt omnia bona, Christo adiuvante. Item prope Musszynam, inter villas Mylyk et Sczawnik, dicitur multum auri esse. Item in Stadnyky prope Wyelyczkam magister Venczeslaus Solcz de Glywycze asserit esse foecundissimam auri venam.

In nomine Domini Amen. Quoniam plasmator hominis Deus, post creationem primi protoplasti, volens ut propago humani generis potiora primordii sui nancisci valeret incrementa, praevidendo et praedestinando, liquidoque praeostendens, in se individuae Trinitatis unitatem legitur dixisse: non est bonum hominem esse solum, faciamus ei adiutorium simile sibi, ut hac sanctione, indultove salutari, inter cultores fidei orthodoxae carnis identitas, prolis pluralitas, pacis tranquillitas, in universi orbis plantario uberius cresceret, Domino irrigante. Hinc est, quod nos Boleslaus Dei gratia dux Cracoviae et Sandomiriae notum esse volumus praesentibus et

futuris, praesentium notitiam habituris, quod nos ab ineunte aetate, nutu ac beneplacito optimi conditoris gestientes, parere per omnia, et ut melius et quietius opitulante Deo, possemus nostri principatus gubernacula possidere, et consilio maturo venerabilis in Christo patris domini Vislai Cracoviensis episcopi, decretoque omnium optimatum nostrorum ac baronum, adiutorio Dei primo, coniunximus nobis copula maritali generosissimam dominam Kunegundim illustrissimi regis Hungariae domini Belae filiam, non solum auro, argento et lapidibus preciosis gloriosa regali providentia et magnificentia dotatam, verum virtutum etiam ac nobilium morum dotibus plurimum redimitam, quae inspirante Deo, temporalis suffragii adminicula nobis, tempore nostrae permaximae necessitatis praestitit copiose, ut ex his, quae subnectuntur liquebit luculenter. Cum enim tempore malo permittente Deo, peccatisque nostris exigentibus, Tartari terras nobis subiectas mucrone crudeli depopulati fuissent, terramque subito et inopinate debriassent profluvio sangvinis christiani, demumque pereunte cultore omnia deperiisse viderentur, nobisque more principali ac magnificentia omnibus gratiosum reddentibus, nihilque perfunctoriarum pecuniarum sub duri cordis lapide exmollitae largitatis, imo laudabilis prodigalitatis sitibundo aestu, avaritiae retinentibus, magisque nobilis militiae cohorte, quam divitiarum vel pecuniarum cumulatione, in archivis delitescentibus nostrae conscientiae stipati incedere gauderemus, ac ob id consequenter ad notabilem inopiam fuissemus devoluti ex eo, quod stipendia solita militiae nostrae unde solveremus, penitus non inveniremus, et ex praemissis saepe dicta venerabilis gloriosa domina consors nostra carissima, cernens nos plurimum anxiari, ineffabili et infallibili glutinio fervidae caritatis, quo nostris affectibus iugiter inhaesit, concitata, compatiens ex intimis, saepe dictas pecunias sui dotalitii, per plures vices impensionem stipendiorum iam dictorum largiflue exhibuit, expendendas, ea tamen conditione adiecta coram aliquibus nobilibus terrae nostrae, ut data sibi super nostris sponsionibus fide, saepius dictam pecuniam mere et integre, ac sine omni diminutione tempore et loco solvere obligaremur; quod et fecimus, praestantes sibi super nostris sponsionibus debitam cautionem, atque tantas pecunias, ad quas nos solenniter ac fideliter obligaveramus, tempore et loco ut praemittitur persolvendas, urgentis necessitatis stimulo impellente, atque quod promiseramus crebris et variis infortunis succedentibus. Dumque ad solutionem tantarum pecuniarum, insufficientes et invalidi reperiremur, usi salutari consilio venerabilis patris domini Prandothae Cracoviensis episcopi, et ex decreto omnium nostrorum baronum, ac unanimi voluntate pariter et assensu, terram Sandeczensem pure et integre, et sine omni diminutione, cum pleno dominio sicut ipsi tenuimus, sibi damus et conferimus, irrevocabiliterque tradimus in perpetuum

possidendam, cum pleno dominio thelonei, et omnibus attinentiis, pertinentibus sylvis ad eandem, usque ad metas Hungariae se extendentibus, fluviis, piscaturis, piscinis, tabernis, molendinis, pratis, pascuis et omnibus aliis attinentiis et pertinentiis quibuscumque nominibus censeantur, ita quod dictam terram liceat sibi vendere, commutare, donare, locare, et quolibet modo a se alienare. In qua terra nihil aliud nostris succedaneis iuris relinquimus, nisi ius in solatium praefatae nostrae coniugis praedilectae tuitionis, defensionis et conservationis, ut gratiosa domina, si nos de hoc ergastulo carnis prius vocante Deo migrare contigerit, solatiis delibuta, ac suffragiis suffulta, in gravamen ipsorum quo adiuvit, aut post obitum suum terram memoratam alterius gentis non applicet populo, aut a Polonica natione divellat indignata, sed semper materno affectu ac fide illibata, qua alias cum gentem supradictam inviolabiliter, immutabiliterque tenuit, ipsam gentem confovendo indesinenter foveat more solitae pietatis. Ut autem haec nostra irrefragibilis donatio, imo verius incomparabiliter minus sufficiens retributio ac recompensatio, obtineat robur perpetuae ac inconcussibilis firmitatis, et ne aliqui instigante spiritu malitiae et nequitiae; timore Dei prorsus abiecto, pluries dictam dominam, vel legitimos ejus successores praesumant iniuriis, vel molestiis quibuslibet, modo quolibet indebite lacessire, praesentem paginam super his diligenter confectam, sigillo nostro fecimus communiri. Acta sunt haec in Corczyn villa nostra, anno ab incarnatione Domini 1257. sexto Nonas Martii, praesentibus his testibus illustribus: Casimiro Cuiaviensi et Lanciciensi, Zemovito Mazoviensi ducibus, Janussio Gneznensi praeposito et cancellario ducis Casimiri, Fulcone Cracoviensi et Sandomiriensi cancellario, per cuius manum hoc privilegium datum est, Nicolao Cracoviensi, Zegnevo Sandomiriensi, Abraham palatinis, Boguslao Sandomiriensi, Johanne de Cechov, Bronissio de Byecz castellanis, Varsio dapifero, Sulislao agazone Sandomiriensi, et aliis quam plurimis clericis et laicis fide dignis.

In nomine Domini nostri Jesu Christi Amen. Abundante hominum malitia, non tantum ea, quae ad commodum mortalium, verum etiam quae ad vivi et aeterni Dei fiunt gloriam et honorem saepius infirmatur, si non scripto testium ac testimonio litterarum perhenniter firmata, eapropter et praesentes noverint et futuri, quia nos Kunegundis relicta domini Boleslai felicis recordationis, quondam ducis Cracoviae et Sandomiriae domina et princeps de Sandecz, piae considerationis intuentes oculo, exactaque diligentia perpendentes, nihil adeo proficere in illo novissimo examine districto, nec posse placatum facere illum districtum iudicem, qui vitam iustis et mortem impiis dat aeternam, quantum opera misericordiae, quae

tunc sola suos committantia actores aeternae beatitudinis ianuam introducunt, coenobium seu claustrum sanctimonialium ordinis Sanctae Clarae, ad Dei gloriam et Sanctae Dei Genitricis Mariae ac Beati Francisci gloriosi confessoris honorem, nec non sacrae religionis propaginem, ac pro salute animarum tam nostri praefati mariti, quam nostrae, in ipsa civitate Sandecz fundandum statuimus et etiam construendum, certas personas, videlicet dominam abbatissam cum collegio et conventu sororum dicti ordinis in ibi statuendo, ut deposito liberae voluntatis arbitrio, serviant die noctuque Domino in timore, et ambulent in sanctitate et iustitia coram ipso, abnegantes se et sua, eligendo potius per artam viam et angustam portam, vitae ianuam introire. Unde non immerito huius temporalis vitae necessariis sunt iuvandae, ut eo devotius, quo quietius Domino famulentur, sibique proficiant per vitae meritum, et aliis per orationum suffragia et exemplum. Igitur volentes eas in temporalibus non deficere, ut semper in spiritualibus proficiant, donamus, conferimus, et titulo perpetuae donationis mera et simplici voluntate, irrevocabiliter tradimus praefatam civitatem Sandecz cum theloneo et omni quaestu et utilitate ipsius, nec non has villas et haereditates nostras, quarum haec sunt nomina: Barczicza, Golkowycze, Cacza, Lanczsko, Mosczenicza, Czirnycz, Zarzecze, Zagorzino, Scerzesz, Kluchane, Noszaczowycze, Mokra, Dąbrowa, Podegrodzye, Goschwycza, Brzeszna, Podrzecze, Chorowycze, Bycziczye, Chelmyecz, Trosschicze, Sechlna, Kyecznya, Parw, Szwynarszko, Byeganicze, Myszlyecz, Podolino, Presecznycza et Wyetrznicza cum fluminibus, molendinis, clausuris, piscationibus, sylvis, nemoribus, venationibus, mellificiis, et cum omnibus utilitatibus et attinentiis earum universis, quae eisdem villis de iure pertinent ab antiquo cum iuribus et proprietatibus, secundum quod nostro dominio subiacebant; damus inquam praefato coenobio et conventui, haereditario iure, pacifice et quiete in perpetuum possidendas; tantummodo hoc excepto, quod pro nostro subsidio vitae, nostrisque necessitatibus, ducentas marcas argenti fusi, annis semper singulis persolvendas de praefata moneta, quo ad vixerimus reservamus; praedictas autem civitatem et villas, cum iuribus, iudiciis, iudicato, cum utilitatibus et attinentiis supradictis, tamquam nobis ex donatione propter nuptias, vel nomine dotis seu dotalitii facta de iure pertinentes, quasi domina legitima et princeps earundem, supra dicto coenobio duximus conferendas, tradendo et assignando eas in manus venerabilis in Christo patris nostri fratris Nicolai ministri provincialis, nomine memorati conventus stipulantis et recipientis, auctoritate reverendi domini Matthiae in porticu Sanctae Mariae diaconi cardinalis, tutoris et defensoris praedicti ordinis Sancti Francisci, presbyteri confessoris. Nulli ergo hominum liceat hanc

meae donationis paginam infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et dictorum Sanctorum incurrat, et cum iniquis in praefato examine districto recipiat portionem. In praemissorum itaque omnium evidentiam certiorem, praesentem paginam conscribi fecimus, et sigilli nostri munimine roborari. Acta haec sunt publice in Sandecz, coram magnifico domino Lyesthkone illustri duce Cracoviae Sandomiriae et Syradiae, qui est tunc publice protestatus, nos posse rite facere praefatam donationem, et suo sigillo praesentem paginam etiam roboravit. Anno Domini 1280, indictione septima, infra octavas Apostolorum, praesentibus his: comite Varsio castellano Cracoviensi, domino Procopio cancellario praefati domini ducis, comite Martino castellano Bresensi, et coram his viris religiosis et patribus venerandis: supra dicto ministro fratre Stephano gvardiano Strigoniensi, fratre Boguslao lectore fratrum praedicatorum, ad concordiam inter dictum ducem et nos faciendam, a domini legati latere destinato, fratre Johanne custode, fratre Borislao lectore fratrum minorum, et aliis quam multis, tam viris religiosis, quam clericis secularibus, quam etiam militibus et aliis viris bonis.

ANDRZEYOVIENSE

primum monasterium Ordinis Cisterciensis in dioecesi Cracoviensi consistens.

Ordinis Cisterciensis, qui sub regula Beati Benedicti Domino militat, religione et vitae sanctimonia maxima celebritate ubique diffusa, cum in regno Poloniae eiusque fama sonore vulgata foret, Johannes alias Janik vir venerabilis et devotus, primum quidem Vratislaviensis episcopus, deinde Gneznensis archiepiscopus, et Clemens germanus suus, ex proceribus Poloniae miles et satrapa insignis, haeredes de Brzesznicza, nobiles de domo et armis Griffonum, ordinis praefati Cisterciensis devotione permoti, patrimonii sui satis ampli Christum haeredem relicturi, et pro transitoriis aeterna consequuturi, in praedio et villagio suo Brzesznicza vocato, in Cracoviensi dioecesi consistente, monasterium Cisterciense anno Domini 1140, regnantibus apud Poloniae regnum Vladislao, Boleslao, Myeczslao, Henrico et Casimiro filiis Boleslai Crzywousti ducis et monarchae regni Poloniae, fundant, erigunt et dotant, eique in dotem villas patrimonii sui donatione perpetua, videlicet Brzesznicza, Rakoszino, Potok, Lyszakowo, Lanczino, Rachowo, Tharschowa, cum omni iure et proprietate conferunt, nihil sibi iuris et proprietatis in bonis eisdem, praeter corda mactatorum pecorum, et decem allеca ex quolibet allecum vase vènundando, in signum fundationis reservando. In progressu autem temporis, anno videlicet Domini 1154 praefatus Johannes alias Janik in archiepiscopum Gneznensem promotus, monasterii praefati a se et fratre suo Clemente fundati et dotati proventus et introitus aucturus, contulit eidem monasterio decimas manipulares mensae suae archiepiscopalis, in villis septem praefatis. Item decimam manipularem etiam mensae archiepiscopalis in villa Holuszy consistentem, easque de consensu capituli sui Gneznensis eidem monasterio inscripsit; sed et

Maurus episcopus Cracoviensis, dum ecclesiam in Brzesznicza a praefatis duobus germanis Johanne et Clemente pro futuro monasterio Cisterciensi nondum erecto, fundato tamen et dotato, fabricatam in honorem et titulum Beatae et gloriosae Virginis Mariae, et Sancto Adalberto martyri et pontifici dicaret, contulit eidem ecclesiae in consecratione decimas manipulares mensae suae episcopalis Cracoviensis, in villis: Marowicze, Przemyeslawe, Conari, Mychow, Wyeglowo, cuius immediatus successor Radosch Cracoviensis episcopus, et donationem quinque decimarum sui praedecessoris Mauri, nova donatione confirmavit, et de proprio tres alias decimas, etiam mensae suae episcopalis Cracoviensis, praefato monasterio donando adiecit. Item idem archiepiscopus Gneznensis Johannes in archiepiscopatu consistens, ardorem devotionis et liberalitatis suae in praefatum monasterium Andrzeoviense nova largitione effusurus, decimam manipularem quinquaginta aratrorum, quam postea specifice in villis infrascriptis, videlicet Złothniky, Rambyeszicze, Lysszakowicze, Zarczicze, Sdanowicze, Czaczow, Brzeszna, Brzem, de mensa sua archiepiscopali consignat. Item idem Johannes archiepiscopus Gneznensis villas et haereditates suas infrascriptas, in dioecesi Cracoviensi consistentes, et quae ad eum fuerunt ex parte cognati sui Szmil, filii Bodzanthae iure successionis devolutae, videlicet Ugyazd, Błonye, Zerczicze, Blonycza, Skowrodno, Kamyenczicze; item idem Johannes archiepiscopus Gneznensis alias villas et haereditates etiam in dioecesi Cracoviensi, quas coemerat, videlicet Dzerzansznam, Buszkow, Tropiszow, Byalya, Byeszden, Mirzewa, Pelcznicza, Krzenczino et Sdzeczcze donat, adscribit monasterio perpetuo Andrzeoviensi, et assignat. Item Gedeon episcopus Cracoviensis, quoniam et ipse de domo et stirpe Gryffonum ducebat genus, in omnibus villis praefatis per Johannem archiepiscopum Gneznensem monasterio Andrzeoviensi donatis, decimas suas et mensae suae episcopalis Cracoviensis; item alias decimas manipulares etiam mensae suae episcopatus Cracoviensis in villis Skronyow, Waszlino, item alterius Waszlino quae sedet supra Nidziczam, in qua sedent Conari inter villam Bugniow et Nyegoslawicze sitam, dedit, donavit, et perpetuo inscripsit. Cum denique infra limites villae Brzesznicza, in qua ecclesia et coenobium fundata et constructa erant, oppidum Andrzeyow dierum processu consurrexisset, monasterium praefatum Brzeszniczense titulo abrogato, Andrzeoviense vocitari coeptum est in hanc diem, ex Morimundinensi autem monasterio in Burgundia sito, fratres accersiti, novum monasterium Andrzeoviense extunc incolere et inhabitare coeperunt, hinc quoque factum est, ut a plerisque monasterium

Andrzeoviense eo, quod a Morimundinensibus generationem habuit, Morimundus etiam nunc appelletur. Quod quidem monasterium Beatus Bernhardus abbas Clarae Vallis visurus, et fratres in eo degentes visitaturus, ac in religionis proposito confirmaturus, in Poloniam processerat, ex medio tamen itinere gravi valetudine oppressus, rediit. Ut autem bonorum dotalium monasterio, et in fundatione, et expost quaesitorum, evitari possit et praecaveri, in praesens et in futurum damnosa alienatio, haereditates illius et decimas singillatim conscripsimus, indemnitati monasterii praefati pro nostra virili consulturi.

Monasterium Andrzeyoviense seu Brzeszniczense, **quod etiam** Morimundus ob genus, a quo descendit appellatur, in heremo et saltu secreto ab hominibus situm est, pulchram habens et testudinatam ecclesiam, ex quadro lapide et basso humilique opere, solido tamen fabrefactam, habens et officinas monasterii muratas, et torrentem fluviolum per medium monasterii decurrentem, et pomarium amplum diversis consitum arboribus in circuitu. Cuius modernus abbas est ..... de Rambyeszycze nobilis de domo Odrovansch. A primaeva eius institutione fere usque ad nostra tempora, gallici aut italici fratres, absque ulla polonorum admixtione illud incolebant, propter quorum regularem observantiam et vitae sanctimoniam, nomen illius sonorum et celebre habebatur; usque adeo, ut Vincentius Cadlubkonis de Carwow episcopus Cracoviensis de domo Roszae, episcopatu Cracoviensi relicto, ad illud se contulerat, et habitum induens, regulam quoque profitens, quinquennio in sacco poenitentiae exactae, et exemplarem vitam ducens, diem illic obiit, et in medio chori sub lapide sepultus requiescit.

Andrzeyow, oppidum haud longe a monasterio Andrzeyoviensi situm est, habens in se ecclesiam parochialem, Sanctae Catherinae dicatam, albo lapide per consules et commune oppidi Andrzeoviensis, qui illam in singulis regunt et provident, una cum coemeterio fabrefactam. Cuius proprietas pleno iure pertinet ad monasterium Andrzeoviense, in quo sunt oppidanorum lanei, et solvit quilibet...... Item omnes agri oppidanorum decimam manipularem et solvunt et conducunt pro monasterio Andrzeoviensi, propriis curribus, in praedium monasterii, et valor eius aestimatur ad......

Rakoszino, villa sub parochia de..... sita, cuius proprietas ad monasterium Andrzeoviense pertinet, donata ipsi monasterio per Johannem archiepiscopum, et Clementem militem primarios fundatores. In qua sunt lanei cmethonales, et solvit quilibet......., item ova, item gallos, item caseos; item labor, item *powaba*, item *osszyep*, item tabernae, item hortulaniae, item praedium, item molendinum; item omnes agri villae solvunt et

conducunt decimam manipularem et canapalem pro monasterio Andrzeoviensi, et valor eius aestimatur ad ..... marcas. Confinat cum .....

Potok, villa sub parochia de Crzaczicze sita, cuius proprietas ex donatione Johannis archiepiscopi et Clementis militis ad monasterium Andrzeoviense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit ....., item ova, item gallos, item caseos; item labor, item *powaba*, item *osszyep*, item tabernae duae, ad monasterium pertinentes, et quaelibet solvit pro censu duas marcas habentes agros et prata, item hortulaniae, item praedium est coenobiale et curia, de cuius agris .....; item molendinum; item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro monasterio Andrzeoviensi, quae per Johannem archiepiscopum Gneznensem illi donata est, et valor eius aestimatur ad ...... Item sunt in eadem alii haeredes militares. Confinat cum ......

Lysszakowo, villa sub parochia de Andrzeiow sita, cuius proprietas ex donatione Johannis Archiepiscopi et Clementis militis, ad monasterium Andrzeoviense pertinet. In qua sunt viginti lanei cmethonales, et solvit quilibet pro censu unum fertonem, item ova, item gallos, item caseos, item labor, item *powaba*, item *osszyep*, item taberna, item hortulani, item praedium est coenobiale, de cuius agris non solvitur decima alicui, sed monasterium illam pro se tollit; item molendinum. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro monasterio Andrzeoviensi, et valor eius aestimatur ad quindecim marcas, aliquando ad viginti marcas. Confinat cum .....

Lanczino, villa sub parochia de Andrzeow sita, cuius proprietas ex donatione Johannis archiepiscopi et Clementis militis fratrum, ad monasterium Andrzeoviense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et solvit quilibet ....; item ova, item gallos, item caseos; item labor, item *powaba*, item *osszyep*, item taberna, item hortulani, item praedium, item molendinum. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro monasterio Andrzeoviensi, et valor eius aestimatur ad ..... marcas. Confinat cum .....

Rakowo Maior, villa sub parochia de Andrzeyow sita, cuius proprietas ex donatione Johannis archiepiscopi et Clementis militis fratrum, ad monasterium Andrzeoviense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit ...., item ova, item gallos, item caseos; item labor, item *powaba*, item *osszyep*, item taberna, item hortulani; item praedium est coenobiale monasterii, de cuius agris ...., item molendinum; item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro monasterio Andrzeoviensi, et valor eius aestimatur ad .... marcas. Confinat cum .....

Tharszowa, villa sub parochia de Andrzeyow sita, cuius proprietas ex donatione Johannis archiepiscopi et Clementis militis fratrum ad monasterium Andrzeoviense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et solvit quilibet ....., item ova, item gallos, item caseos; item labor, item *powaba*, item *osszyep*, item taberna, item hortulani; item praedium coenobiale non est in eadem villa; item molendinum. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro monasterio Andrzeoviensi, et valor eius aestimatur ad .... marcas. Confinat cum ....

Chorzewa, villa sub parochia de Andrzeyow sita, cuius proprietas ex donatione Johannis archiepiscopi, et Clementis militis fratrum, ad monasterium Andrzeoviense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit ...., item ova, item gallos, item caseos; item labor, item *powaba*, item *osszyep*, item taberna, item hortulani; item praedium coenobiale non est in eadem villa; item molendinum. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro monasterio Andrzeoviensi, et valor eius aestimatur ad .... marcas. Confinat cum ....

Ugyasd, villa sub parochia de ...... sita, cuius proprietas ad monasterium Andrzeoviense ex donatione Johannis archiepiscopi et Clementis militis fratrum, pertinet. In qua sunt .... lanei cmethonales, et quilibet solvit ....., item ova, item gallos, item caseos; item labor, item *powaba*, item tabernae, item hortulani, item praedium, item molendinum, item *osszyep;* item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro monasterio Andrzeoviensi, et valor eius aestimatur ad .... marcas. Confinat cum .....

Blonye Maius, villa sub parochia de Koprzywnicza sita, cuius proprietas ex donatione Johannis archiepiscopi ad monasterium Andrzeoviense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit per decem scottos, item ova triginta, item gallos duos, item caseos duos; item labor, item *powaba*, item tabernae, item hortulani, item praedium bonum coenobiale est in eadem villa, de cuius agris decimam manipularem solus abbas et monasterium percipit. Item molendinum, item *osszyep;* item omnes agri solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro monasterio Andrzeoviensi, et valor eius aestimatur ad .... Item duo molendina in fluvio Koprzywnicza sita, et utrumque solvit metretas pro monasterio Andrzeoviensi. Confinat cum oppido Koprzywnicza, Lukowyecz, Krczyn, Swinszycze, Czissow et Szoszniczyani.

Zarzczycze, villa sub parochia de .... sita, cuius proprietas ex donatione Johannis archiepiscopi ad monasterium Andrzeoviense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit ......, item ova, item gallos, item caseos; item labor, item *powaba*, item tabernae, item hortulani,

item praedium, item molendinum, item *osszyep*. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro monasterio Andrzeoviensi, et valor eius aestimatur ad ..... Confinat .....

Blonycza, villa sub parochia de .... sita, cuius proprietas ex donatione Johannis archiepiscopi Gneznensis ad monasterium Andrzeoviense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit ....., item ova, item gallos, item caseos; item labor, item *powaba*, item *osszyep*, item taberna, item hortulani, item praedium, item molendinum. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro ...... Confinat cum oppido Koprzywnicza.

Skowrodno, villa sub parochia de Pyandziczow sita, cuius proprietas ex donatione archiepiscopi Gneznensis Johannis ad monasterium Andrzeoviense pertinet. In qua sunt octo cum medio lanei cmethonales, et solvit quilibet per mediam marcam, item ova quindecim, item gallos duos, item caseos tres; item laborat quilibet de laneo unum diem in septimana, proprio curru aut aratro. Item disponunt pratum, item *powabam*, item *osszyep* solvit quilibet de laneo tres coros siliginis, et tres coros avenae. Item taberna una habens agros, et solvit monasterio pro censu unam marcam. Item hortulani duo, et quilibet septimanatim et pedester laborat unum diem. Item praedium est unicum coenobiale, quod nulli solvit decimam. Item molendinum unum, quod solvit monasterio pro censu unam marcam. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem, pro monasterio Andrzeoviensi, et valor eius aestimatur ad octo marcas. Item navigium in flumine Nida coenobiale, quod solvit unam sexagenam pro censu. Confinat cum villis Umyanowicze, ...

Kamyenczicze, villa sub parochia de ..... sita, cuius proprietas ex donatione Johannis archiepiscopi Gneznensis ad monasterium Andrzeoviense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et solvit .....; item labor, item *powaba;* item ova, item gallos, item caseos, item *osszyep*, item taberna, item hortulaniae, item praedium, item molendinum. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro ..... Confinat cum .....

Dzerzaszna, villa ......, cuius proprietas ex donatione Johannis archiepiscopi Gneznensis ad monasterium Andrzeoviense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et solvit quilibet ...., item ova, item gallos, item caseos; item labor, item *powaba*, item *osszyep;* item tabernae, item hortulani, item praedium, item molendinum. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro .... Confinat cum....

Buszkow, villa sub parochia ecclesiae de ..... sita, cuius proprietas

ex donatione Johannis archiepiscopi Gneznensis ad monasterium Andrzeoviense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et solvit quilibet . . . , item ova, item gallos, item caseos; item labor, item *powaba*, item *osszyep*, item tabernae, item hortulani, item praedium, item molendinum. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro . . . . . Confinat cum . . . . .

Tropysszow, villa sub parochia de . . . . sita, cuius proprietas ex donatione archiepiscopi Gneznensis ad monasterium Andrzeoviense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit . . . . , item ova, item gallos, item caseos; item labor, item *powaba*, item *osszyep*, item tabernae, item hortulani, item praedium, item molendinum. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro monasterio Andrzeoviensi, et valor eius aestimatur ad . . . . . Haec decima fuerat quondam capituli Cracoviensis, sed recepta villa Grambolow dedit illam monasterio cum villa et decima Nawarzicze, quae etiam erat capituli Cracoviensis. Confinat cum . . . . .

Byala, villa sub parochia de . . . . sita, cuius proprietas ex donatione Johannis Gneznensis archiepiscopi ad monasterium Andrzeoviense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et solvit quilibet . . . . , item ova, item gallos, item caseos; item labor, item *powaba*, item *osszyep*, item taberna, item hortulani, item praedium, item molendinum. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro . . . . . Confinat cum . . . . .

Beszdin, villa sub parochia de . . . . . sita, cuius proprietas ex donatione Johannis Gneznensis archiepiscopi ad monasterium Andrzeoviense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit . . . . , item ova, item gallos, item caseos; item labor, item *powaba*, item *osszyep*, item taberna, item hortulani, item praedium, item molendinum. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro . . . . . Confinat cum . . . . .

Myrzewa, villa sub parochia de Crzanczicze sita, cuius proprietas ex donatione Johannis Gneznensis archiepiscopi ad monasterium Andrzeoviense pertinet. In qua sunt septem lanei cmethonales, et quilibet solvit . . . . . . , item ova, item gallos, item caseos; item labor, item *powaba*, item *osszyep*, item taberna una habens agros, et solvit unum censum monasterio et alium haeredi. Item hortulani, item praedium, item molendinum est ibi coenobiale in flumine Mirzawa, quod solvit monasterio pro censu quinque marcas, et unum porcum saginat, habet unum pratum, sed agros non habet. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro . . . . . Confinat cum . . . . .

Pelcznycza, villa . . . . . , cuius proprietas ad monasterium Andrzeoviense ex donatione Johannis Gneznensis archiepiscopi pertinet. In qua sunt lanei cmethonales et quilibet solvit . . . . . , item ova, item gallos, item caseos, item *powaba*, item *osszyep*, item tabernae, item hortulani, item praedium, item molendinum. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem . . . . . Confinat . . . . .

Krzynyecz, villa sub parochia de . . . . . sita, cuius proprietas ex donatione Johannis archiepiscopi Gneznensis ad monasterium Andrzeoviense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit . . . . . , item ova, item gallos, item caseos; item labor, item *powaba*, item *osszyep*, item taberna, item hortulani, item praedium, item molendinum. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem . . . . Confinat . . . . .

Sdeczcze, villa sub parochia de . . . . . sita, cuius proprietas ex donatione Johannis Gneznensis archiepiscopi ad monasterium Andrzeoviense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit . . . . . , item ova, item gallos, item caseos; item labor, item *powaba*, item *osszyep*, item taberna, item hortulani, item praedium, item molendinum. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem . . . . Confinat . . . . .

Grambolow, villa sub parochia ecclesiae de Pleschow, non longe a monasterio de Mogila sita; quinque cum medio lanei, et quilibet solvit unam marcam. Item una taberna habens agros, et solvens duas sexagenas, triginta ova, quilibet laneus solvit duos capones, praedium unum. Item decimam manipularem post praedium et post omnes agros villae pro se tollit. Hanc villam cum eiusdem decima manipulari, cmethonali et praediali, et alia decima manipulari quae Tropisszow dicitur, Johannes abbas et conventus Andrzeoviensis anno Domini 1247. pro villa praefata et decima eiusdem, et pro altera decima in Tropisszow commutavit, obtinens a capitulo Cracoviensi villam Nawarzicze et decimam manipularem in villa eadem, cum utramque capitulum Cracoviense pleno iure possideret.

Nawarzycze, villa habens parochialem in se ecclesiam, Sancto Andreae dicatam, cuius proprietas olim ad capitulum Cracoviense, una cum decima villae et praedio pertinebat; nunc vero pertinet ad monasterium Andrzeoviense pleno iure. In qua sunt lanei cmethonales, et solvit quilibet . . . . . , item ova, item gallos, item caseos; item labor, item *powaba*, item *osszyep*, item tabernae, item hortulaniae, item praedium coenobiale, item molendinum. Item omnes agri villae et solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro monasterio Andrzeoviensi, et valor eius aestimatur ad . . . . marcas . . . . . Confinat . . . . .

MNYCHOWICZE MAIOR, villa sub parochia de Dzetrzichowicze, non longe a Dunayecz sita, ad proprietatem monasterii Andrzeoviensis pertinens pleno iure. In qua sunt duodecim lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu annuo viginti grossos, item ova triginta, item gallos duos, item caseos duos, item laborant *jutrzini*, et disponunt pro vere et hyeme in praedio coenobiali, item *powabam;* item *osszyep* solvit quilibet de laneo, duas mensuras avenae et unam siliginis confertas. Item taberna una habens agros, et solvit pro censu duas sexagenas et nihil laborat. Item hortulaniae tres, quae nihil solventes, unam tantummodo diem in septimana laborant pedestres. Item praedium coenobiale est ibi et curia, de cuius agris decima manipularis nulli solvitur, sed illam monasterium pro se tollit Andrzeoviense. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro monasterio Andrzeoviensi, et valor eius aestimatur ad viginti marcas. Item cmethones faciunt ducturas in Cracoviam et in Nyegoslawicze, dies autem in septimana non laborant. Confinat cum Dzetrzichowicze, Dimlin, Szyedliszowicze, Szikorzicze, Jadowniky.

CZYRNYN, villa parochialem ecclesiam habens in se, Sancto Jacobo Apostolo dicatam, iuspatronatus autem ecclesiae et proprietas villae, pleno iure pertinet ad monasterium Andrzeoviense. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit . . . . . , item ova, item gallos, item caseos; item labor, item *powaba*, item *osszyep*, item taberna, item hortulani, item praedium coenobiale. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem.

Item notandum, quod villa praefata Czyrnin sita est et consistit in dioecesi Cracoviensi, quam fluvius Nida Cracoviensem dioecesim a Gneznensi disterminans, dictam villam in parte dioecesis Cracoviensis versus Andrzeow includit. Abstrahit tamen se dicta villa et eius plebanus a dioecesi Cracoviensi et archidiaconatu Cracoviensi, et in dioecesim Gneznensem et in archidiaconatum Curzeloviensem, se conatur contra fas et nefas includere. Villae autem medietas praefatae sita est in terra Sandomiriensi, et medietas in terra Syradiensi. Confinat cum . . . . .

PRZELANK, villa sub parochia de Pyotrkowicze sita, cuius proprietas ad monasterium Andrzeoviense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, solvitque quilibet pro censu . . . . , item ova, item gallos, item caseos; item labor, item *powaba*, item *osszyep*, item tabernae, item hortulani, item praedium, item molendinum. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro monasterio Andrzeoviensi, et valor eius aestimatur ad . . . . . Confinat cum . . . . .

Mnychowycze Minor, sub parochia ecclesiae de Dzyetrzychowycze sita, cuius proprietas ad monasterium Andrzeyoviense pertinet. In qua sunt octo lanei cmethonales, solvitque quilibet pro censu viginti grossos, item ova triginta, item gallos duos, item caseos duos; item laborat quilibet *iutrzini* pro hyeme et vere in praedio coenobiali, item *powabam*, item *osszyep* solvit quilibet, de laneo duas avenae et unam siliginis mensuras confertas; item taberna una habens agros, et solvit pro censu duas sexagenas et nihil laborat; item hortulaniae non sunt, item praedium coenobiale non est, item molendinum non est. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro monasterio Andrzeoviensi, et valor eius aestimatur ad decem marcas. Item faciunt ducturas in Cracoviam et Nyegoslawicze, sed dies non laborant in septimana. Confinat cum Dzetrzichowicze, Dimlin, Szyedliszowicze, Szikorzicze, Jadownik y.

Chycza, villa prope Nydam fluvium, et sub parochia ecclesiae de .... sita, cuius proprietas ad monasterium Andrzeyoviense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu ....; item ova, item gallos, item caseos, item labor, item *powaba*, item *osszyep*, item tabernae, item hortulaniae; item praedium coenobiale non est in eadem villa; item molendinum. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem, pro ..... Confinat .....

Nyegoslawicze, villa sub parochia ecclesiae de Nawarzycze sita, cuius proprietas ad monasterium Andrzeiovense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, solvitque quilibet pro censu ...., item ova, item labor, item *powaba*, item *osszyep*, item tabernae, item hortulani, item praedium, item molendinum. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro .... Item praedium est ibi coenobiale, de cuius agris ..... Confinat cum .....

Skronyow, villa sub parochia de Andrzeiow sita, cuius proprietas pro media parte pertinet ad monasterium Andrzeioviense, medietas vero est militaris, videlicet Goszdzyeczky de armis Dolywa; in sorte autem coenobiali sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu ...., item ova, item labor, item *powaba*, item *osszyep* item tabernae, item hortulaniae, item praedium coenobiale est ibi, item molendinum. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro .... Confinat ....

Sudol, villa sub parochia ecclesiae de Andrzeiow sita, cuius proprietas totalis ad monasterium Andrzeioviense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu ......, item ova, item gallos, item caseos, item labor, item *powaba*, item *osszyep*, item tabernae, item hortulani, item praedium, item molendinum. Item omnes agri villae solvunt

et conducunt decimam manipularem et canapalem pro monasterio Andrzeoviensi, et valor eius aestimatur ad ..... Confinat .....

Przaslaw, villa sub parochia de Andrzeiow sita, cuius proprietas totalis ad monasterium Andrzeioviense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales et quilibet solvit pro censu ....., item ova, item gallos, item caseos; item labor, item *powaba,* item *osszyep,* item tabernae, item hortulani, item praedium, item molendinum. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro monasterio Andrzeoviensi, et valor eius aestimatur ad ..... Confinat ......

Czyaczow, villa sub parochia ecclesiae de Andrzeiow sita, cuius totalis proprietas ad monasterium Andrzeoviense pertinet. In qua sunt .... item ova, item gallos, item caseos; item labor, item *powaba,* item *osssyep,* item tabernae, item hortulani, item molendinum. Item omnes agri villae solvunt decimam manipularem et conducunt pro monasterio Andrzeoviensi et etiam canapalem, et valor eius aestimatur ad ..... Confinat .....

Wyglyenyecz, villa sub parochia ecclesiae de Andrzeow sita, cuius proprietas totalis ad monasterium Andrzeoviense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu ....., item ova; item labor, item *powaba,* item *osszyep,* item tabernae, item hortulani, item molendinum. Item omnes agri villae solvunt et conducunt pro monasterio Andrzeoviensi decimam manipularem et canapalem, et valor eius aestimatur ad ...... Confinat ......

Wolycza, villa sub parochia de Gyemyelno sita, cuius proprietas totalis ad monasterium Andrzeoviense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales et quilibet solvit pro censu ....., item ova, item gallos, item caseos; item labor, item *powaba,* item *osszyep,* item tabernae, item hortulani. Item est in eadem villa piscina magna coenobialis, in qua est molendinum, quod solvit duas metretas, praeter brasea, quae omnia monasterium tollit. Item decimam post agros villae solvunt et conducunt cmethones pro praepositura in Gyemyelno, et valor eius aestimatur ad .....

Liaszkow, villa sub parochia ecclesiae de Andrzeow sita, cuius proprietas totalis ad monasterium Andrzeoviense pertinet. In qua non sunt lanei cmethonales, monasterium enim Andrzeoviense propter propinquitatem loci, et ubertatem agrorum, cmethonibus depositis, omnes agros villae praefatae in praedium et grangiam redegit, in illo quoque praedio foventur multa pecora, ad usus monasterii necessaria, de agris autem praedii praefati non solvit alicui decimam manipularem, sed monasterium Andrzeoviense pro se illam tollit, et in horreum suum inducit. Item in eadem villa sunt hortulaniae habentes agros, et quaelibet hortulania ..... Item in eadem villa est vinea monasterii, ex qua administratur vinum ad sacrificia, et ad

res divinas expediendas. Item est molendinum, ad praefatam villam pertinens, versus Mnyszek prope Nydam situm, quod solvit pro......

RUDNYKY, villa sub parochia de..... sita. In qua sunt tres lanei cmethonales et proprietas eius ad monasterium Andrzeoviense pertinet; et praefati tres lanei cmethonales solvunt pro annuo censu quilibet de laneo duas marcas, aut duas urnas mellis crudi, pro monasterio Andrzeyoviensi............

BYESZORANDA, molendinum in flumine...... in borra prope Nydam, Lyaszkow et Tharszow, solvit......

LUKOWYECZ, villa sub parochia de Coprzywnicza sita, cuius proprietas ad monasterium Andrzeoviense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit per decem scottos pro annuo censu, item ova triginta, item gallos duos, item duos caseos; item labor, item *powaba,* item *osszyep,* item tabernae, item hortulani; item molendinum non est. Item omnes agri solvunt decimam manipularem et canapalem pro monasterio Andrzeoviensi, et valor eius aestimatur ad..... Confinat cum oppido Koprzywnicza et villis Czisznicza, Krczin, et Szoszniczyani.

OKALOWYCZE, villa sub parochia de Borzykowa sita........... item praedium est in eadem villa, de quo decima manipularis pro plebano de Szwyeborzicze solvitur. In terra Syradiensi.

WSZEBORZICZE, villa habens in se ecclesiam parochialem, cuius proprietas...... item ova, item duos capones, item caseos; item labor, item *powaba*, item *osszyep*, item tabernae, item hortulani, item molendinum. In terra Syradiensi.... Confinat......

GRODZYSZKO, villa sub parochia ecclesiae de Wszeborzicze sita, cuius proprietas ad..... In qua sunt lanei cmethonales......, item ova, item gallos, item caseos; item labor, item *powaba,* item *osszyep,* item tabernae, item hortulani, item molendinum. In terra Siradiensi..... Confinat.......

Decimae manipulares monasterii Andrzeoviensis in dioecesi Gnesnensi, donatae eidem monasterio per Johannem archiepiscopum Gneznensem.

BRESZNICZA, Andrzeyow, Rakoszino, Potok, Lysszakowo, Lanczino, Rachowo, Tharszowa, Chorzewa.

HOLUSZY, ~~Villa~~..... cuius haeres..... In qua sunt lanei cmethonales, et de omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Andrzeoviensi, et valor eius aestimatur ad..... marcas. Item taberna, item hortulaniae, item praedium.....

Zlothniky, villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam, non longe a fluvio Nida sita, cuius haeres Zlothczsky nobilis de domo Szyarza. In qua sunt lanei cmethonales, et de omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Andrzeyoviensi, et valor eius aestimatur ad ..... marcas; item tabernae, item hortulaniae, item praedium unicum militare, quod de agris suis decimam manipularem solvit ecclesiae in Zlothniky.

Skothniky, villa sub parochia de ..... sita. In qua sunt lanei cmethonales, et de omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Andrzeoviensi, et valor eius aestimatur ad .... marcas, item taberna, item hortulani, item praedium.

Rambyeszycze, villa sub parochia ecclesiae de ..... sita. In qua sunt lanei cmethonales, et de omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Andrzeoviensi, et valor eius aestimatur ad .. marcas; item taberna, item hortulani, item praedium ....

Lysszakowycze, villa sub parochia ecclesiae de .... sita. In qua sunt lanei cmethonales, et de omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Andrzeoviensi, et valor eius aestimatur ad ... marcas, item tabernae, item hortulani, item praedium ....

Zarczycze, villa sub parochia ecclesiae de ..... sita. In qua sunt lanei cmethonales, de omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Andrzeoviensi, et valor eius aestimatur ad .... marcas, item taberna, item hortulani, item praedium ....

Sdanowycze, villa sub parochia ecclesiae de ..... sita. In qua sunt lanei cmethonales, et de omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Andrzeoviensi, et valor eius aestimatur ad ..... marcas, item tabernae, item hortulani, item praedium ....

Czaczow, villa sub parochia de Andrzeyow sita, cuius proprietas et dominium totale ad monasterium Andrzeoviense, et ad abbatem conventumque pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et de omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Andrzeoviensi, et valor eius aestimatur ad ...... marcas. Item taberna, item hortulani, item praedium ....

Brzeszna, villa sub parochia de ... sita. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Andrzeoviensi, et valor eius aestimatur ad .... Item taberna, item hortulani, item praedium ...

Brzem, villa sub parochia de ... sita. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis

pro monasterio Andrzeoviensi, et valor eius aestimatur ad ... marcas. Item taberna, item hortulani, item praedium ...

Decimae manipulares monasterii Andrzeoviensis, per Maurum et Redostonem et Gedeonem episcopos Cracovienses donatae.

Marowycze, villa sub parochia de ... sita. In qua sunt lanei cmethonales, et de omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Andrzeoviensi, et valor eius aestimatur ad ... marcas. Item tabernae, item hortulani, item praedium ...

Przenyeslawy, villa sub parochia de ... sita. In qua sunt lanei cmethonales, et de omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Andrzeoviensi, et valor eius aestimatur ad ... marcas. Item tabernae, item hortulani, item praedium ...

Conary, villa sub parochia de ... sita. In qua sunt lanei cmethonales, et de omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Andrzeoviensi, et valor eius aestimatur ad ...... marcas. Item taberna, item hortulani, item praedium ...

Mychowo, villa sub parochia ecclesiae de ... sita. In qua sunt lanei cmethonales, et de omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Andrzeoviensi, et valor eius aestimatur ad ..... marcas. Item taberna, item hortulani, item praedium ...

Wyeglowo, villa sub parochia ecclesiae de ... sita. In qua sunt lanei cmethonales, et de omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Andrzeoviensi, et valor eius aestimatur ad ....., marcas. Item taberna, item hortulani, item praedium ...

Decimae tres donatae monasterio Andrzeoviensi per Radosth episcopum Cracoviensem.

Borowa, villa sub parochia de Crzanczicze sita. In qua sunt lanei cmethonales, et de omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis monasterio Andrzeoviensi, et valor eius aestimatur ad ... marcas. Item taberna, item hortulani, item praedium ...

Przekopa, villa sub parochia de ... sita. In qua sunt lanei cmethonales, et de omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Andrzeoviensi, et valor eius aestimatur ad ... marcas. Item taberna, item hortulani, item praedium ...

Lunyowo, villa sub parochia de ... sita. In qua sunt lanei cmethonales, et de omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Andrzeoviensi, et valor eius aestimatur ad ... marcas. Item taberna, item hortulani, item praedium ...

Decimae tres, donatae monasterio Andrzeoviensi per Gedeonem episcopum Cracoviensem.

Skrzonyow, villa sub parochia ecclesiae de ... sita. In qua sunt lanei cmethonales, et de omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Andrzeoviensi, et valor eius aestimatur ad ..... marcas. Item taberna, item hortulani, item praedium ...

Waszlyno primum, villa sub parochia ecclesiae de ..... sita. In qua sunt lanei cmethonales, et de omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Andrzeoviensi, et valor eius aestimatur ad ... marcas. Item taberna, item hortulani, item praedium ...

Waszlyno secundum, villa sub parochia ecclesiae de ... sita. In qua sunt lanei cmethonales, et de omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Andrzeoviensi, et valor eius aestimatur ad ... marcas. Item tabernae, item hortulani, item praedium ...

Buschkow, villa sub parochia de Slaboschow sita, cuius haeres Thomas Sanczygnyewsky de domo Jelitha. In qua sex lanei cmethonales, una taberna et tres hortulaniae habentes agros, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Andrzeyoviensi, cuius valor aestimatur ad ... Item est ibi unum praedium, de cuius agris decimatur ecclesiae in Sanczygnyew.

Opathkowycze, villa sub parochia de Sanczygnyew sita, cuius haeres Nicolaus Sanczygnyewsky. In qua sunt decem lanei cmethonales, una taberna, unum molendinum et duae hortulaniae habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis monasterio Andrzeoviensi, cuius valor aestimatur ad decem marcas.

COPRZYWNICZA.

Secundum monasterium Ordinis Czysterciensis, in dioecesi Cracoviensi.

Casimirus dux Cracoviensis et Sandomiriensis, regni Poloniae monarcha, filius Boleslai victoriosi alias Krziwousti, singulari devotione

accensus, et multiplicia divina in se praeter spem collata beneficia, secum revolvens atque dinumerans, suis se pia religione coaequaturus praedecessoribus, monasterium in terra Sandomiriensi, iuxta oppidum Coprzywnicza, et de prope fluvium Coprzywnicza anno Domini 1185 fundat, erigit atque locat, ecclesiamque in honorem Omnipotentis Dei, et sub titulo Sancti Floriani martyris, cuius corpus integrum ad petitiones suas sibi per Lucium papam tertium, et per Aegidium Mutinensem episcopum, apostolicum nuntium transmissum susceperat anno Domini proxime transacto, quadro lapide, item officinas et cellas, habitaculaque claustri muro propriis sumptibus fabricat, et in dotem monasterii praefati oppidum Coprzywnicza, cum suo fundo et pertinentiis suis, item villas ducales donat, largitur, et inscribit, libertatibusque, privilegiis locum ipsum ab omni servitute, angaria, tributo et datia, et qualibet exactione eximit et insignit. Ad cuius ampliorem dotem nobiles et militares de armis Bogorya et Habdank, et aliis familiis et domibus, villas suas, sortes et praedia contulerunt. Concessit autem praefatus Casimirus Poloniae dux et monarcha, oppido Coprzywnicza a se collato, item villis eidem monasterio Coprzywniczensi collatis et conferendis, singulares et magnificas libertates, privilegians, libertans et absolvens singula bona monasterii praedicti, tam praesentia, quam futura, ab omni onere dominii, angaria, tributo et servitute; fratres insuper ordinis Cisterciensis ex monasterio Morimundinensi ex Gallis sumptos, in monasterio praefato Coprzywniczensi novae fundationis locavit. Fuit autem primus monasterii praedicti abbas Theodricus ex monasterio Morimundinensi in abbatem Coprzywniczensem designatus et directus. Contulit autem monasterio praedicto Coprzywniczensi Fulco episcopus Cracoviensis, vir nobilis de genere et familia Vulpium, ad suplicem petitionem et instantiam Casimiri praefati ducis et regni Poloniae monarchae, decimas manipulares mensae suae episcopalis in oppido Coprzywnicza, item in villis Stranczkow, Szoszniczani, Czissycza, Swinszycza, Pyelaszow, Sdanow et Skothniky, et eas monasterio praefato de consensu sui capituli Cracoviensis perpetuo donavit, et inscripsit, ex quarum quidem decimarum donatione, amplitudo magna donationis coenobiali accessit, ut pote quae proprietatem et fructum atque censum oppidi et villarum, in quibus decimae consistunt, supergrediebatur. Contulit insuper praefatus Casimirus dux et Poloniae monarcha, primarius dicti monasterii fundator et dotator, in dicti monasterii Coprzywnicensis prima, et recenti fundatione alveum salis, in salifodina in Magno Sale, qui locus nunc Wyeliczka vulgari appellatione intitulatur, insignem et non vulgarem praedicto monasterio dotem, foecundam cientem venam, et monasterio quaestuosam, cuius donatio soli principi et monarchae regni Poloniae congruebat. Contulit et

Nicolaus comes, vir nobilis de domo et familia atque vico Bogoria villas: Banszycze Maiorem, Banszycze Minorem, Swinszycza, Crzczino, Lubszina, Dobrzechow, Lublna, Jasszel, Wyetrzno, Lang, Pyelaszow, Szdanow, cum pertinentiis suis. Contulit et ex post loco et coenobio praedicto Vincentius Cadlubkonis de Karwow haereditates suas paternas; contulit et Paulus comes haeres de Szamborzecz, nobilis de domo et familia Habdank villas: Szulow, Bystrzicza, Wnyewithkowicze, Docharzowicze, Syedlcze et Nyeczecza; contulerunt et alii proceres, barones, nobiles et milites Cracovienses, Sandomirienses et Lublinenses in processu temporum, villas et haereditates suas, de quibus in locis suis circa descriptionem villarum faciemus mentionem. Boleslaus item dux et monarcha regni Poloniae, ob continentiam castitatis appellatus Pudicus, filius Leszkonis Albi ducis filii Casimiri ducis praefati, primarii monasterii praefati Coprzywniczensis fundatoris et dotatoris, anno Domini 1277 duodecimo Calendas Aprilis in Cracovia, item Leszko Niger dux, qui Boleslao Pudico absque liberis decedente, in principatum et monarchiam regni Poloniae successerat, anno Domini 1284, indictione duodecima, undecimo Calendas Februarii, in colloquio celebrato in Osszek fundationem, dotationem et erectionem avitam Casimiri, item donationes episcoporum, procerum, comitum et nobilium praefatorum de supra scriptis villis factam, approbant et confirmant, et omnes haereditates suprascriptas, monasterio Coprzywniczensi per dictos pontifices et milites collatas, ab omni theloneo, tributo, datia, contributione, ab omni onere et servitute, ab omni angaria et praeangaria, et homines universos in praedictis haereditatibus degentes, praesentes et futuros, eximunt, et absolvunt, et libertant, et proprietati et monasterii dominio tantummodo illas appropriant et subiciunt. Fabricatum autem est monasterium praefatum et ecclesia muro, et structura humili, sed solida, et quae in diem hanc, ex quo erecta est nullam notata est dedisse fissuram. In ecclesiae autem praefatae occidentali porta hi versus capitalibus litteris extant exsculpti: Haec domus alma Dei veniam spondet venienti, sub titulo fidei veniam parat ingredienti. Ne autem fundationem praefati monasterii et eius dotem eiusque dotatores, fundatores, et benefactores aliqua vetustatis caligo possit obruere, et ne de bonis dotalibus praefati monasterii aliqua dubitatio aut leva alienatio possit suboriri, praesentibus literis et scriptura, et fundationem et dotationem et bona illius dotalia annotavimus, vivacem illis daturi memoriam, et iniustam alienationem pro nostrae humanitatis modulo prohibituri.

Coprzywnicza, monasterium pulchro muro aedificatum, cuius etiam officinas Nicolaus de Trzebnycza et Nicolaus de Przeworsko abbates, nova murorum fabrica erecta auxerunt, habet etiam praedictum

monasterium notabile pomarium, murorum ambitu circumdatum, habet et molendinum iuxta monasterium ibidem locatum, in flumine Koprzywnicza, quod metretas de quolibet grano solvendo, magnas affert monasterio Coprzywniczensi commoditates. Habet duas piscinas bonas, de prope monasterium in flumine Coprzywnicza sitas, quae abbatem et conventum maxime in piscibus sustentant. Habet et praedium optimum cum pratis, in tres campos divisum, de quo decimam manipularem nulli reddit, sed eam in horreum suum inducit.

Blonye Minus suburbium oppidi Koprzywnicza, in quo sunt octo lanei, et quilibet monasterio Coprzywniczensi solvit unum fertonem, triginta ova, duos gallos et caseos. Item laborat quilibet proprio curru aut aratro, a festo Sancti Johannis Baptistae ad festum Sancti Michaelis duos dies, a festo vero Sancti Michaelis, unum diem; item *powabam*, item *osszyep*, item decimam manipularem solvunt et conducunt pro monasterio Coprzywniczensi, et valor eius ad octo marcas.

Coprzywnicza, oppidum a Casimiro duce et Nicolao comite collatum, habens in se parochialem ecclesiam de petra muratam, cuius unicus est collator et patronus abbas cum conventu; quod quidem oppidum ut supra scripsimus, donatum est monasterio Coprzywniczensi per Casimirum ducem et monarcham regni Poloniae. In quo sunt lanei civiles, et quilibet solvit pro censu annuo ... Item in eodem oppido sunt macella, de quibus pro monasterio solvuntur tredecim lapides sepi purgati. Item sunt in eodem oppido domus ad aestimationem ......, et quaelibet domus si non braxat cervisiam, solvit de fundo et area unum grossum; si vero braxaverit cervisiam, solvit duos grossos. Item artifex quilibet duos grossos. Item omnes agri civiles solvunt decimam manipularem pro abbate et monasterio Coprzywniczensi, et tenentur illam inducere in horreum abbatis propriis curribus. Advocatia non est, fuit quidem, sed coempta est et monasterio unita. Item confinat cum vills ...

Sandomiria, oppidum regium et capitale, habens in se collegiatam et parochialem ecclesias. In quo abbas et monasterium Coprzywniczense habent tria macella carnificum, ad se cum omni iure et proprietate perpetuo spectantia, quae ei reddunt pro annuo censu sex lapides sepi purgati, et unam sexagenam communis pecuniae. Duo macella empta ab Arnoldo de Lyubaczow, Mathiae tunc abbati pro viginti marcis, et duo ab eodem Arnoldo monasterio donata, feria sexta in die Sancti Sigismundi 1381. Item Johannes Hynsch Mathiae abbati unum macellum in Sandomiria pro sedecim marcis grossorum et quartensium vendidit, sabbato in die Sanctae Agathae 1378. Item Mathias abbas a Johanne Lupardi cive Sandomiriensi, domum in Sandomiria in platea Sancti Petri, penes domum

Stephani carnificis, pro decem et octo marcis latorum grossorum et quartensium emit 1367; hanc domum consulatus Sandomiriensis ad petitionem monasterii libertavit.

Wyeliczka, oppidum regium, habens in se ecclesiam parochialem, cuius proprietas ad serenissimum regem Poloniae pertinet, apud quod sales in magna copia effodiuntur; in hoc quondam habebat monasterium Coprzywniczense alveum sive puteum salis, sibi in fundatione primaria per Casimirum ducem fundatorem et dotatorem donatum, ex quo monasterio magna emolumenta et census proveniebant; sed alveus ipse dudum a monasterio abstractus et alienatus est, incertum est, ex qua causa, sed neque per quem, aut quo tempore, nec in hanc diem restitutus.

Banszyczicze Maior, villa per Nicolaum comitem de Bogoria donata, sub parochia ecclesiae de Sulyslawicze sita. In qua non sunt aliqui lanei cmethonales, sed tantum quatuor hortulaniae, habentes agros amplos, et quaelibet hortulania solvit pro annuo censu mediam marcam. Item est in eadem villa praedium coenobiale, post cuius agros singulos, sed et post agros hortulaniarum et molendini, solvitur decima manipularis ecclesiae in Lunyowa. Item est in eadem villa molendinum in flumine Coprzywnicza, habens agros, quod pro annuo censu solvit monasterio tres marcas communis. Item non est in eadem villa taberna.

Donata monasterio per Nicolaum comitem fundatorem non in toto, sed in una parte. Item Cunradus de Bąszycze cum Margaretha relicta Pinionis civis Sandomiriensis duas partes villae eiusdem pro octuaginta marcis monasterio vendiderunt, et tertiam partem monasterio propter Deum donaverunt, in colloquio generali Sandomiriae in crastino Epiphaniae 1387. Confinat cum villis . . .

Item in praefata villa Nyemsta filius Crzywoszandonis habuit sortem notabilem, sed de eadem sorte et haereditate per Lyeschkonem ducem anno Domini 1284. exhaereditatus est, quod transfugiens ad scismaticos, regnum Poloniae cum eisdem machinatus est devastare, et per eundem Leschkonem ducem eidem monasterio Coprzywnicensi donata.

Banszyczicze Minor, villa per Nicolaum comitem de familia et villa Bogoria monasterio donata, et sub parochia ecclesiae in Lunyowa sita, ad proprietatem et dominium monasterii Coprzywniczensis integre pertinens. Non habet in se laneos aliquos cmethonales, sed sunt tantummodo quatuor hortulaniae habentes agros, et quaelibet solvit pro annuo censu unum fertonem. Item coenobiale est in eadem villa praedium, item est taberna et solvit tres marcas, item ibi est molendinum, et solvit mediam marcam; item non est scoltetia. Item decima post agros quatuor hortulaniarum praedictos, item post agros praediales, solvitur et conducitur pro ecclesia in Lunyow,

et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Donata monasterio per Nicolaum comitem fundatorem.

Sumszicza, villa sub parochia ecclesiae de Koprzywnicza sita, quae quondam fuit episcopi Cracoviensis, sed cambita est cum aliis cum duce Boleslao pro Zlotha et Loyowicze, et donata monasterio Coprzywniczensi per Nicolaum comitem de Bogoria non in toto, sed in sorte. Alias autem sortes eiusdem villae, Nicolaus abbas a Vichna de Strzezowicze pro quadringentis marcis grossorum 1385 emit. Habet autem in se tredecim laneos cmethonales, et quilibet solvit mediam marcam pro censu, item ova; item decimam manipularem solvunt omnes tredecim lanei monasterio Coprzywniczensi, et propriis curribus eam conducunt, et valor eius aestimatur ad tredecim marcas. Item tabernae. Donata monasterio per Nicolaum comitem fundatorem. Confinat cum .....

Crzyczino, villa sub parochia ecclesiae in Goprzywnicza sita, et per Nicolaum comitem de Bogoria donata monasterio. In qua sunt decem et octo lanei cmethonales, et quilibet solvit per novem scottos pro censu, item ova, item caseos, item gallos. Item decima manipularis post praefatos laneos solvitur episcopo Cracoviensi, et conducitur propriis curribus per cmethones, et valor eius ad decem et octo marcas aestimatur. Donata monasterio per Nicolaum comitem fundatorem de Bogoria. Duae autem partes donatae sunt monasterio per Vladislaum Secundum Poloniae regem. Confinat cum villis .....

Lubzyna, villa habens in se ecclesiam parochialem ligneam, quam monasterio Coprzywniczensi Nicolaus comes de Bogoria contulerat, sed villa ipsa alienata est a monasterio Coprzywniczensi, et transiit in sortem militarem, et possidet eam nunc Nicolaus Winarsky, nobilis de domo Tubarum, nec simpliciter et inutiliter alienata est, sed pro villa Czisszicza monasterio Coprzywniczensi magis propinqua, magisque commodosa, cambita. Donata monasterio per Nicolaum comitem fundatorem de Bogoria.

Krobyelicze, villa sub parochia de Goszlicze sita, cuius proprietas ad monasterium Coprzywniczense pertinet. In qua sunt novem lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu sed varie; nam de duobus cum medio laneis datur marca, item de tribus per mediam marcam, item de aliis tribus per tres fertones. Item quilibet tenetur sex choros avenae et tres siliginis. Item ducturas faciunt ordinarie absque die. Item capones quatuor, item ova viginti, item unum caseum, item laborat quilibet diem unum in septimana proprio curru aut aratro. Item *powaba* alias digeria seminant et disponunt pro vere et hyeme. Item tabernae duae habentes

agros, quaelibet solvit unam marcam. Item hortulaniae. Item praedium coenobiale, de quo datur decima ecclesiae in Gozlicze. Item omnes cmethones solvunt decimam manipularem et canapalem pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad novem marcas.

Item Jacobus abbas Koprzywniczensis sortem unam in Crobyelycze emit ab Hedvigi et fratre suo Irzibkone pro triginta marcis latorum grossorum, feria tertia in die Conversionis Sancti Pauli 1407. Donata per Spithkonem de Sczeka in agone, quam donationem Marcus custos Sandomiriensis cum consangvineis et propinquis eiusdem Spithkonis et filiis, Sandomiriae in colloquio 1382. in crastino Nativitatis Sanctae Mariae confirmarunt.

Dobrzechow, villa habens in se ecclesiam parochialem ligneam, et monasterio Coprzywniczensi per Nicolaum comitem de Bogoria donata. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit pro annuo censu ......, item gallos, item ova, item caseos, item post omnes agros solvitur decima manipularis, et conducunt eam propriis curribus. Item cmethones tenentur solvere ecclesiae in Dobrzechow missalia alias *meszne*, et licet alias solvebant huiusmodi *meszne* in frugibus, dando annuatim tres coros siliginis et totidem avenae, expost dabant per concordiam quatuor marcas tantummodo, quas debent solvere pro omnibus missalibus. Confinat cum villis: Tropya, Grodzyszko, Zawada, Tilkowycze, Markuszowa. Donata monasterio per Nicolaum comitem fundatorem de Bogoria.

Lublna, villa in se parochialem ecclesiam habens sitam, et per Nicolaum comitem de Bogoria monasterio donata. In qua sunt duodecim lanei cmethonales, et quilibet solvit, pro annuo censu mediam marcam et unum grossum, item ova, item caseos, item gallos. Item est ibi scoltetia habens duos laneos; item habet idem scoltetus unum cmethonem habentem laneum, qui pro censu solvit sibi mediam marcam et unum grossum; item habet idem scoltetus unum agrum sive laneum, quem asserit se a Nicolao Groth abbate emisse, de quo olim solvebatur una marca et duo grossi monasterio; item habet scoltetus in eadem villa tabernam, quae non habet agros, sed tantum hortum; item habet molendinum, de quo solvuntur sibi metretae; item scoltetus tollit pullos, ova, caseos, non habens aliquod ius, cum haec omnia debet monasterium tollere. Item de omnibus agris solvitur decima manipularis, et conducunt eam propriis curribus, cuius valor aestimatur ad ...... Donata monasterio per Nicolaum comitem fundatorem de Bogoria. Confinat cum villis .....

Jasszyel, oppidum habens in se ecclesiam parochialem, quod Nicolaus comes de Bogoria monasterio donaverat; sed alienatum est a monasterio, et pro oppido Frystath cambitum. Quamvis enim Casimirus

Secundus Poloniae rex oppidum huiusmodi in vita sua a monasterio Coprzywniczensi per vim et impressionem abstraxerat, et sorti regiae adiecerat, soror tamen sua germana Helizabeth Caroli Hungariae regis relicta et genitrix Ludovici Hungariae et Poloniae regis, qui Casimiro Poloniae regi avunculo suo germano mortuo in regnum Poloniae successerat, regnum Poloniae praedictum nomine filii gubernando, anno Domini 1374 in vigilia Beati Laurentii martyris, Cracoviae tunc agens, de consilio ecclesiasticorum et saecularium consiliariorum, oppido regio Fristath et villis regiis Glynnyky et Cobilye saluti fratris sui providens compensavit Donatum monasterio per Nicolaum comitem fundatorem de Bogoria.

WYETRZNO, villa habens in se ecclesiam parochialem sitam, quam Nicolaus comes de Bogoria donavit. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit pro annuo censu ....., item ova, item caseos, item gallos. Item post omnes agros solvitur decima manipularis, et conducitur propriis curribus in horreum, valor eius ad ..... Confinat cum villis Lanky,... Donata monasterio per Nicolaum comitem fundatorem de Bogoria.

LANG, villa sub parochia ecclesiae de Sancto Nicolao prope Cracoviam sita, et per Nicolaum comitem de Bogoria donata. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit pro annuo censu ......, item gallos, item ova, item caseos. Item post omnes agros solvitur decima manipularis pro episcopatu Cracoviensi, et inducunt eam cmethones propriis curribus in horreum, a factoribus episcopi locandum; valor eius aestimatur ad decem marcas. Alienata a monasterio per Cunradum abbatem Coprzywniczensem. Donata monasterio per Nicolaum comitem fundatorem de Bogoria.

Villam Lang monasterii Coprzywniczensis, Cunradus tunc abbas Coprzywniczensis, de consensu conventus, vendidit Petro abbati et monasterio de Mogila, pro quadringentis septuaginta quinque marcis et media area in Cracovia, anno Domini 1394, et primum vendita fuit consulatui Cracoviensi, sed monasterium Mogilense propinquitate illam evicit. Confinat cum villis Czirzini, Dambye et Mogila.

PYELASSZOW, villa sub parochia ecclesiae de Malycze sita, quam Nicolaus comes de Bogoria donavit monasterio Coprzywniczensi. In qua sunt septem lanei cmethonales, et quilibet solvit pro annuo censu mediam marcam, item ova viginti, item caseos, item quatuor gallos seu capones. Item duae tabernae habentes agros, quarum una solvit pro annuo censu, unam sexagenam, alia item sexagenam. Item tres hortulaniae, item labor, item *osszyep*, item praedium. Item decima manipularis solvitur monasterio Coprzywniczensi, per Fulconem episcopum eidem donata, et conducitur a cmethonibus. Valor aestimatur ad septem marcas. Donata monasterio

per Nicolaum comitem fundatorem de Bogoria. Confinat cum villis Czirzini.

SZDANOW, villa sub parochia ecclesiae de Goslicze sita, quam contulit Nicolaus comes de Bogoria monasterio Coprzywniczensi. In qua sunt octo lanei cmethonales, et quilibet solvit pro annuo censu quindecim scottos, item ova triginta, item capones quatuor, item caseum unum. Item tres tabernae habentes agros, et duae solvunt per sexagenam, tertia vero solvit per mediam marcam. Item praedium ibi coenobiale, de quo nulli solvit decimam, sed eam pro se tollit. Item decima manipularis solvitur monasterio Coprzywniczensi, per Fulconem episcopum Cracoviensem eidem donata, et valor eius aestimatur ad octo marcas. Item cmethones tempore vernali, duo et duo custodiunt nemus Szdanoviense, ne incendatur propter utilitatem, quam habent ex dicto nemore. Donata monasterio per Nicolaum comitem de Bogoria. Confinat cum villis .....

NYEKYSZALKA, villa sub parochia de Malicze sita, quam monasterio Coprzywniczensi contulit Vincentius Cadlubkonis episcopus Cracoviensis, tanquam sortem paternam. In qua sunt octo lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu annuo duos fertones, item caseum unum, item quatuor capones, item ova triginta. Item taberna non habens agros, solvit pro censu annuo unam sexagenam, item hortulani, item praedium. Item decima manipularis solvitur de omnibus agris episcopo Cracoviensi, et conducunt eam cmethones propriis curribus in horreum ab episcopo locandum, et valor eius aestimatur ad octo marcas. Item laborat quilibet unum diem in septimana proprio aut aratro, aut curru. Item seminant digeria pro vere et hyeme. Donata monasterio per Vincentium de Karwow episcopum Cracoviensem de domo Roszae. Confinat cum villis .....

CARWOW, villa sub parochia ecclesiae de Malicze sita; et eius medietatem contulit monasterio Coprzywniczensi Vincentius episcopus Cracoviensis de domo Roszae, in qua medietas pro nepotibus suis remansit, alia medietas villae ad milites de domo Roszae pertinet. In qua sunt sex lanei cmethonales, et quilibet solvit pro annuo censu unam marcam, item ova quadraginta, item capones quatuor; item caseos non solvunt; item hortulaniae, item taberna una habens agros, et solvit tres fertones pro censu. Item praedium ibi unicum militare, de quo decima ecclesiae in Wlostow. Item molendinum, quod solvit pro monasterio duas marcas, et unum fertonem. Item decima manipularis solvitur de omnibus agris episcopo Cracoviensi, et quilibet proprio curru conducit eam in horreum, et valor eius aestimatur ad decem marcas. Sortem etiam unam praefatae villae Carwow Albertus de Wamborkow monasterio Coprzywniczensi donavit et

incorporavit, in Oppathow feria tertia in crastino Beati Thomae Apostoli 1416. Confinat cum villis .....

Szulow, villa sub parochia ecclesiae de Krassnik sita, donata monasterio Coprzywniczensi per Paulum comitem de Szamborzecz. In qua sunt viginti octo lanei cmethonales, et quilibet solvit pro annuo censu unum fertonem, item decem ova, unum caseum, duos gallos pro monasterio, item duos choros avenae, et unum bovem. Item non laborant dies, sed ducturas faciunt ordinarie usque ad Coprzywniczam; duos coros pro vere, duos pro hyeme seminant et disponunt. Item scoltetus est ibi, habens medium quintum laneum liberum, et de duobus laneis antiquis solvit scoltetus decimam in Crasznik, de duobus vero cum dimidio novis pro monasterio Coprzywniczensi. Item scoltetus habet duas tabernas, et quaelibet solvit unam marcam. Item tres sunt ibi hortulaniae, nihil solvunt, sed laborant unum diem pro monasterio in septimana. Item scoltetus habet piscinam in flumine Bystrzycza, et monasterium molendinum, quod solvit duas marcas pro censu; decimant cmethones et hortulaniae et molendinum, quod habet medium laneum, monasterio medietatem manipulo, et medietatem per quatuor grossos de medio laneo communis, aut tres grossos latorum grossorum. Praedium non est. Confinat cum villis Blynow, Crassznik, Wolya Bothurska, Stroza et Studzanky.

Bystrzicza, villa donata monasterio per Paulum comitem de Szamborzecz de domo Habdank, sub parochia ecclesiae de Kyelczowicze sita. Habet laneos triginta, et quilibet solvit per unum fertonem; duos coros pro vere, duos pro hyeme seminare et disponere tenentur; non laborant dies, ducturas faciunt ordinarie usque ad Coprzywnicza, duos gallos, decem ova, unum caseum, duos coros avenae pro rege, unum bovem satiunt. Item decima diversificatur, nam de aliquibus laneis solvunt manipularem et ducunt in horreum, sed non canapalem, aliqui per octo grossos pecunialem in communi moneta, aut in latis grossis Pragensibus, sex grossos. Item praedium, de quo monasterium tollit decimam. Item molendinum habens medium laneum, et solvit duas marcas et decimam manipularem monasterio. Item tres tabernae, quaelibet habet medium laneum, et solvit unam marcam, et pro decima quatuor grossos. Item quatuor hortulaniae non habent agros, nihil solvunt, solum unam diem in septimana pedester. Item est ibi scoltetus habens tres laneos cum medio liberos. Item una taberna non habet agros, solvit unam marcam; de praedio scolteti monasterio datur decima, non habet molendinum, item sextum denarium de censu, tertium de penis tollit, unum habet hortulanum, qui unam diem laborat pedester, aliquando duos. Item duo cmethones habent mellificia, quorum unus solvit unum fertonem, et alter decem grossos. Item quatuor piscinae coenobiales

bonae. Confinat cum Kyelczyowicze scopulis, Wylkolasz, Galyanszow, cum Studzanky et Wolya Boturska.

Zakrzow, villa sub parochia ecclesiae de Crasznik sita, et per Paulum comitem de genere Habdank donata; habet sedecim laneos, et quilibet solvit pro censu unum fertonem; duos coros pro vere, duos pro hyeme seminare et disponere pro monasterio tenentur. Non laborant dies in septimana, sed ducturas faciunt ordinarie usque ad Coprzywniczam, item duos gallos, decem ova, item unum caseum, duos coros avenae et unum bovem solvunt. Item est ibi praedium coenobiale, de quo nulli solvit decimam, sed eam pro se tollit. Item sunt duae tabernae, quorum una habens agros solvit unam sexagenam, et alia non habens, solvit unam marcam. Item decimam canapi non solvunt. Item decimam pecunialem solvunt monasterio, quilibet de laneo per octo grossos communis, aut sex latos Pragenses. Item est in eadem villa scoltetus, qui habet novem laneos liberos, de quibus omnibus solvit pro decima ecclesiae in Crasznik octo scottos tantummodo. Item habet scoltetus duas tabernas, quarum una solvit unam marcam, altera unum fertonem; item tres hortulanias, quae censum non solvunt, sed tantum unum diem pedestres laborant; item scoltetus habet duas piscinas, circa quarum una in Bystrzycza habet molendinum, de quo sibi solvuntur metretae. Item monasterium non habet in eadem villa molendinum neque piscinam. Confinat cum Stroza et Studzanky, Bistrzicza et Szulow.

Rudnik, villa sub parochia ecclesiae de Kyelczowicze sita, et ex villis Zakrzow, Bystrzycza et Sudol in cruda radice locata, cuius proprietas ad monasterium Koprzywniczense pertinet. In qua sunt viginti lanei, et quilibet solvit unum fertonem; duos coros pro vere, duos pro hyeme seminare et disponere tenentur. Non laborant dies, sed ducturas faciunt usque ad Coprzywniczam; item duos gallos, decem ova, unum caseum, unum bovem solvunt. Item pro decima solvunt monasterio octo grossos. Item est scoltetus, qui habet unum laneum, de quo etiam solvit decimam monasterio per octo grossos. Item scoltetus habet unam tabernam, habentem agros, de quo unam marcam solvit. Item est alia taberna monasterii habens agros, quae solvit pro censu unam marcam, et pro decima octo grossos communis, aut sex latorum grossorum Pragensium. Item non sunt ibi piscinae, non est molendinum. Confinat cum villis Pusszkowicze, Gawluschow, Crassznik, Wolya Bothurska et Studzanky

Rczyszin, villa sub parochia ecclesiae de Kyelczowycze sita, et ex villis Bystrzycza, Zakrzow et Szulow in cruda radice sita, cuius proprietas ad monasterium Coprzywniczense pertinet. In qua sunt duodecim lanei, et quilibet solvit unum fertonem; duos coros pro vere duos

pro hyeme seminare et disponere tenentur. Non laborant dies, duntaxat ducturas faciunt ordinarie ad Coprzywniczam; item duos gallos, decem ova, unum caseum, unum bovem. Item decima monasterio per octo grossos communis, aut per sex latos. Item est in eadem villa scoltetus, qui habet quatuor laneos liberos, de quibus omnibus solvitur decima manipularis in Kyelczewycze. Confinat cum oppido Krassznik et villis Rudnik, Boturska Wolya et Studzanky.

Unyewithowycze, villa sub parochia ecclesiae de ...... sita, quam monasterio Paulus comes de Szamborzecz donavit. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu ....., item ova, item gallos; decima in eadem villa ..... Confinat cum villis .....

Docharzowycze, villa sub parochia ecclesiae de .... sita, quam monasterio Coprzywniczensi Paulus comes haeres de Szamborzecz donavit. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu ...., item ova, item gallos. Decima in eadem villa ..... Confinat cum villis .....

Nywky, villa sub parochia ecclesiae de ..... sita, et in cruda radice per monasterium locata, cuius proprietas ad monasterium Coprzywniczense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu ...., item ova, item gallos. Decima in eadem villa pecunialis ... Confinat ....

Szyedlcze, villa sub parochia ecclesiae de ...... sita, quam Paulus comes de Szamborzecz monasterio Coprzywniczensi donavit. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu ...., item ova, item gallos. Decima in eadem villa ..... Confinat cum villis .....

Petrus Groth tunc abbas hanc villam Lucae de Slupcza pro centum et decem marcis vendidit 1443 sabbato post S. Alexii festum. Licet privilegium asserat, eam pro sorte villae Krobyelicze commutasse. Donata per Paulum comitem monasterio.

Nyeczecza, alias Oppatkowicze, villa sub parochia ecclesiae de Sancto Petro Sandomiriae sita; quam Paulus comes de Szamborzecz monasterio donavit, et quam monasterium Coprzywniczense usque ad annum Domini 1444 in sua possessione pacifica tenuit et habuit. Cum autem agri villae praefatae ex inundantia et propinquitate Vislae, ab alluvione notabiliter diminuerentur, Groth abbas Coprzywniczensis villam praefatam Nyeczecza, quae etiam alio nomine Oppathkowicze vocabatur, villae inutilitate pensata, quae plus constabat quam conferebat, ipsam Lucae de Slupcza nobili de armis Rawa, pro certa summa pecuniae, pro quadringentis marcis videlicet, perpetuo vendidit, qui etiam ipse tenuem et nullum ex ea percipit usum, propter Vislae alluvionem, agros villae assidue devorantem. Item sunt in ea sex lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu tres fertones. Item praedium non est, item tabernae non sunt,

item hortulaniae non sunt, neque molendinum. Item decima manipularis, quae solvitur et ducitur pro ecclesia parochiali ad Sanctum Petrum in Sandomiria, et valor eius aestimatur ad .....

Ochycze, villa sub parochia ecclesiae de Mychoczin sita, quam monasterio Coprzywniczensi cum clausura donavit senior Pakoslaus, nobilis de armis Habdank. Hanc cum monasterium Coprzywniczense in sua possessione multis annis tenuisset, subita et clandestina vastatione, quae per Jagellonem ducem Lithvaniae et Lythvanos in terra Sandomiriensi fiebat, ad internetionem et desertationem pervenit, et per abbatem Coprzywniczensem ... pro villa Szedlyszczany cambita et permutata est.

Dobrzuczycze, villa sub parochia ecclesiae de Malycze sita, cuius proprietas ad monasterium Coprzywniczense pertinet, et quam pro villa Zaranczin cambivit. In qua sunt octo lanei cmethonales, et quilibet solvit per mediam marcam. Item est una taberna habens agrum, quae solvit pro annuo censu sedecim grossos. Item molendinum unum habens agros, quod solvit pro censu quinque marcas. Item decima manipularis de omnibus agris, tam cmethonalibus, tabernatoris, quam molendinatoris, datur domino episcopo Cracoviensi, et inducitur per cmethones curribus eorum in horreum ab episcopo locandum, cuius valor aestimatur ad septem marcas, aliquando ad decem. Item datur decima canapalis per quatuor iuncturas; laborat quilibet proprio curru unum diem in septimana. Item laborant pro monasterio digeria, tam pro hyeme quam pro aestate. Confinat cum villis ...

Szyewczye, villa sub parochia ecclesiae de Skothniky, iuxta fluvium Wyechczowka sita, quam abbas et conventus Coprzywniczensis monasterii emerunt a Nicołao filio Colini in suam propriam sortem et possessionem, pro quadraginta marcis argenti. In qua sunt quatuor lanei, quilibet solvit unam marcam pro censu, item unum diem in septimana proprio curru laborant. Item viginti ova, quatuor galli, unus caseus solvuntur. Item tres hortulaniae, una solvit decem scottos, secunda decem scottos, duodecim grossos tertia; item quilibet diem unum in septimana laborat pedester. Item non est taberna. Item post omnes agros cmethonum et hortulanorum datur decima in Samborzecz, item canapalis per quatuor iuncturas sive *kythas*. Item est ibi praedium abbatis, ad quatuor laneos aestimatum, de quo nulli solvit decimam, sed eam pro se tollit et in horreum suum inducit. Item non est molendinum. Confinat cum villis Szamborzecz, Gorziczani, Skothniky, Szoszniczani et ubique *ugyazdy*.

Stranczkow, villa sub parochia ecclesiae de Chrobrzany sita, cuius proprietas et dominium ad monasterium Coprzywniczense pertinet. In qua sunt sex lanei cmethonales, et quilibet pro annuo censu solvit unum fertonem, item ova, item gallos, item caseos; item labor, item *powaba*. Item non

est in villa praefata praedium, non est taberna, neque molendinum, neque scoltetus. Item decimam manipularem solvunt cmethones monasterio Coprzywniczensi, et tenentur eam propriis curribus inducere, et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas, et ipsam decimam contulit Fulco episcopus Cracoviensis, cuius valor aestimatur ad sex marcas; item *osszyep.* Huius villae pars empta est per abbatem et conventum a Gregorio haerede, pars in eleemosynam donata per eundem Gregorium. Confinat cum villis ......

Czyszycza, villa sub parochia ecclesiae de Coprzywnicza sita, cuius proprietas et dominium ad monasterium de Coprzywnicza pertinet, et quae in sortem monasterii pro villa Lubszyna cessit. In qua sunt quindecim lanei cmethonales, et quilibet pro censu solvit mediam marcam; item ova, item galli, item casei. Item sunt ibi duae tabernae, habentes agros, et quaelibet solvit unam sexagenam; item labor, item *powaba;* item decima post omnes laneos cmethonales solvitur monasterio Coprzywniczensi, et tenentur eam cmethones propriis curribus ducere in horreum ab abbate locandum, et valor eius aestimatur ad quindecim marcas, quae eidem monasterio per Fulconem episcopum Cracoviensem, de mensa episcopali donata est.

Commutatio villae Czyszicza facta est cum Pacoslao et Nicolao fratribus 1382. in die Sanctae Catherinae, cum additione quinquaginta marcarum. Villa autem Lubzina donata fuit monasterio per Nicolaum comitem. Confinat cum villis ...

Okunyn, villa sub parochia de Lubszina sita, per Jacobum abbatem a Jacobo de Czirnykow pro ducentis marcis latorum grossorum, feria tertia post Divisionem Apostolorum 1415 vendita; cuius proprietas et dominium ad monasterium Coprzywniczense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet pro annuo censu solvit ..., item gallos, item ova, item caseos; item labor, item *powaba*, item *osszyep*, item praedium. Item decima manipularis solvitur de omnibus agris et inducitur in horreum propriis curribus cmethonum, cuius valor aestimatur ad ....., item tabernae, item hortulani. Confinat cum villis ...

Nagnoyow, villa sub parochia ecclesiae de Mychoczin sita, cuius proprietas et dominium ad monasterium Coprzywniczense pertinet, quae per Jacobum Falkowsky tunc abbatem et monasterium Coprzywniczense a Johanne de Lganow, nobili de armis Gelitha, pro trecentis marcis empta est 1414. cum navigio in flumine Visla; in qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit pro annuo censu monasterio ...., item ova, item caseos, item gallos; item labor. Item scoltetus est in eadem villa, ex cuius et omnium cmethonum agris, decima manipularis solvitur ecclesiae in Mychoczin. Item non est praedium in eadem villa. Valor decimae aestimatur ad .....

Duo obstacula in flumine Visla monasterii foecunda, et multam commoditatem piscium monasterio afferentia. Navigium in Visla, quod solvit monasterio ... Confinat cum villis ...

GNYESCHOWYCZE, villa sub parochia ecclesiae de Coprzywnicza sita, in qua monasterium Coprzywniczense habet decem laneos cmethonales, et quilibet solvit marcam, item ova triginta, item caseos, item duos gallos. Item duae tabernae habentes agros, una solvit tres fertones, altera etiam tres fertones. Item duo molendina monasterii in flumine Coprzywnicza, habentia amplos agros, unum iuxta villam, aliud sub borra, quod vocatur Thuczinan, quod solvit tres marcas. Hoc molendinum Paulus de Szkothniky, anno Domini 1391. monasterio Coprzywniczensi pro quinquaginta marcis latorum grossorum perpetue vendidit. Item Martinus et Paulus de Skothniky habent tres laneos, et duas hortulanias sine agris. Item de omnibus laneis, totius villae et molendinorum, atque tabernarum, solvitur decima manipularis, et per sex ierugas canapalis mansionariis Sandomiriensibus, et valor eius aestimatur ad quindecim marcas, aliquando ad viginti. Item est ibi praedium coenobiale, de quo decimam pro se tollit monasterium Coprzywniczense. Item ibi milites de Skothniky habent tres laneos cmethonales, et duas hortulanias sine agris, de quibus omnibus solvitur decima manipularis, et per sex ierugas canapalis mansionariis.

Haec villa commutata est pro Krzczino, et villam Krzczino Janussius dictus Ventris, Petro abbati pro triginta et tribus marcis et octo florenis vendidit, et residuas sortes donavit monasterio feria sexta post S. Trinitatis 1395. Confinat cum oppido Coprzywniczensi.

SZOSZNYCZANY, villa sub parochia ecclesiae de Koprzywnicza sita, cuius proprietas et dominium ad coenobium Coprzywniczense pertinet. In qua sunt quindecim lanei cum medio cmethonales, et quilibet solvit pro annuo censu unum fertonem, item ova triginta, item caseos, item gallos, duos; item labor, item *powaba*, item *osszyep*. Item decima manipularis de omnibus agris solvitur monasterio Koprzywniczensi, et valor eius ad sedecim marcas aestimatur; item praedium, item tabernae, item molendinum. Confinat cum villis ...

SZOSZNYNA, villa sub parochia ecclesiae de Dobrzechow sita, quam pro monasterio Coprzywniczensi Nicolaus ... In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet pro annuo censu solvit ....., item ova, item caseos, item gallos; item labor, item *powaba*, item *osszyep*, item praedium; item decima manipularis de omnibus agris solvitur et conducitur, pro ... item taberna, item hortulani, item molendinum. Confinat cum villis ...

WYSSZOKA alias STODOLYNA WOLYA, villa sub parochia ecclesiae de Dobrzechow sita, cuius proprietas ad monasterium pertinet, et in cruda

radice per monasterium locata est. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet pro annuo censu solvit . . ., item ova, item caseos, item gallos; item sunt ibi duae tabernae habentes agros, et quaelibet solvit unam marcam, item . . . . . sepi; item est ibi molendinum, de quo solvuntur mensurae pro monasterio. Item scoltetus est ibi, habens . . . Item decima pecunialis solvitur de omnibus agris monasterio Coprzywniczensi per sex grossos et . . : per . . . latorum grossorum, aut per octo communis. Confinat cum villis . . .

Nyszna Lanka, villa sub parochia ecclesiae de . . . . . sita, cuius proprietas et dominium ad monasterium Coprzywniczense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et de omnibus solvitur de censu annuo . . . ., item ova, item casei, item galli. Item decima pecunialis solvitur de omnibus agris monasterio Coprzywniczensi, de quolibet laneo per sex grossos latorum grossorum Pragensium, aut per octo grossos communis. Confinat cum villis . . . .

Zbogyszka, villa sub parochia ecclesiae de . . . . sita, cuius proprietas ad coenobium pertinet Coprzywniczense. In qua sunt lanei cmethonales, et de omnibus, singillatim de quolibet solvitur pro censu annuo . . .; item est ibi scoltetia habens duos laneos, item unum molendinum, quod solvit sibi tres marcas, aut duodecim grossos. Item cmethones arant et disponunt digeria, tam pro aestate, quam pro hyeme. Item decima pecunialis de omnibus agris solvitur abbati Coprzywniczensi. Confinat cum villis . . .

Frystath, oppidum, in quo est ecclesia parochialis lignea, cuius unicus est collator et patronus abbas et conventus Coprzywniczensis, quod etsi quondam fuerit regium, in sortem tamen perpetuam coenobio Coprzywniczensi, dato oppido Jasszel, per commutationem accessit. In quo sunt lanei civiles, et quilibet solvit pro annuo censu . . . . Item ex agris oppidi praefati solvitur decima. Commutatio haec facta est per Helizabeth Hungariae reginam 1374.

Kopythowa, villa sub parochia ecclesiae de Szrzanczin sita, quam cum aliis villis, videlicet Rzanczin, Wachnyowka, Stanowiscze, media parte Lubnye et media parte Lascze, Paulus alias Passzko de Bogoria anno Domini 1388, in die Sanctae Helizabeth, Cracoviae coram Hedvigi regina Poloniae, pro octuaginta marcis latorum grossorum Pragensium vendidit et resignavit. In qua sunt lanei, et quilibet solvit . . ., item ova, item galli, item casei, item decima. Confinat cum villis . . .

Bobrka, villa parochialem ecclesiam habens in se sitam, cuius proprietas ad monasterium Coprzywniczense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet pro annuo censu solvit . . ., item gallos, item ova, item caseos, item decima solvitur . . . Confinat cum villis . . . Obligata monasterio per Nicolaum de Szkothnyky, coram Vladislao secundo Poloniae rege,

in ducentis marcis, infra triennium redimenda, quo lapso, monasterio perpetuo applicanda.

Glynnyk, villa sub parochia ecclesiae de Fristath sita, cuius proprietas et dominium ad coenobium Coprzywniczense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit pro annuo censu . . . ., item ova, item gallos, item caseos, item decima. Hanc villam Helizabeth regina Hungariae, in oppidi Jasszyel per Casimirum regem Poloniae abstracti compensationem, monasterio Coprzywniczensi perpetuo donavit. Confinat cum villis . . .

Kobylye, villa sub parochia ecclesiae de Fristath sita, cuius dominium ad monasterium Coprzywniczense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit pro annuo censu . . ., item gallos, ova, caseos; item tabernae, item hortulaniae, item praedium, item decima. Hanc villam Helizabeth Hungariae regina in oppidi Jasszyel per Casimirum regem Poloniae abstracti compensationem, monasterio Koprzywniczensi perpetuo donavit. Confinat cum villis . . .

Szrzuczin sive Srzanczin, villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam, quam Paulus de Bogoria cum omni iure, proprietate et dominio, cum aliis quinque villis monasterio Coprzywniczensi, nihil sibi reservando, pro octingentis marcis latorum grossorum vendidit et resignavit, Cracoviae, coram Hedvigi regina, in die Sanctae Helizabeth 1388, et Vladislaus Secundus Poloniae rex resignationem ipsam confirmavit. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet pro annuo censu solvit . . ., item gallos, item ova, caseos; item taberna est ibi, habens agros, de qua solvuntur quinque marcae pro annuo censu; item decima. Confinat cum villis Lanky et Kobilany.

Machnyowka, villa sub parochia ecclesiae de . . . . sita, quam Paulus de Bogoria, cum omni iure, proprietate et dominio, cum aliis quinque villis coenobio Coprzywniczensi, nihil sibi reservando, pro octingentis marcis latorum grossorum vendidit et resignavit, Cracoviae, coram Hedvigi regina, in die Sanctae Helizabeth 1388, et Vladislaus Secundus Poloniae rex resignationem ipsam confirmavit. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit pro annuo censu . . . . . ., item ova duodecim, item gallos duos, item caseos duos. Item est ibi scoltetus, habens duos laneos pro suo praedio; item habet unum cmethonem habentem unum laneum, qui sibi solvit censum, item habet tabernam cum parvo agro, item habet molendinum, de quo recipit mensuras; item recipit pullos, ova, caseos, avenam. Item decima . . . Confinat cum villis Wyetrzno, Srzanczyn et Nyszna Lanka.

Stanowyszka, villa sub parochia ecclesiae de . . . . sita, quam Paulus

de Bogoria cum omni iure, proprietate et dominio, cum aliis quinque villis, monasterio Koprzywniczensi, nihil sibi reservando, pro octingentis marcis latorum grossorum vendidit et resignavit Cracoviae, coram Hedvigi regina in die Sanctae Helizabeth 1388, et Vladislaus Secundus Poloniae rex resignationem ipsam confirmavit. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet pro annuo censu solvit . . ., item gallum unum, item caseum unum, item ova quatuor. Item molendinum est, de quo habet mensuras. Item laborant digeria, pro vere et hyeme in agris monasterii. Item scoltetus habet tabernam, cum agris, quae solvit sibi quinque marcas. Item decimant ecclesiae Sancti Floriani et eius canonico; et licet fuit ab antiquo decima manipularis, ex pacto tamen solvunt novem marcas pro decima manipulari, ecclesiae Sancti Floriani. Confinat cum villis . . .

LASSCZE, villa sub parochia ecclesiae de Lazyny sita, cuius medietatem Paulus de Bogoria cum omni proprietate et dominio, cum aliis quinque villis, coenobio Coprzywniczensi, nihil sibi reservando, pro octingentis marcis latorum grossorum Pragensium vendidit et resignavit, 1388 in die Sanctae Helizabeth. In qua sunt septem lanei cmethonales, et quilibet solvit pro annuo censu . . . ., item ova, item caseos, item gallos. Item scoltetus de Kopythowa habet ibi unam tabernam, quae solvit sibi unam sexagenam pro censu; item habet molendinum, de quo habet metretas; item habet sextum denarium de censu. Item decima est ibi manipularis, quae solvitur ecclesiae Sancti Floriani et eius canonico. Confinat cum his villis . . . .

GOLAMBYOW, villa sub parochia ecclesiae de Goszlycze sita, cuius medietatem emit pro monasterio Coprzywniczensi Nicolaus de Trzebnicza abbas Coprzywniczensis, apud Nicolaum Golambyowsky, pro ducentis marcis 1462., feria quinta post Dominicam Invocavit. In qua medietate sunt quatuor lanei cmethonales, et quilibet pro censu solvit viginti scottos, item ova viginti, item caseum unum, item gallos quatuor. Decima praedialis tota cedit ecclesiae in Goslycze, tota vero cmethonalis episcopo Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad octo marcas; item taberna, item hortulani. Confinat cum villis . . .

GRODZYSKO, villa sub parochia ecclesiae de Dobrzechow sita, cuius proprietas ad monasterium Coprzywniczense pertinet, et quae ex cruda radice per monasterium locata est. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu annuo monasterio . . ., item ova, item caseos, item gallos. Item villa Grodzyszko solvit missalia plebano de Dobrzechow pecunia parata, de quibus proveniunt tres marcae cum aliquot grossis. Item scoltetus pro missalibus solvit duodecim grossos latos, aut sedecim grossos communes. Item decima pecunialis solvitur monasterio Coprzywniczensi, de

quolibet laneo per sex grossos latorum grossorum Pragensium, aut per octo grossos communes. Confinat cum villis . . .

Zawada, villa sub parochia ecclesiae de Dobrzechow sita, cuius proprietas ad monasterium Coprzywniczense pertinet, et quae locata est in cruda radice per monasterium. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet pro annuo censu solvit . . . . ., item ova duodecim, item caseos duos, item pullos duos. Item taberna est ibi, quae habet agros, quae solvit pro censu quatuor marcas et unum quartale, alias *skopyecz* sepi. Item decima pecunialis solvitur pro monasterio Coprzywniczensi, de quolibet laneo per sex grossos latorum grossorum Pragensium, aut per octo grossos communis. Item pro ecclesia in Dobrzechow cmethones solvunt *messzne*. Confinat cum villis Grodzyszko, Wyelopolye, Pstrangowa.

Lubnya, villa sub parochia ecclesiae de . . . . sita, cuius pro medietate proprietas et dominium ad monasterium pleno iure pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu de laneo . . ., item ova, item gallos, item caseos; pro altera autem medietate pertinet ad nobiles milites de Skothniki. Item decima pecunialis solvitur pro monasterio Coprzywniczensi, de quolibet laneo per sex grossos latorum grossorum Pragensium, aut per octo grossos communis. Huius villae mediam sortem, cum aliis quinque villis, Cracoviae coram Hedvigi regina, in die Sanctae Helizabeth 1388, emit monasterium pro octingentis marcis latorum grossorum et Vladislaus Secundus Poloniae rex resignationem huiusmodi confirmavit. Confinat autem cum villis . . .

Golczowska Wolya, villa sub parochia de Dobrzechow sita, et in cruda radice per monasterium locata, cuius proprietas et dominium ad coenobium Coprzywniczense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet pro annuo censu solvit . . ., item ova, item caseos, item gallos. Item est ibi scoltetus habens duos laneos, qui pro decima . . . Item pro ecclesia in Dobrzechow solvunt *messzne*. Item est ibi et solvitur decima pecunialis, per sex grossos de quolibet laneo, monasterio Coprzywniczensi, latorum grossorum Pragensium, aut per octo grossos communis. Confinat cum villis . . .

Zelonczina Wolya, villa sub parochia ecclesiae de Dobrzechow sita, et in cruda radice per monasterium locata, cuius proprietas et dominium ad monasterium Coprzywniczense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit . . . ., item ova, item caseos, item gallos. Item pro ecclesia parochiali in Dobrzechow solvunt *meszne*. Item decima in eadem villa pecunialis, quae solvitur monasterio Coprzywniczensi, de quolibet laneo per sex grossos latorum grossorum Pragensium, aut per octo grossos communis. Confinat cum villis . . .

Notandum, quod cum Sbigneus cardinalis et episcopus Cracoviensis, mota lite abbati et conventui Coprzywniczensi decimam manipularem in duodecim villis eorum, videlicet: Bystrzyeza, Zakrzow, Szulow, Rudnik, Rczyssin in terra Lublinensi sitis, et decimas pecuniales et fertonales in villis etiam monasterii Golczowa Wolya, Zelonczina Wolya, Wysszoka alias Stodolina Wolya, Grodzysko et Zawada et Nywky in terra Byeczensi sitis, et tanquam in cruda radice locatis, per sententiam definitivam acquisivisset, Johannes Luthkonis episcopus Cracoviensis, eidem loco quarto succedens, celebrata cum Nicolao de Trzebnycza abbate et conventu Coprzywniczensi concordia, de tot et tantis decimis habendo victoriam per alium partam; et nonnisi censum perpetuum octo marcarum, qui ex monasterio Coprzywniczensi, et decima pecuniaria oppidi Strzezow quotannis episcopatui Cracoviensi reddi debet, se contentari promittens, cessit; de quo hinc inde habentur privilegia et munimenta.

Szedlysczany, villa sub parochia ecclesiae de Mychoczin sita, quam abbas et conventus Coprzywniczensis pro villa bona et integra Oczicze, etiam sub eadem parochia de Mychoczin sita, parum provide cambivit. In qua sunt duo lanei cmethonales, et quilibet solvit per mediam marcam pro annuo censu, item ova, item gallos, item caseos; item decima manipularis et canapalis post omnes agros cmethonum, tabernarum, et hortulaniarum solvitur, et conducitur pro ecclesia in Skothniky, et valor eius aestimatur ad . . . Item sunt milites in villa praefata, habentes praedia, de quibus decimatur ecclesiae de Michoczin parochiali. Confinat cum villis . . . .

Podlyesszany, villa sub parochia ecclesiae de Myclyecz sita, cuius proprietas et dominium ad coenobium Coprzywniczense pertinet. In qua sunt decem lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu mediam marcam, item ova viginti, item gallos quatuor, item caseos duos, item est ibi scoltetia habens duos laneos liberos, item *osszyep* dant, tres choros avenae pro monasterio, item decima . . . . Confinat . . . . . Hanc villam Podlyeszany Petrus tunc abbas Coprzywniczensis, a Paulo de Podlyeszany, pro ducentis marcis latorum grossorum emit in Oppathow Sabbato infra octavas Epiphaniae 14 . . . . . .

Kunyeschowycze, villa sub parochia ecclesiae de . . . . . sita, et per Cunradum, tunc abbatem Coprzywniczensem, pro quandringentis marcis Sandomiriae, in octava Epiphaniarum 1364 a duobus fratribus, Alberto et Nicolao de Gnyeschowicze haeredibus, empta. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit . . . . . ., item ova, item gallos, item caseos, item decima . . . . . Confinat . . . . . .

Polom, villa sub parochia de Dobrzechow sita olim, nunc tamen

habet propriam ecclesiam, a quinquaginta annis erectam; cuius proprictas et dominium ad monasterium Coprzywniczense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales; item scoltetia est ibi, quae habet de censu ......

Decimae manipulares monasterii Coprzywniczensis.

Coprzywnicza, oppidum habens in se ecclesiam parochialem muratam lapide, quod habet in se laneos civiles, de quibus omnibus solvitur decima manipularis monasterio Coprzywniczensi, et propriis curribus cives Coprzywniczenses tenentur illam ducere ad horreum coenobiale, cuius valor aestimatur ad .... marcas. Item decimam canapalem oppidani .... Item decimam praefatam mensae episcopalis Cracoviensis contulit monasterio Coprzywniczensi in eius fundatione, Fulco episcopus Cracoviensis.

Stranczkow, villa sub parochia ecclesiae de Chrobrzani sita, et ad proprietatem monasterii Coprzywniczensis pertinens. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis, et per ..... ierugas canapalis, monasterio Coprzywniczensi, et valor eius aestimatur ad ..... marcas, et tenentur illam cmethones propriis curribus ducere in horreum coenobiale. Item praedium in eadem villa non est, neque tabernae, neque hortulaniae. Item decimam praefatam, cum esset mensae episcopalis Cracoviensis, contulit monasterio Coprzywniczensi in eius fundatione, Fulco episcopus Cracoviensis.

Szosznyczany, villa sub parochia ecclesiae de Koprzywnicza sita, et ad proprietatem monasterii Coprzywniczensis pertinens. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et per ..... ierugas canapalis, monasterio Coprzywniczensi et valor eius aestimatur ad ...... marcas, et tenentur eam cmethones ducere in horreum a monasterio locandum. Item praedium, item tabernae, item hortulani. Item decimam manipularem praefatam contulit de mensa sua Fulco episcopus Cracoviensis monasterio Koprzywniczensi.

Czysszycza, villa sub parochia ecclesiae de Koprzywnicza sita, et ad proprietatem monasterii Koprzywniczensis pertinens. In qua sunt quindecim lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis, et per .... ierugas canapalis, et tenentur eam cmethones ducere propriis curribus in horreum coenobiale, et valor eius aestimatur ad quindecim marcas. Item praedium, item tabernae, item hortulani. Item decimam praefatam contulit de mensa sua monasterio Coprzywniczensi Fulco episcopus Cracoviensis.

Zdynzycza, villa sub parochia ecclesiae de Koprzywnicza sita, et ad proprietatem monasterii Coprzywniczensis pertinens. In qua sunt tredecim lanei cmethonales, et de omnibus solvitur decima manipularis, et

per ..... ierugas canapalis, et tenentur eam cmethones propriis curribus ducere in horreum coenobiale, et valor eius aestimatur ad tredecim marcas. Item praedium; item taberna, item hortulaniae. Item decimam praefatam contulit monasterio Coprzywniczensi de mensa sua Fulco episcopus Cracoviensis.

Pyelyasszow, villa sub parochia ecclesiae de Malicze sita. In qua sunt lanei cmethonales et duae tabernae habentes agros de quibus omnibus solvitur decima manipularis et per .... ierugas canapalis, monasterio Koprzywniczensi, ad cuius proprietatem villa ipsa pertinet, et tenentur illam cmethones propriis curribus ducere in horreum coenobiale, et valor eius aestimatur ad .... marcas. Item praedium, item hortulani. Item decimam praefatam contulit monasterio Coprzywniczensi de mensa sua Fulco episcopus Cracoviensis.

Sdanow, villa sub parochia ecclesiae de Goslicze sita, cuius proprietas et dominium ad monasterium Coprzywniczense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis, et per sex ierugas canapalis, monasterio Coprzywniczensi, et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a monasterio locandum, et valor eius aestimatur ad ...... Item praedium, item tres tabernae habentes agros, item hortulaniae, item molendinum. Item decimam praefatam contulit monasterio Coprzywniczensi in eius fundatione, Fulco episcopus Cracoviensis.

Skothnyky Maior, villa habens in se parochialem ecclesiam, coctili fabricatam muro, cuius haeredes Martinus, Paulus, Derslaus, Jacobus, Stanislaus, germani, item Johannes Kampka, item Paulus frater eius, item Petrus Skothniczsky, item Johannes Kolyanowsky, omnes de armis Bogoria. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae duae militares, habentes agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis, et per sex ierugas canapalis, monasterio Coprzywniczensi, et propriis curribus a cmethonibus ducitur in horreum a monasterio locandum, et valor eius aestimatur ad ..... item hortulaniae, item duae tabernae militarium, habentes agros, de quibus monasterio Coprzywniczensi solvitur decima manipularis. Item praedia militaria sunt in eadem villa. Item est ibi una taberna plebani, habens agros, et solvit decimam. Item decimam praefatam in Skothniky, cum esset mensae episcopalis, contulit monasterio Coprzywniczensi in eius primaeva fundatione, Fulco episcopus Cracoviensis.

Szkothnyky Parva, villa sub parochia de Maiori Szkothnyky sita, cuius proprietas ad Paulum de Bogoria et ad successores suos pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio in Coprzywnicza, et valor eius aestimatur ad .... Hanc decimam manipularem Paulus de

Bogoria miles contulit Johanni abbati et monasterio Coprzywniczensi, per aratra suorum cmethonum, et post agros eis assignatos, quos propriis laboribus in cruda radice extirpaverunt, octava Idus Juni 1324.

Decimae pecuniales monasterii Coprzywniczensis.

Bystrzycza, villa sub parochia ecclesiae de Kelczowicze sita, ad proprietatem monasterii Coprzywniczensis pertinens. In qua sunt lanei cmethonales, et de illis solvitur decima manipularis pro monasterio Coprziwniczensi, qui erant lanei antiqui; de aliis autem solvitur decima pecunialis etiam pro monasterio Koprzywniczensi, per sex grossos latorum grossorum Pragensium, aut per octo grossos communes, qui lanei in nova radice sunt exculti. Item molendinum ibi, habens medium laneum agrorum, quod solvit decimam manipularem pro monasterio Coprzywniczensi. Item scoltetia habens unum cum medio laneum, de quo pro monasterio Koprzywniczensi decima. Item praedium coenobiale, quod nulli solvit decimam. Hortulaniae sunt quatuor sed non habent agros.

Szulow, villa sub parochia ecclesiae de Krasznik sita, ad proprietatem monasterii Coprzywniczensis pertinens. In qua sunt viginti octo lanei cmethonales, et de medietate laneorum solvunt decimam manipularem pro monasterio Koprzywniczensi, de altera vero medietate solvunt pro decima tres grossos latos, quatuor grossos cummunes, etiam pro monasterio Koprzywniczensi. Item scoltetia est ibi, habens quatuor cum medio laneos, de quorum duobus, qui erant antiqui, solvit decimam manipularem ecclesiae in Krasznik, de duobus vero cum medio, qui ex cruda radice, solvit decimam manipularem monasterio Koprzywniczensi. Item molendinum, habet medium laneum, de quo medietatem manipulo, et medietatem pecunia duos grossos cummunes.

Zakrzow, villa sub parochia de Krasznik sita, ad proprietatem monasterii Coprzywniczensis pertinens. In qua sunt lanei cmethonales, item duae tabernae, et solvunt decimam pecunialem monasterio Coprzywniczensi, quilibet laneus ad sex grossos latorum grossorum Pragensium, aut octo grossos communis. Item scoltetus est ibi habens novem laneos, de quibus solvit tantummodo per negligentiam et abusum, octo scottos ecclesiae in Krassznik. Item praedium est ibi coenobiale, de cuius agris non solvitur alicui decima.

Rudnik, villa sub parochia ecclesiae de Kelczowicze sita, ad proprietatem monasterii Coprzywniczensis pertinens. In qua sunt viginti lanei cmethonales, et solvunt decimam pecunialem monasterio Coprzywniczensi,

quilibet de laneo sex grossos latorum grossorum Pragensium, aut octo grossos communis. Item est ibi scoltetia, habens unum laneum; item una taberna monasterii, habens unum laneum, et quilibet solvit pro monasterio pro decima sex grossos latos, aut octo communes.

Rczysszyn, villa sub parochia ecclesiae de Kelczowicze sita, ad proprietatem monasterii Coprzywniczensis pertinens. In qua sunt duodecim lanei cmethonales, et solvunt decimam pecunialem monasterio Coprzywniczensi, quilibet de laneo sex grossos latos, aut octo communis. Item est ibi scoltetus, habens quatuor laneos, de quibus solvit decimam manipularem ecclesiae parochiali in Kelczowicze. Item praedium non est.

Grodzysko, villa sub parochia de Dobrzechow sita, ad proprietatem pertinens monasterii Coprzywniczensis. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit pro decima pecuniali monasterio Coprzywniczensi sex grossos latorum grossorum, aut octo grossos communis.

Zawada, villa sub parochia ecclesiae de Dobrzechow sita, cuius proprietas ad monasterium Coprzywniczense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit pro decima pecuniali monasterio Coprzywniczensi sex grossos latorum grossorum, aut octo grossos communis.

Golczowska Wolya, villa sub parochia de Dobrzechow sita, cuius proprietas ad monasterium Coprzywniczense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit pro decima pecuniali monasterio Coprzywniczensi sex grossos latorum grossorum, aut grossos octo communis.

Zelonczina Wolya, villa sub parochia de Dobrzechow sita, cuius proprietas ad monasterium Coprzywniczense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit pro decima pecuniali monasterio Coprzywniczensi sex grossos latorum grossorum, aut octo grossos communis.

Szthrodolyna Wolya alias Vyszoka, villa sub parochia de Dobrzechow sita, cuius proprietas ad monasterium Coprzywniczense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit pro decima pecuniali monasterio Coprzywniczensi sex grossos latorum grossorum, aut octo grossos communis.

Domus. In Cracovia habet monasterium Coprzywniczense propriam et perpetuam domum, prope ecclesiam Sancti Spiritus hospitalis, et iuxta domum sanctimonialium de Sthanyanthky sitam. Haec monasterio Coprzywniczensi taliter provenit: Nicolaus siquidem abbas Clarae Tumbae, villam Lang, quae erat de sorte et de primaria fundatione monasterii Coprzywniczensis, et quam monasterium Coprzywniczense consulibus Cracoviensibus vendiderat, in suam traheret proprietatem, tanquam sibi propter vicinitatem valde commodosam, praedictam villam Lang anno Domini 1394, in die Beatae Mariae Magdalenae, emptione perpetua et irrevocabili,

datis quadringentis septuaginta quinque marcis, et addita dimidia area in civitate Cracoviensi, ne quoque modo venditio ipsa rescindi posset, coemit. In qua quidem medietate areae, monasterium Coprzywniczense domum specialem pro sua necessitate fabricavit.

In regno Hungariae.

Barduyow seu Bartwa oppidum.

Tredecim villae in Hungaria.

Notandum, quia cum monasterium Coprzywniczense a primaeva sui fundatione, habuisset in sua proprietate et dominio oppidum notabile Barduyow alias Barthwa, cum tredecim villis in regno Hungariae, et tam oppidum, quam villas, usque ad tempora Ludovici Hungariae et Poloniae regis in pacifica et actuali possessione habuisset, universos fructus, redditus et census percipiens integraliter, et absque impedimento aliquali ex eisdem, praefatus tamen Ludovicus Caroli filius Hungariae rex regnum Poloniae, morte Casimiri Secundi avunculi sui germani regis Poloniae secuta, adeptus, fuisset a perversis instigatoribus persvasus, monasterium Koprzywniczense de praefato oppido Barduyow et tredecim villis, sub tempore et regimine Cunradi abbatis Coprzywniczensis, cum illud tunc amplius in iuribus conservare debuerat, maligne spoliavit, nullo iure aut iustitia praemissa, sed potentiam et voluntatem atque ambitionem habens pro ratione, iustitia et aequitate. Monasterii autem praefati abbas Cunradus tam grande spolium monasterii sui Coprzywniczensis non ferens, Budam ad Ludovicum regem personaliter se fatigavit, et querela coram rege de spolio monasterii sui deposita, petivit suppliciter, civitatis praefatae Barduyow et tredecim villarum ablatam per regem substantiam, sibi et suo monasterio per regem reformari, producens coram rege privilegia, munimenta et bullas evidentissimas regum Hungariae, quibus oppidum et villae praefatae Coprzywniczensi monasterio donatione perpetua inscribebantur. Rex autem Ludovicus, sive vere, sive ut magis praesumitur, ficte et simultanee, in animo aliud, quam in ore gerens, et abbati Cunrado super sua iniuria et querela benigne pro tempore respondens, privilegia et munimenta apud se in thesauro regio relinquere, et post semestre tempus ad se redire iubet, reformationem et restitutionem bonorum et iustitiae administrationem habiturus; interim tamen, et priusquam tempus semestrum laberetur, Ludovicus Hungariae et Poloniae rex, carnis debitum solvens, causam spolii praefati indecisam reliquit. Ab illo quoque tempore Coprzywniczense monasterium, quo regnum Poloniae in dote et proventibus nullum habebat ditius, neque crassius, in sua notabili parte fuit et est mutilatum.

Non mirum itaque, si per divinae iustitiae providentiam et ultionem, omnis progenies et soboles praefati Ludovici regis deleta et exterminata est, qui ecclesiastica bona suis regiis profectibus, Dei timore postposito usurpabat. In argumentum autem ipsorum, quae scribimus, abbatis et fratrum coenobii Coprzyvniczensis edocti, extabat sub nostra aetate .... in Sczawnicza alias in Valle Sanctae Mariae in regno Hungariae et in Sczepusiensi districtu eiusdem Cisterciensis ordinis, qui abbatem et fratres de Coprzywnicza in familiaribus tractatibus referebat, certificabat, vidisse se occulis propriis in aerario regio in Buda privilegium Coprzywniczensis coenobii, praefati oppidi Barduyow et tredecim villarum donationem continens, et manibus suis attractasse, animans abbatem et fratres Coprzywniczenses, atque persvadens, ut pro restitutione bonorum et privilegii praefatorum, omnes suas curas et studia impendere non dubitarent.

WANCHOCZENSE

tertium monasterium ordinis Cisterciensis, in dioecesi Cracoviensi.

Gedeon Cracoviensis episcopus, qui et Gethka vocitatus, de familia et nobilitate Griffonum stirpem ducens, ne se generis sui, quod in Andrzeoviensi monasterii fundatione liberale ostenderat, duceret inferiorem, in sylvis tunc et saltibus condensis, ad episcopatum Cracoviensem pertinentibus, et sub limitibus Iszlensi et Tarszensi, qui nunc Bodzanczin appellatur orarum sitis, in loco qui Wanchoczsko appellatur, anno Domini 1179, monasterium monachorum Cisterciensium fundat, erigit et fabricat, eique villas aliquot episcopales, item et decimas manipulares mensae suae episcopalis Cracoviensis, in dotem de consensu capituli Cracoviensis donat, inscribit et assignat, ecclesiamque quadro lapide et Cisterciensis religionis more, item et monasterium, officinasque monasterii, et fratrum cellas, et habitacula muro sumptibus suis consumat. Quam processu temporis fabricatione eius expleta, ad honorem omnipotentis Dei, et in titulum Beatissimae Dei Genitricis Virginis Mariae, cui singularem exhibere solitus erat servitutem, dedicat, et famulis Dei, anachoreticam vitam et eius exercitium, diligentibus, pulcherrimum habitaculum, secus decursus aquarum, ad fluvium videlicet Kamyona, et in vera solitudine constituit, fratres quoque ex Italia ad incolendum locum accersit, quorum processus et generatio a tempore fundationis praedicto, usque ad meam aetatem tendebatur, semperque

viri italici aut gallici generis locum illum et in capite et in membris incolebant, in locumque decedentium, novi viri ex Italia aut Galliis advocat sufficiebantur, et mirabili atque modesta tam harmonia, quam concordia coenobii illius, in temporalibus et spiritualibus, in religione Sancta Cisterciensi practicabatur, absque contentione, murmure et querela vitae. Itaque et principes et proceres regni Poloniae, singulari devotione et caritate propter personarum religiositatem et sanctimoniam, illi afficiebantur loco, et substantiarum suarum eleemosynas in illum munifice et certatim conferebanti Erat autem universum monasterium, ecclesia et omnes officinae eius plumbo tectae, longa annositate sub uno tenore duraturae; sed interim humanis sceleribus, maiestatem divinam provocantibus, Tartarorum gens ex perfidis regionibus, ad instar locustarum in magna multitudine, cuius B a t t h y erat princeps, ebuliens, et regnum Poloniae feritate barbarica irrumpens, post plerasque clades Polonis cum illis decertare praesumentibus, occulto divino iudicio illatas, exercitum bifarie divisit et uno versus C r a c o v i a m procedente, altero versus Lanciciensem et maioris Poloniae oras procedente, ab Iszlensi districtu, in quo extunc, usque ad haec tempora, locus saltuosus, per quem barbarus incedebat B a t t h y appellatur, via ad W a n c h o c z s k o, monasterium Ruthenis regentibus, Tartarorum gressus ductus pervenit, et multis viris religiosis necatis, omnibus insuper clenodiis et facultatibus monasterii direptis, monasterium etiam in tectis suis nobilibus igne conflagravit; ubi et tunc universa monasterii praefati periere tam privilegia, quam cummilia et omnis decor coenobii et venustas deformata. Nec tantopere destructione monasterii secuta, potuit ad plenum resarciri, contendit tamen quantum in eo fuit clarissimus et devotissimus princeps B o l e s l a u s P u d i c u s Cracoviensis et Sandomiriensis dux, et regni Poloniae monarcha, monasterium praefatum Wanchoczense in literis fundationis per Tartaros combustis, et in villis et haereditatibus eidem monasterio in eleemosynam collatis, ab alienatione et occupatione iniusta vendicare. Quapropter eidem monasterio in tempora futura consulturus, fundationem monasterii praefati anno Domini 1260, octava die Mai, apud Cracoviam agens, per litteras suas speciales innovavit, in quibus et donationes et donatores ex nomine, provida industria multifariis respectibus profutura singillatim descripsit. Ex quo quidem privilegio B o l e s l a i P u d i c i ducis praefati, quod in monasterii Wanchoczensis tenetur et habetur armario, vana prorsus et ridenda censeri debet nonnullorum, et praesertim familiae C y g n o r u m gloriatio, quae se monasterii illius asserit dotatricem principalem et fundatricem; in illo siquidem privilegio, quasi in quodam speculo contemplari licet, non unam C y g n o r u m domum, sed varias genealogias et familias, monasterium praefatum de suis haereditatibus dotavisse, saepefatum vero B o l e s l a u m P u d i c u m Poloniae ducem et monarcham,

de suis principatibus, in supplementum monasterii, aliqua bona et villas, et quod ego omnibus donis maius reputo, omnibus villis haereditatibus et bonis in monasterium Wanchoczense, et a se et ab aliis collatis, plenam libertatem a singulis oneribus, tributis, datiis, expeditionibus, angariis et praeangariis, collectis, suffragiis et quibuscumque aliis contributionibus, ordinariis et extraordinariis, de certa scientia circa innovationem fundationis, contulisse. Quas quidem donationes et donatores, circa descriptionem villae cuiuslibet, ne cui praesens scriptura ad incredulitatem scrupulum moveat, curabimus annotare.

Monasterium in Wanchoczsko, ad fluvium Kamyona situm est, ab oppido Wanchoczsko aliqua distantia distinctum, et separatum, et alba fabricatum petra, cuius etiam cellae, refectoria et aliae officinae coenobiales, partim ex petra, partim ex cocto latere muratae sunt serie et modo humili, et pleraeque etiam sunt testudinatae, et omnis fabrica muralis praefati monasterii opere italico perfecta est. A primaeva enim eius fundatione et dotatione, quam Gedeon episcopus Cracoviensis de familia Griffonum, in fundo bonorum episcopalium fundasse, et de bonis mensae episcopalis Cracoviensis scitur dotasse, non alii quam de genere italo fratres et monachi habitabant, sibi invicem succedentes, usque ad annum Domini 1420, quum Poloni vel nesciebant, vel nolebant assumere habitum et ordinem monachalem, observantia enim regularis apparebat illis difficilis et dura; unde in signum huius, plures libros italos a fratribus Italis ad monasterium importatos reperies.

Oppidum Wanchoczsko, habens in se parochialem ecclesiam Sanctae Helizabeth, iuxta fluvium Kamyona situm, per Gedeonem alias Getkam episcopum Cracoviensem, ex proprietate et dominio episcopatus Cracoviensis donatum. In quo non sunt aliqui certi lanei oppidanorum, sed pecies agrorum, et secundum quantitatem agrorum, solvunt censum, et aliqui solvunt pro censu per mediam marcam, aliqui per fertonem, aliqui per decem grossos, aliqui per sex grossos. Item est in eodem oppido praedium coenobiale, de cuius agris monasterium pro se tollit decimam. Item de censu proveniunt monasterio sex marcae et sex grossi, item ultra haec, advocato una marca duo grossi. Item de agris oppidanorum decima manipularis et canapalis solvitur, et conducitur pro monasterio Wanchoczensi, et valor eius aestimatur ad duodecim marcas. Item sunt iuxta monasterium duae piscinae bonae, in flumine Kamyona, fundatae per Nicolaum Rziga abbatem, in quarum una molendinum bonum, de quo metretae braseorum et frugum dantur monasterio. Item sunt aliae tres piscinae monasterii iuxta Wolya. Item in eodem oppido est advocatia, quae habet duos laneos agrorum, de

quibus decimat ecclesiae et plebano Wanchoczensi. Item oppidani de suis agris solvunt *meszne* ecclesiae et plebano Wanchoczensi, secundum quantitatem agrorum, in siligine tantummodo et in avena. Confinat cum Wyelyawyesz.

SKARZYCZSKO coenobialis, ad differentiam alterius, quae est militaris, villa sub parochia de Wanchoczsko sita, cuius proprietas ad monasterium in Wanchoczsko pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu unum fertonem, item ova triginta, item gallos quatuor, item caseos duos; item laborat quilibet de laneo in septimana unum diem, proprio curru aut aratro. Item *powabam* duplicem pro vere et hyeme laborant, quam vocant *pomoczne;* item *osszyep* octo choros avenae, quatuor siliginis solvunt. Item tabernae tres habentes agros, et hortulania una habens agros, et laborat unum diem pedes in septimana. Item praedium coenobiale non est in eadem villa. Item molendinum non est. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem ecclesiae parochiali in Wanchoczsko, cuius valor ad octo marcas aestimatur. Confinat cum altera Skarszyczsko Militari.

MYRCZ, villa habens in se parochialem Sancti Leonardi ligneam ecclesiam, cuius proprietas ad monasterium in Wanchoczsko pertinet. In qua sunt quatuordecim lanei cmethonales, et quilibet solvit per unum fertonem. Item duae tabernae, quaelibet pro censu mediam sexagenam solvit, item ova triginta, item gallos quatuor, item caseos duos, item laborat quilibet unum diem in septimana, proprio curru aut aratro, item *powabam* utramque pro vere et hyeme laborant, item *osszyep* solvunt, octo choros avenae et quatuor siliginis. Item hortulaniae septem, quaelibet per duos grossos solvit. Item praedium coenobiale est in eadem villa, de cuius agris non decimat alicui monasterium. Item molendinum non est; frumenta praedii tenentur cmethones ad monasterium ducere in grano. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro monasterio Wanchoczensi, et valor aestimatur ad quindecim marcas. Item in eadem villa sunt quinque tabernae plebani, habentes agros, de quibus solvunt decimam manipularem et canapalem ecclesiae et plebano in Mircz, monasterio tamen Wanchoczensi reddunt duos gallos, triginta ova et duos caseos, et per fertonem pro statione. Item sunt ibi tres lanei speciales, et quilibet solvit unam sexagenam. Confinat cum villis episcopalibus Thichow et Mirow.

BZYNO, villa sub parochia de Wanchoczsko sita, per magnum comitem Nicolaum donata; cuius proprietas ad monasterium Wanchoczense pertinet. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, et quilibet solvit unam urnam mellis, aut unam marcam pro censu, item ova triginta, item gallos

quatuor, item caseos duos. Item laborat quilibet unam diem in septimana, proprio curru aut aratro; item *powabam* duplicem laborant, pro vere scilicet et hyeme; item *ossyep* solvunt, octo choros avenae et sex siliginis; item tabernae non sunt, item hortulani, item praedium coenobiale non est in eadem villa; item molendinum est in flumine Kamyona, et solvit unam sexagenam pro censu. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem, pro ecclesia parochiali et plebano in Wanchoczsko, et valor eius aestimatur ad duas marcas, aliquando ad quatuor. Item cmethones villae ducunt retia ad campum. Item in haereditate praefata est fabrica ferri in flumine Kamyona, et solvit triginta marcas pro censu. Confinat cum .....

Zyrczin, villa sub parochia de ..... sita, quam Ivo filius Saulis comitis de Konske de domo Odrovansch, cancellarius ducis Lestkonis Cracoviensis Albi, expost episcopus Cracoviensis, contulit monasterio. In qua sunt lanei cmethonales, et solvit quilibet ....., item ova, item gallos, item caseos; item labor, item *powaba*, item *osszyep*, item taberna, item hortulani, item praedium, item molendinum. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem .... Confinat cum .....

Wyrzbycza, villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam, quam comes Ottho et Cristinus filius Pyotrkonis de Skrzin frater eius contulerunt monasterio, et Lestko Albus dux Cracoviensis pluribus extulit libertatibus, et iura omnia ducalia et tributa, quae in ea habuit, monasterio donavit. In qua sunt triginta duo lanei cmethonales, et solvit quilibet unum fertonem, item ova triginta, item gallos quatuor; item caseos non solvunt. Item laborant diem unam pro vere, aliam pro hyeme, arant, arpicant, et duos dies metunt; in septimana non laborant diem. Item *powabam* utramque laborant, unum tantummodo diem; non ducunt quae messuerint; item *osszyep* solvunt, octo choros avenae et quatuor siliginis. Item tabernae sex monasterii, habentes agros, et quaelibet solvit mediam marcam. Item hortulaniae ibi viginti quatuor, et quaelibet tres grossos solvit, et unum diem pedes in septimana laborat. Item ultra haec, sex hortulaniae habentes agros, et solvit quaelibet mediam marcam. Item praedium coenobiale ibi non est aliquod. Item molendinum non est. Item omnes agri villae solvunt decimam manipularem et canapalem, et conducunt pro monasterio Wanchoczensi, et valor eius aestimatur ad triginta marcas. Item plebanus habet proprios agros et unam tabernam, quae habet agros, et solvit plebano mediam marcam. Item advocatia est ibi habens duos laneos, cuius agri decimant ecclesiae et plebano in Wirzbicza, et habet de censu denarium. Confinat cum Mirow, Rogow, utraque Lyepyenicza, Ruda, Rzeczkow, Dambrowka, Bukowyecz.

Wyelya Wyesz, villa sub parochia de Wanchoczsko et supra oppidum praefatum sita; cuius proprietas ad monasterium Wanchoczense pertinet. Quam Gedko episcopus Cracoviensis eidem monasterio contulit. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet laborat de laneo tres dies in septimana, proprio curru aut aratro, et nullum censum solvit, item ova triginta, item gallos quatuor, item caseos duos; item laborant tres dies in septimana. Item *powabam* duplicem pro vere et hyeme explere tenentur. Item *osszyep* solvunt, octo coros avenae et quatuor siliginis. Item tabernae non sunt. Item hortulaniae quatuor, et solvit quaelibet unum fertonem, et in septimana duas dies laborat a festo Paschae, usque ad festum Sancti Michaelis, abinde vero ad festum Paschae unum diem. Item praedium coenobiale non est in eadem villa. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem, et canapalem per sex ierugas, monasterio Wanchoczensi, et valor eius aestimatur ad sex marcas. Item hortulani solvunt pro statione sex grossos quilibet. Item molendinum non est in eadem villa. Confinat cum oppido Wanchoczsko, Parszow, Szkarsziczsko.

Doluszycze, villa sub parochia de Wysznicze prope Bochnyam in terra Cracoviensi sita, cuius partem Boleslaus Pudicus dux donavit, pars a sanctimonialibus de Sthanyanthky a Martino abbate et conventu Wanchoczensi pro debito suscepta, pars ab Henrico et fratribus suis militibus, pro viginti marcis argenti comparata. In qua sunt sex lanei cmethonales, et solvit quilibet unum fertonem, item ova triginta, item gallos quatuor, item caseos duos; item labores aliquos non faciunt, item *powabam* non laborant; item *osszyep* solvunt plebano in Wisnicze, solvunt sex choros avenae. Item tabernae tres habentes agros, item hortulaniae. Item praedium est ibi coenobiale, de cuius agris decima manipularis ecclesiae parochiali in Wysznicze. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro praebenda Cracoviensi, quae appellatur Lyaszowska, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Habent etiam cmethones, tabernae et hortulaniae, aliquos agros ex praedio eis adiunctos, de quibus solvunt decimam manipularem ecclesiae parochiali in Wisznicze. Item molendinum non est ibi coenobiale. Item scoltetia est ibi, quae habet duos laneos. Item cmethones villae praefatae sal, pro omni necessitate monasterii, tenentur ex Bochnya ducere in Wisliciam propriis curribus. Confinat cum Olchawa, Wisznicze.

Bochnya, oppidum regium, in quo habet monasterium de Wanchoczko duas areas et duas domus, et quaelibet solvit pro monasterio unum fertonem.

Olchawa, villa habens parochialem ecclesiam in se, cuius proprietas ad monasterium de Wanchoczsko pertinet, in terra Cracoviensi prope

Bochnyam sita; quae sub eo tempore, dum villa Doluszicze pro monasterio Wanchoczensi donabatur et emebatur, nemus erat ad villam Doluszicze pertinens; sed processu temporis illic villa locata est, et habet in se viginti agros sive laneos indistinctos, qui censum solvunt varie, iuxta quantitatem agrorum, et aestimantur decem et octo, et deberet quilibet solvere novem scottos, item ova triginta, item gallos quatuor, item caseos duos, item labores aliquos non faciunt, sed pro laboribus omnes tres fertones anno quolibet solvunt. Item *powabam* non faciunt; item *osszyep* solvunt sed indistincte, quando venit abbas, aut sui nuntius in villam. Item taberna una monasterii, habens agros, quae solvit pro censu unam sexagenam, item hortulani, item praedium coenobiale non est in villa eadem; fuit quidem, sed locatum est cmethonibus. Item scoltetia est, habens duos laneos, item unam tabernam, item unum molendinum, et omnia habent agros, et de omnibus agris ad scoltetum pertinentibus, solvitur decima manipularis ecclesiae ibidem in Olchawa. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro altari Sanctorum Petri et Pauli in ecclesia maiori Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad octo marcas. Item cmethones villae praefatae pro omni necessitate monasterii, sal tenentur ducere propriis curribus a Bochnya usque Wisliczìam. Confinat cum Doluschicze, Wisznicze, Curow.

Golambyow, villa sub parochia de Mnyschek sita, per Boleslaum Pudicum ducem et monarcham Poloniae, pro anima patris sui Lestkonis monasterio de Wanchoczsko donata, ad fluvios Mel et Paczyna posita. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit ...., item ova, item gallos, item caseos, item labor; item *powaba*, item *osszyep*, item taberna una habens agros, et solvit ..., item hortulaniae, item praedium coenobiale, item molendinum. Item omnes agri villae solvunt decimam manipularem et canapalem, et conducunt pro monasterio Wanchoczensi, et valor eius aestimatur ad triginta marcas. Item scoltetia est ibi, quae habet ..... Villam hanc iam non habet monasterium Wanchoczense, sed oppidum Radom illam habet in sua proprietate, ignoratur ex qua causa. Confinat cum ....

Nyszkowicze, villa sub parochia de ..... sita, et per Nicolaum Raphal cancellarium ducis Lestkonis Albi monasterio Wanchoczensi donata. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit ..., item ova, item gallos, item caseos; item labor, item *powaba*, item *osszyep*, item taberna, item hortulani, item praedium, item molendinum. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro ... Confinat ... Alienata a monasterio, et nescitur alienationis causa.

Brudnow, villa sub parochia de ... sita, et per Luthogneum filium Pyotrkonis monasterio Wanchoczensi donata. In qua sunt lanei cmethonales

et quilibet solvit .... item ova, item gallos, item caseos; item labor, item *powaba*, item *osszyep*, item taberna, item hortulani, item praedium, item molendinum. Item decimam tam manipularem quam canapalem omnes agri villae solvunt et conducunt pro ... Alienata a monasterio est. Confinat cum ...

Jablonycza, villa sub parochia de Borkowicze sita, quam Wszeborius filius Christini Wanchoczensi monasterio donavit. In qua sunt sex lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu sedecim scottos, item ova triginta, item gallos quatuor, item caseos duos. Item laborant quilibet de laneo unum diem in septimana, proprio curru aut aratro. Item *powabam* duplicem laborant, unam pro vere, aliam pro hyeme; item *osszyep* solvunt, octo choros avenae et quatuor siliginis; item taberna, item hortulani. Item praedium est coenobiale, de cuius agris monasterium decimam nulli solvit. Item molendinum coenobiale in flumine Jablonicza, habens agros, et solvit quatuor marcas. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem, et canapalem per tres *kitthas*, pro monasterio Wanchoczensi, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Confinat cum Poluthow.

Gornow, villa sub parochia de .... sita, cuius partem Czyrz miles monasterio Wanchoczensi contulit, et residua pars apud milites comparata est. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit ...., item ova, item gallos, item caseos; item labor; item *powaba*, item *osszyep*, item taberna, item hortulani, item praedium, item molendinum. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem, pro ... Confinat cum ... Alienata a monasterio.

Wawrzyszow, villa sub parochia de Mnyszek sita, pro anima comitis Marcuszonis de Schamszon monasterio Wanchoczensi donata. In qua sunt viginti lanei cmethonales, et quilibet solvit octo grossos, item ova triginta, item caseos duos, item gallos quatuor, item laborat quilibet de laneo unum diem in septimana, proprio curru aut aratro. Item *powabam* laborant utramque, pro vere videlicet et hyeme, item *osszyep* solvunt, quilibet de laneo octo choros avenae et quatuor siliginis. Item tabernae duae habentes agros, et solvit pro censu quaelibet mediam marcam, item hortulaniae. Item praedium est coenobiale, de cuius agris monasterium Wanchoczense percipit decimam. Item molendinum non est, sed piscina est. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro monasterio Szeczechoviensi, cui per episcopum Cracoviensem Gedeonem inscripta et donata est, et valor eius aestimatur ad duodecim marcas. Confinat cum Mnyszek, Strzalkow, Chronow, Guszow.

Wawrzyschowska Wolya, Rogowa Wolya hodie vocatur, villa sub parochia de Mnyszek sita, cuius proprietas ad monasterium Wanchoczense

pertinet. In qua sunt duo lanei cmethonales, et quilibet solvit per unum fertonem, item ova triginta, item gallos quatuor, item caseos duos. Item laborat quilibet de laneo unum diem in septimana, proprio curru aut aratro. Item *powabam* laborant duplicem, pro vere videlicet et hyeme. Item *osszyep* solvunt, octo choros avenae et quatuor siliginis. Item taberna una habens agros, et solvit mediam marcam. Item hortulania una, et solvit tres grossos, et laborat unum diem in septimana; item praedium, item molendinum. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro monasterio Wanchoczensi, cui per episcopum Cracoviensem Gedeonem inscripta et donata est, et valor aestimatur ad duodecim marcas. Confinat cum Mnyszek, Wolycza.

Brzezye, villa sub parochia de Swyanthamarza sita, cuius pars a Lamberto fratre Cherubini de Wyszokye donata est monasterio Wanchoczensi, pars ab archidiacono Alberto empta, sors Craykonis ab episcopo Cracoviensi data, sors Szmyssczae a filiis eius, pro sedecim marcis empta; in qua undecim .... et quilibet solvit unum fertonem, una taberna solvens unam sexagenam, praedium unum, et de omnibus datur decima manipularis praeposituræ Kelczensi. Huius villae proprietas pertinet nunc ad episcopatum Cracoviensem pleno iure, et alienata est a monasterio Wanchoczensi, ex causa permutationis.

Pankoslawicze, villa sub parochia de Wasznyow sita, cuius proprietas ad monasterium Wanchoczense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit ..., item ova, item gallos, item caseos. Item laborat quilibet de laneo unum diem in septimana, proprio curru aut aratro, item *powabam*, item *osszyep*. Item tabernae tres habentes agros. Item hortulaniae. Item praedium coenobiale est ibi bonum, de cuius agris monasterium Wanchoczense pro se tollit decimam; item molendinum. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro monasterio Wanchoczensi, et valor eius aestimatur ad ... marcas. Confinat cum Woyczechowycze, Swyanszkowicze, Nosszow.

Woyczechowycze, villa sub parochia de Wasznyow sita, cuius haeredes Glamb et Zaklika Czyayanczsky. In qua monasterium non aliud habet, nisi unam tabernam habentem agros speciales et prata, quae solvit monasterio Wanchoczensi tres fertones, et decambita fuit pro scoltetia in Crzisszowa Wolya. Item decima post omnes agros villae, tabernae ...

Prusszynowycze, villa sub parochia de Wasznyow sita, cuius sortem monasterio Wanchoczensi Humbertus canonicus dedit. In qua quidem sorte sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit ..., item triginta ova, item duos capones, item caseos, item laborat quilibet diem in septimana unum,

proprio curru aut aratro, item *powabam;* item *osszyep*, item taberna, item hortulani, item praedium; item molendinum non est in eadem villa. Item agri villae, ad monasterium Wanchoczense pertinentes, solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem, pro monasterio Wanchoczensi, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Item residua pars villae praefatae pertinet ad canonicatum et praebendam Sandomiriensem, quae appellatur Zayanczskowska; in qua sunt quatuor lanei cmethonales, et quilibet solvit duas marcas, triginta ova, duos capones; de his quatuor laneis percipit decimam manipularem et canapalem ecclesia in Zwolya Konińska in terra Lublinensi, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Confinat cum oppido Wasznyow.

Lysszow, villa sub parochia ecclesiae de Malycze sita, quam Marcussius abbas de Wanchoczsko et conventus emit, ab Alexandro Albo de Sandomiria pro octuaginta marcis puri argenti, et iuxta villam ipsam quaedam terra, quam idem abbas comparavit a Grothkone filio Theodrici Mąnczine de domo Rawa, de consensu fratrum ipsius Grothonis pro quadraginta et quatuor marcis puri argenti. In qua sunt duodecim, alias quindecim lanei cmethonales, et quilibet solvit sedecim scottos, item ova triginta, item capones duos, item caseos duos, item laborant unum diem in septimana de laneo, proprio curru aut aratro, item *powabam* duplicem laborant pro vere unam, et pro hyeme alteram, item *osszyep.* Item tabernae duae habentes agros, et solvit quaelibet unam marcam. Item hortulani. Item praedium est ibi optimum coenobiale, de quo monasterium tollit decimam manipularem. Item molendinum non est, sed piscina una est. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro episcopatu Cracoviensi de media villa, de altera medietate pro ecclesia in Malicze. Confinat cum Schawlowicze, Malicze, Nyekisalka Gedczicze.

Kamyen, villa sub parochia de Sancto Petro in Sandomiria sita, cuius partem Herber clericus monasterio donavit, partem monasterium a Petro filio scolteti et filiis Lamberti Johanne et Stephano, pro quadraginta marcis puri argenti comparavit; aliam tertiam partem abbas domus per commutationem ab ecclesia Sandomiriensi obtinuit. In qua sunt octo lanei cmethonales, et solvit quilibet ...., quorum sex solvunt per sedecim grossos, septimus quatuordecim, octavus fertonem, item triginta ova, item duos gallos, item caseum unum, item laborant duos dies in septimana, proprio curru aut aratro, aut pedes; item *powabam* utramque laborant pro vere et hyeme, item *osszyep* non solvunt. Item tabernae non sunt. Item hortulaniae sunt ibi duae, habentes agros, et quaelibet solvit per unum fertonem. Item praedium est ibi coenobiale, de cuius agris monasterium tollit pro se

decimam. Item molendinum non est. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem, pro ecclesia Sancti Petri in Sandomiria, et valor eius aestimatur ad tres marcas. Item est ibi vinea monasterii, de qua monasterium administratur in rebus divinis, et omne vinum illic natum tenentur cmethones inducere ad monasterium. Item ducturas tenentur facere absque die. Confinat cum altera Kamyen plebani et cum tertia Kamyen Jacobi de Conyeczpolye, item cum praediis altaristarum de Sancto Petro. Huius villae aliquot sortes Marcus comes de domo Griffonum dedit monasterio, dux Lestko Albus duodecim sortes adiunxit, abbas Martinus a Floriano et Voliskone terram quandam comparavit, dux Boleslaus Pudicus duas sortes donavit.

Lukawa, villa habens in se ecclesiam parochialem, Sanctae Catherinae dicatam, et ad pontem Nyewyerszin supra fluvium Lukawa sita, cuius proprietas et dominium ad abbatem Wanchoczensem pertinet. In qua sunt viginti quatuor lanei, et quilibet solvit per quatuordecim grossos pro censu, item sex choros siliginis seminant pro hyeme, de grano curiae; item sex avenae etiam seminant pro vere, et omnia disponunt et conducunt. Item pro vere duos dies aratro, item duos dies arpicant, item unum diem falcastrant. Item in aggeribus in Stodoly laborant et habent locum alias *przanslo*, quem tenentur reformare, quoties destruitur. Item sternere tenentur fluvium Lukawa et pontem in Nyewyerszin mosth. Item sunt ibi duae tabernae habentes agros, quae solvunt unam marcam et decimam plebano in Lukawa. Item tabernatores tenentur falcastrare pratum, sed cuilibet tenentur dare unam de curia sexagenam siliginis, et aliam tritici. Item post omnes agros cmethonum datur decima manipularis monasterio in Wanchoczsko, cuius valor aestimatur ad viginti marcas. Item sex iuncturas canapi. Item pro *osszyep* dantur regi quatuor chori siliginis et octo tritici mensurae confertae. Item habet ibi plebanus tres laneos liberos, et duo prata. Item dant cmethones plebano tres choros siliginis et tres avenae aequalis. Item habet plebanus unam tabernam habentem agros, quae solvit unam sexagenam, et decimam dat plebano de suis agris. Item est ibi una hortulania plebani, habens agros, quae nihil solvit, sed unum diem pedester laborat, et decimam solvit plebano. Item ducturas non faciunt, solum vinum ducunt ex Kamyen in Lysszow. Confinat cum villis: Wilczice, Sobothka, Garbow, Golkowicze, Oczin, Radostky, ubique *uyasdy*.

Szulkowicze, villa sub parochia de ...... sita, cuius proprietas ad monasterium in Wanchoczsko pertinet, cuius portionem Swyanczaka donavit monasterio, aliam portionem Cusma frater suus vendidit monasterio, residuam vero Petrus filius Johannis pro anima fratris sui Przybislai monasterio contulit. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet

solvit , ..., item ova, item gallos, item caseos; item labor, item *powaba*, item *osszyep*, item taberna, item hortulani, item praedium, item molendinum. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro . . . . . Confinat . . . . . Alienata est a monasterio, et ignoratur quomodo.

RADOMYCZE, villa sub parochia de Liszow sita, cuius proprietas ad monasterium in Wanchoczsko pertinet, quam Boleslaus Pudicus Poloniae regni dux et monarcha, cum genitrice sua Grzimislawa et Thomka eiusdem villae haerede, donavit cum omni iure monasterio Wanchoczensi. In qua sunt novem lanei cmethonales, et quilibet solvit per fertonem, unus tantum solvit quatuor decim grossos, item triginta ova, item duos gallos, item caseos. Item laborant unam diem in septimana quilibet de laneo, proprio curru aut aratro, item *powabam*, item *osszyep*. Item tabernae duae habentes agros, una solvit unam marcam, altera tres fertones, item hortulani, item praedium ibi est coenobiale, de cuius agris monasterium decimam tollit pro se. Item molendinum non est ibi, sed piscina. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem, pro monasterio in Wanchoczsko, et valor eius aestimatur ad octo marcas. Item ducturas faciunt absque die. Confinat cum Morawicza.

OPPAN, MARZYSZ nunc vocatur, villa sub parochia de Lysszow sita, quam Mirogneus filius Michaelis monasterio Wanchoczensi donavit. In qua sunt quinque lanei cmethonales, et quilibet solvit per unum fertonem pro censu, item triginta ova, item duos gallos, item caseos. Item labores non faciunt aliquos in septimana, sed tantummodo adiutoria, item *powabam*, item *osszyep*, item taberna, item hortulani; item praedium ibi non est; item molendinum est ibi coenobiale, quod solvit pro censu sedecim scottos. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro monasterio Wanchoczensi, et valor eius aestimatur ad sex marcas. Item scoltetia est ibi, habens duos laneos, de quibus decimat . . . . Confinat cum . . . .

ZALYESSZYCZE, villa sub parochia de Wyrzbicza sita, cuius proprietas ad monasterium Wanchoczense pertinet. In qua sunt sex lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu unum fertonem, item triginta ova, item quatuor gallos, item caseos duos. Item laborat quilibet de laneo unum diem in septimana, proprio curru aut aratro. Item *powabam* laborant duplicem, pro vere scilicet et hyeme. Item *osszyep* solvunt, quilibet de laneo octo choros avenae et quatuor siliginis. Item tabernae duae habentes agros, quarum una solvit pro censu unam sexagenam, altera unam marcam. Item hortulaniae quatuor, et quaelibet solvit tres grossos, et unum diem in septimana laborat. Item praedium est ibi optimum coenobiale, de cuius agris

monasterium Wanchoczense tollit decimam. Item molendinum non est. Item omnes agri villae solvunt decimam manipularem, et canapalem per sex *kittas*, et conducunt eam pro monasterio Wanchoczensi, et valor eius aestimatur ad quinque marcas. Confinat cum Wyrzbicza.

Rzeczkow, villa sub parochia de Wyrzbicza sita, cuius proprietas ad monasterium Wanchoczense pertinet. In qua sunt quindecim lanei cmethonales, et quilibet solvit per unum fertonem, item triginta ova, item duos caseos, item quatuor gallos, item laborat quilibet unam diem in septimana, proprio curru aut aratro. Item *powabam* duplicem laborant, pro vere et pro hyeme. Item *osszyep* solvit quilibet, de laneo octo choros avenae et quatuor siliginis, item taberna, item hortulani. Item praedium ibi coenobiale non est aliquod. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem, et canapalem per quatuor ierugas, pro ecclesia parochiali in Wyrzbicza, et valor eius aestimatur ad quindecim marcas. Item molendinum non est in eadem villa. Item scoltetia est ibi unita cum scoltetia villae Wirzbicza. Confinat cum Lyepyennicza utraque, Dambrowka, Ruda, et Wirzbicza.

Wasznyow, oppidum habens in se ecclesiam parochialem ligneam, et huius oppidi proprietas, et ecclesiae parochialis iuspatronatus, pertinet pleno iure ad monasterium Wanchoczense. In quo sunt lanei oppidanorum, et quilibet solvit ..... Item omnes agri oppidi solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem, pro monasterio Wanchoczensi, et valor eius aestimatur ad decem marcas. Oppidum olim monasterii de Czirwyensko, ordinis canonicorum regularium Ploczensis dioecesis, sed per commutationem, venit in sortem monasterii Wanchoczensis; datis enim ..... Confinat cum Podolye, Zayanczkowicze, Wilkoczin.

Rogowa, villa sub parochia de Wyrzbicza sita, cuius proprietas ad monasterium de Wanchoczsko pertinet. In qua sunt duo lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu per unum fertonem, item ova, item gallos, item caseos; item labor, item *powaba*, item *osszyep*, item tabernae, item hortulaniae; item praedium coenobiale est in eadem villa, de cuius agris ....., item molendinum ..... Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem, et canapalem per sex ierugas, pro monasterio Wanchoczensi, et valor eius aestimatur ad .... marcas. Confinat cum ....

Yagodne, villa sub parochia de Myrcz sita, cuius proprietas ad monasterium de Wanchoczsko pertinet. In qua sunt lanei sex cmethonales, et quilibet solvit per unum fertonem, item ova triginta, item gallos quatuor, item caseos duos. Item laborat quilibet unum diem in septimana de laneo, proprio curru aut aratro. Item *powabam* duplicem laborant, pro vere scilicet et hyeme. Item solvit quilibet *osszyep*, de laneo octo coros avenae

et quatuor siliginis; item tabernae, item hortulaniae. Item praedium coenobiale non est in eadem villa; item molendinum. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem, et canapalem per sex ierugas, pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad duas marcas. Item scoltetia est in eadem villa, quae habet duos laneos, de quibus decima solvitur ecclesiae in Myrcz. Confinat cum Stbyow, Byeskow, Mirzcz et Gadka.

Jezow, villa sub parochia de Wasznyow sita, cuius proprietas pertinebat olim ad monasterium de Wanchoczsko. In qua sunt octo lanei cmethonales, et quilibet solvit mediam marcam, triginta ova, duos gallos, unum curru aut proprio aratro diem in septimana laborat. Item praedium non est, non sunt tabernae, neque hortulaniae. Item sunt ibi duae piscinae, sed molendinum non est. Item omnes agri villae solvebant et conducebant decimam manipularem et canapalem pro monasterio in Wanchoczsko, et valor eius aestimatur ad duodecim marcas. Hanc villam cum omni iure et proprietate, et cum iure decimae, cambivit et permutavit Nicolaus Rziga abbas tunc Wanchoczensis, de consensu sui conventus, et a magistro Michaele abbate tunc et conventu Sanctae Crucis Calvi Montis, recepit villam Mnischek cum decima. Alienata et data per commutationem Mniszek, a monasterio.

Mnyszek, villa habens in se ecclesiam parochialem ligneam, cuius olim proprietas ad monasterium Sanctae Crucis Calvi Montis pertinebat, cum iure decimae manipularis, et cum omni villae integritate. Nunc vero data villa Yeszow, cum iure decimae manipularis, et omni integritate monasterio Sanctae Crucis, villa Mnyschek, ob vicinitatem et propinquitatem, venit in proprietatem monasterii Wanchoczensis. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit ...., item ova triginta, item duos gallos, item caseos; item labor, item *powaba*, item *osszyep*, item tabernae, item hortulani. Item praedium est coenobiale cum curia, de cuius agris non solvunt alicui decimam, sed eam pro se tollunt, et in horreum suum inducunt. Item omnes agri villae solvunt nunc et conducunt decimam manipularem et canapalem, pro monasterio in Wanchoczsko, qui eam olim pro monasterio Sanctae Crucis solvebant, et valor eius aestimatur ad sex marcas. Item est ibi molendinum in flumine ......, quod pro praeposito metretas solvit. Confinat cum .....

Gathka, villa sub parochia de Myrcz sita, cuius proprietas ad monasterium de Wanchoczsko pertinet. In qua sunt octo lanei cmethonales, et quilibet solvit per unum fertonem annis singulis pro censu, item ova triginta, item gallos duos, item caseos duos; item labor, item *powaba*, item *osszyep* solvit quilibet, de laneo octo choros avenae et quatuor siliginis;

item tabernae, item hortulani, item praedium coenobiale, item scoltetia, item molendinum. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem, et per sex ierugas canapalem, pro monasterio Wanchoczensi, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Medietas autem villae de agris novis, solvit decimam manipularem pro episcopo Cracoviensi. Confinat cum Myrzecz, Grzybowa gora, Jagodne.

Ostrow, villa sub parochia ecclesiae de Trzesznya sita, cuius proprietas ad monasterium Wanchoczense pertinet. In qua sunt sex hortulaniae cmethonales habentes agros, et quaelibet solvit pro censu unum fertonem. Item quilibet cmetho de hortulania laborat unum diem pedester in septimana, itinere et labore pedestri. Item non solvunt ova, neque caseos, neque avenam. Item non laborant *powabam*. Item quilibet solvit unum caponem. Item non est ibi praedium, non sunt tabernae, neque hortulaniae. Item omnes agri praedictarum sex hortulaniarum, qui aestimantur ad sex laneos largos, solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro vicaria praebendae Sandomiriensis; quae appellatur Mydlowska, cuius valor aestimatur ad duas marcas, aliquando ad quatuor, aut quinque. Confinat cum Nabrzeszye et Trzesznya.

Grzybowa gora Lyaszkowa Wolya, villa sub parochia ecclesiae de Myrcz sita, cuius proprietas ad monasterium Wanchoczense pertinet. In qua sunt duo lanei aut quatuor cmethonales, et quilibet solvit per unum fertonem, item ova triginta, item gallos duos, item caseos, item *powabam*, item labor, item *osszyep*, item taberna, item hortulani, item molendinum. Item praedium non est coenobiale in eadem villa. Item scoltetia est, habens duos laneos, in eadem villa, et facit scoltetus servitia monasterio. Item post omnes agros solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro monasterio Wanchoczensi, et valor eius aestimatur ad duas marcas. Confinat cum Jagodne, Gadka, Szkarsziczsko, Parszow, Szdbyow.

Krzyszowa Wolya, sub parochia ecclesiae de Wanchoczsko sita, cuius proprietas ad monasterium Wanchoczense pertinet. In qua sunt duo tantum lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu unum fertonem, item ova triginta, item gallos duos, item caseos, item *powabam*; item labor, item *osszyep*, item taberna, item hortulani. Item molendinum et fabrica ferri est ibi et solvit pro censu decem et octo marcas. Item praedium coenobiale in eadem villa non est. Item scoltetia est, habens duos laneos, et facit scoltetus servitia monasterio. Item post omnes agros solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro plebano Wanchoczensi, et valor eius aestimatur ad duas marcas, aliquando ad quatuor. Confinat cum Lyenartow mosth, Rzepin, Dzurow.

Lypowe polye, villa sub parochia de Wanchoczsko sita, cuius proprietas ad monasterium Wanchoczense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et solvit quilibet pro censu unum fertonem, item ova triginta, item gallos duos, item caseos; item labor, item *powaba*, item *osszyep*, item taberna, item hortulani. Item praedium coenobiale non est in eadem villa; item molendinum. Item de omnibus agris villae, solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro ecclesia in Wanchoczsko, et valor eius aestimatur ..... Item est ibi scoltetia habens duos laneos, de quibus facit pro monasterio servitia, et decimam manipularem de illis solvit ecclesiae et plebano in Wanchoczsko. Confinat cum Bszino, Szkarsziczsko, Parsszow, Sztbyow.

Wolycza, villa sub parochia de Mnischek sita, cuius proprietas ad monasterium Wanchoczense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu unum fertonem , item ova triginta, item gallos duos, item caseos; item labor, item *powaba*, item *osszyep;* item tabernae non sunt, item hortulaniae non sunt, neque praedium, neque molendinum. Item omnes agri villae decimam manipularem et canapalem solvunt, et conducunt pro ecclesia parochiali in Mnischek, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Confinat cum .....

Polyany, villa sub parochia de Wyrzbicza sita, cuius proprietas ad monasterium Wanchoczense pertinet. In qua sunt octo lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu unum fertonem, item viginti ova, item quatuor gallos, item duos caseos. Item laborat quilibet de laneo unum diem in septimana, proprio curru aut aratro. Item *powabam* utramque laborant, pro vere videlicet et hyeme. Item cmethones foenum omne tenentur falcastrare, rastrare et disponere. Item quilibet de laneo solvit ratione *osszyep*, duos choros tritici, sex avenae, quatuor siliginis. Item sunt ibi quinque tabernae, habentes agros, et quaelibet solvit mediam marcam. Item hortulaniae quinque habentes agros, et quaelibet solvit tres grossos, et laborat diem unum. Item scoltetia est ibi, quae habet duos laneos et duas tabernas, et solvit ei quaelibet mediam marcam. Item omnes agri villae et scoltetiae, solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro monasterio Wanchoczensi, et valor eius aestimatur ad decem marcas. Item praedium est coenobiale, de cuius agris monasterium Wanchoczense tollit decimam. Confinat cum Pakoslaw, Wirzbicza, Osszini.

Osszyny, villa sub parochia de Mirzcz sita, cuius proprietas ad monasterium Wanchoczense pertinet. In qua sunt duo tantummodo lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu unum fertonem, item ova viginti, item gallos quatuor, item caseos duos. Item laborat quilibet unum diem in septimana, proprio curru aut aratro de laneo. Item *powabam* utramque laborant,

pro vere videlicet et hyeme. Item ratione *osszyep*, quilibet de laneo s[olvit] duos choros tritici, sex avenae, quatuor siliginis. Item una taber[na] habens agros, quae solvit pro censu mediam marcam. Item hortulania u[na] solvit tres grossos. Item praedium est in eadem villa, de cuius agris mon[a]sterium Wanchoczense tollit pro se décimam. Item molendinum. Item omn[es] agri villae solvunt decimam manipularem et canapalem monasterio Wa[n]choczensi, et valor eius aestimatur ad .... Confinat cum Polyan[i], Pakoslaw, Wyrzbicza, Pomorzani.

Pomorzany, villa sub parochia de Wyrzbicza sita, cuius propriet[as] ad monasterium Wanchoczense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, e[t] quilibet solvit pro censu unum fertonem, item ova viginti, item gallos qua[tuor], item caseos duos. Item laborat quilibet unum diem in septimana de laneo, proprio curru aut aratro. Item *powabam* utramque laborant, pro vere videlicet et hyeme. Item pro *ossyep* solvit quilibet duos choros tritici, sex avenae, quatuor siliginis. Item sunt duae tabernae habentes agros, et quaelibet solvit mediam marcam; item hortulaniae non sunt. Item praedium non est coenobiale, item molendinum. Item omnes agri villae solvunt decimam manipularem et canapalem pro monasterio Wanchoczensi, et valor eius aestimatur ad ..... Confinat cum Pakoslaw, Wyrzbicza, Osszyni.

Łączany, villa sub parochia ecclesiae de Wyrzbicza sita, cuius proprietas ad monasterium Wanchoczense pertinet. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu unum fertonem, item ova viginti, item gallos quatuor, item caseos duos. Item laborat quilibet de laneo unum diem in septimana, proprio curru aut aratro. Item *powabam* utramque laborant, pro vere videlicet et hyeme. Item pro *osszyep* solvit quilibet duos coros tritici, sex avenae, quatuor siliginis. Item est una taberna habens agros, et solvit unam marcam pro censu. Item hortulania ibi una, solvit tres grossos. Item praedium coenobiale non est; item molendinum. Item omnes agri villae solvunt decimam manipularem et canapalem pro monasterio Wanchoczensi, et valor eius ad quatuor marcas. Confinat cum Pomorzani, Wyrzbicza, Pakoslaw, Polyani, Ossziny.

Modrzewycze, villa śub parochia de Śkarzeszow sita, cuius proprietas ad monasterium Wanchoczense pertinet. In qua sunt duodecim lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu unum fertonem, item ova viginti, item gallos quatuor, item caseos duos. Item laborat quilibet de laneo unum diem in septimana, proprio curru aut aratro. Item *powabam* utramque laborant, pro vere videlicet et pro hyeme. Item pro *osszyep* quilibet de laneo solvit duos choros tritici, sex avenae, quatuor siliginis; item taberna, item hortulani, item praedium coenobiale, item molendinum. Item omnes agri villae solvunt decimam manipularem et canapalem, et conducunt eam pro

monasterio Wanchoczensi, et valor ad duodecim marcas. Item scoltetia est ibi, habens duos laneos, et facit servitia monasterio. Confinat cum Szkarzeszow, Buyakow mlyn, utraque Chomątow, Goworzina.

Decimae manipulares monasterii de Wanchoczsko.

MNYSSZEK, ...

ZAYANCZKOWYCZE, villa sub parochia de Wasznyow sita, cuius proprietas ad praebendam Sandomiriensem Zayanczkowska dictam pertinet. In qua sex sunt cum medio lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Wanchoczensi, et valor eius aestimatur ad septem marcas. Item non sunt tabernae, neque hortulaniae; item molendinum est, sed non habet agros. Item est ibi praedium canonicale, in tres campos divisum, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Wasznyow, et valor eius aestimatur ad duas marcas.

GRZEGORZOWYCZE, villa habens in se ecclesiam parochialem Sancti Johannis Baptistae, lapide in colle rotunde fabricatam, cuius haeres Nicolaus Chrzanstowsky de domo Strzegomya. In qua sunt octo cum medio lanei cmethonales, item tres tabernae habentes agros, item quinque hortulaniae habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio in Wanchoczsko, et valor eius aestimatur ad duodecim marcas. Item est ibi unum praedium, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali Sancti Johannis Baptistae ibidem in Grzegorzowicze, et valor eius aestimatur ad tres marcas. Ecclesiam praefatam in Grzegorzowicze fabricavit muro Navogius haeres de Grzegorzowicze, nobilis de domo Bippennium.

RUDA, villa sub parochia de Wyrzbicza sita. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, et valor eius aestimatur ad . . . . . marcas. Item taberna, item hortulani, item praedium . . . . .

ZWOLA SARNYNA, villa sub parochia de Grzegorzowicze sita, cuius haeres Szarna de domo Bippennium. In qua sunt septem lanei cmethonales, item una taberna habens agros. Item tres hortulaniae habentes agros. Item unum molendinum habens agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio in Wanchoczsko, et valor eius aestimatur ad novem marcas. Item est ibi unum praedium militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Grzegorzowicze, et valor eius aestimatur ad duas marcas, aliquando ad tres.

Wyszoczsko, villa sub parochia de Wyszokye sita, cuius haeres Jacobus de domo Rawa. In qua sunt lanei cmethonales, et de omnibus solvitur et conducitur decima manipularis, et per sex ierugas canapalis, pro monasterio Wanchoczensi, et valor eius aestimatur ad marcas . . . . . ; item taberna, item hortulani, item praedium, item molendinum, ...

Swynyow, villa sub parochia de Wyszokye sita, cuius haeres Jacobus et Nicolaus fratres de domo Rawa. In qua sunt lanei cmethonales, et de omnibus solvitur et conducitur decima manipularis, et per sex ierugas canapalis pro monasterio Wanchoczensi, et valor eius aestimatur ad . . . . marcas. Item taberna, item hortulani, item praedium, item molendinum.

Jankowicze, villa sub parochia de Wyszokye sita, cuius haeres Sylvester de domo Rawa. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis, et per sex ierugas canapalis, pro monasterio Wanchoczensi, et valor eius aestimatur ad . . . . marcas. Item taberna, item hortulani, item molendinum, item praedium est ibi unicum, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Wysszokye.

Sdzechow, villa sub parochia de Wyszokye sita, cuius haeres Jacobus Szdzechowsky de domo Rawa. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis, et per sex ierugas canapalis, pro monasterio Wanchoczensi, et valor eius aestimatur . . . . ad marcas. Item taberna, item hortulani, item molendinum, item praedium.

Szdzechowycze, villa sub parochia de Wyszokye sita, cuius haeredes . . . . de armis Rawa. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis, et per sex ierugas canapalis, pro monasterio Wanchoczensi; item taberna, item hortulani, item molendinum, item praedium . . . . . .

Szdzechowek, villa sub parochia de Wyszokye sita, cuius haeres Jacobus de domo Rawa. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis, et per sex ierugas canapalis, pro monasterio Wanchoczensi, et valor eius aestimatur ad . . . . . . marcas. Item tabernae, item hortulaniae, item molendinum, item praedium.

Zemakowycze, villa sub parochia de Wyszokye sita, cuius haeredes de armis Rawa . . . . . In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis, et per sex ierugas canapalis, pro monasterio Wanchoczensi, et valor eius aestimatur ad . . . . marcas. Item tabernae, item hortulani, item molendinum, item praedium.

Czyepla, villa sub parochia de Wyszokye sita, cuius haeredes Petrus Dzyk de domo Dolywa, et Zegotha haeres de..... In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Wanchoczensi, et valor eius aestimatur ad .... marcas Item taberna, item hortulani, item praedium militare est unum, de quo solvitur decima manipularis ecclesiae in Wiszokye.

Oransko, villa sub parochia de Kowalye sita, cuius haeres Jacobus Starosyedlsky nobilis de domo Habdank. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis, et per quatuor ierugas canapalis, pro monasterio Wanchoczensi, et valor eius aestimatur ad .... Item est ibi unus campus, qui dicitur Zarnowiska, de quo solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Wyrzbicza. Item sunt ibi quatuor tabernae, habentes agros, de quibus solvitur decima manipularis monasterio Wanchoczensi in *gonithwam*. Item hortulaniae, item praedium militare est ibi unum, de quo solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Cowalye.

Guzow, villa sub parochia de Cowalye sita, cuius haeres Petrus Dzyk nobilis de domo Dolywa. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro monasterio Wanchoczensi, et valor eius aestimatur ad octo marcas, item taberna, item hortulani. Item praedium est ibi unicum militare, de quo decima manipularis solvitur pro ecclesia in Kowalye.

Golabyowska Wolya, villa sub parochia ecclesiae de Nova Radom sita, cuius proprietas et dominium ad consules et oppidum Novae Radom pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et canapalis, et conducitur pro monasterio Wanchoczensi, et valor eius aestimatur ad viginti quatuor marcas. Item non est in eadem villa praedium aliquod, item non sunt tabernae, item non sunt hortulaniae, item non est molendinum.

Mlodoczin, villa sub parochia de Kowalye sita, cuius haeres Nicolaus alias Nikel Mlodoczsky de armis Polukozya. In qua sunt sex lanei cmethonales, et de omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro monasterio Wanchoczensi, et valor eius aestimatur ad se marcas. Item sunt ibi quinque tabernae. Item quatuor hortulaniae, sed non habent agros. Item sunt tria praedia militaria, de quorum agris omnibus solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Kowalye.

Thichow, villa sub parochia de Wanchoczsko sita, cuius proprietas et dominium ad episcopum Cracoviensem pertinet. In qua sunt undecim lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Wanchoczensi, et valor eius aestimatur

ad octo marcas. Item taberna est una, habens medium laneum, et solvit decimam monasterio Wanchoczensi in *gonytwam*. Item hortulaniae non sunt, item molendinum non est, item praedium non est.

Bankow, villa sub parochia de Wyszokye sita, cuius haeres Nicolaus Bankowsky nobilis de domo ..... In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Wanchoczensi, et valor eius aestimatur ad ...... Item taberna, item hortulani, item praedium.

Strzalkow, villa sub parochia quantum ad haeredes et milites in Mnischek, quantum vero ad cmethones in Kowalska Wolya sita, cuius haeredes .... In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Wanchoczensi, et valor eius aestimatur ad ..... Item taberna, item hortulani, item praedium. Haec decima pertinebat quondam ad ecclesiam in Mnyschek et ad monasterium Calvi Montis Sanctae Crucis; sed per commutationem villae Yeszow pro villa Mnyszek, abstracta est ab ecclesia pro monasterio Wanchoczensi.

Lyaszyska, villa sub parochia de Mnyszek sita, cuius haeres Nicolaus Orlik de domo Nyeczuya. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro monasterio Wanchoczensi, et valor eius aestimatur ad sex marcas; item taberna, item hortulani, item praedium. Item decima etiam praefata pertinebat quondam ad ecclesiam in Mnyschek, et ad monasterium Sanctae Crucis Calvi Montis, sed per commutationem villae Yeszow pro villa Mnyszek, abstracta est ab ecclesia Mnyszek et adiuncta monasterio Wanchoczensi, percipitur tamen per praepositum de Mnyschek.

CLARA TUMBA alias MOGILA.

Quartum monasterium ordinis Cisterciensis in dioecesi Cracoviensi.

Licet Vislaus comes de Prandoczin, filius Prandothae, a cuius nomine Prandoczin nomen accepit, monasterium ordinis Cisterciensis in praefato villagio Prandoczin fundare inchoasset, et monasterio praefato de patrimonio suo quatuor villas, videlicet praefatam Prandoczin, item Kaczowicze, Zakowicze, et Janusszowicze in circuitu Prandoczin sitas, in dotem consignasset, ecclesiae quoque parochialis in Prandoczin decimas manipulares insigniores eidem coenobio, cuius aedes primum apud Kaczicze erecta humili structura fuerat, appropriare procurasset,

Ivo tamen Cracoviensis episcopus, eiusdem Vislai comitis cognatus et propinquus, et ex eadem nobilitate et familia Odrowansch ingenuam ducens stirpem, antidono excedenti illi respondens, dotemque monasterio praefato per illum datum villis suis patrimonialibus, videlicet: Konska, Stari Odrowansch, Goszian, Nyeszwyenye, Modlyszowicze, Kazanow et Popow, crassa vicissitudine recompensans, ipsum Vislaum et filium suum Dobeslaum, praefatarum villarum perpetuum reliquit haeredem, ius fundationis, dotationis et patronatus, praemiumque retributionis aeternae monasterii praefati, ipso Vislao comite cedente et consentiente, in se suscepit, sibique perpetue appropriavit. Hic itaque Ivo Cracoviensis episcopus monasterium praefatum in Prandoczin ampliori dote, cum prior parum sibi sufficiens et tenuis videretur, insigniturus, anno Domini 1222. pontificatus sui anno quarto, quaedam bona et introitus in illud confert iure patroni, quaedam vero iure episcopali, et iure quidem episcopali capitulo consentiente, de quinquagesima episcopatus sui, donat illi viginti marcas puri argenti, et viginti modios episcopales in grano, de quibus ne in posterum posset differentia cavillationis suboriri, viginti modios episcopales in grano, in decimis certis et fixis, mensae suae episcopalis in villis, videlicet Januszowicze, Szmrokowa, Wanszirow, Chelowicze, quae in grano de viginti modiis episcopalibus annis singulis episcopali mensae ratione decimae; item decimas manipulares in villis Monyaczkowicze, Lankawa Jacobi, Lankawa Martini, Przysznyow, Clemenczicze et Koprzywnicze, quae de viginti marcis puri argenti episcopali mensae pro decima annis singulis respondebant, in sortem unam in terra Sancti Venczeslai vicinam, claustro erigendo, assignabat, iure vero patroni in villa Prandoczin, ius patronatus trium praebendarum, fructus vero et introitus earum iure episcopi in dictum monasterium transfert. Item villam, praedium et haereditatem paternam Mogilam supra fluvium Dlubnyam sitam, cum omni proprietate et dominio, item fontem salis ad eum iure haereditario pertinentem, perpetua donatione resignat, per monasterium perpetuo possidenda. Pro aedificiis vero et officinis, quibus domus coenobialis indiget, infra triennium, trecentas marcas puri argenti, quadraginta boves, quadraginta vaccas, trecentas oves, cum totidem foetibus, viginti tres salis, quadraginta urnas mellis, sexaginta modios episcopales, centum ligaturas ferri se daturum, si vita interim frueretur, spopondit et inscripsit. Videns autem prope villam Mogilam locum aptiorem pro monasterio fore, priori loco neglecto, monasterium novum in pratis villae praefatae Mogila locat, erigit et anno Domini 1226. de consilio et ratihabitione sui capituli Cracoviensis, monasterium de Kaczicze transferens, monasterium novum in Mogila prope fluenta Vislae ad locum uberem et multis commoditatibus refertum

fundat, nonnullasque decimas manipulares mensae episcopalis in oppido Dobschicze, item in villa Winari, villisque aliis circum Dobschicze situatis, quas inferius describemus, capitulo Cracoviensi consentiente donat, ecclesiamque partim ex dolata petra, partim ex cocto latere rara venustate fabricat. Item et eidem monasterio in Mogila ecclesiam parochialem Sancti Bartholomaei de Mogila, extincto eius titulo, et cura animarum in ecclesiam parochialem in Pleschow sibi vicinam una cum parochia Mogilnensi transfusa, adiungit, et omnes eiusdem ecclesiae Sancti Bartholomaei proventus et decimas monasterio Mogilensi unit et incorporat. Item et coenobium pro fratribus et cellis ac mansionibus fabricat, villamque paternam suam et avitam Michalow eidem monasterio adiungit; et quamvis patrui, fratres, nepotes et consangvinei praefati Yvonis episcopi Cracoviensis, videlicet Saulus et Sando filii comitis Dobeslai et patruelis eorum Dobeslaus, filius Vislai haeredes de Prandoczin, et Crzeslaus, Prandotha, Petrus, Paulus filii comitis Sandonis et Matthaeus, Jaroslaus, Sando, Mykul, Iwan filii comitis Iwan et comitis Miloslawi, fratres Iwonis, fundationem, erectionem et dotationem monasterii praefati in Mogila per Ivonem episcopum factam, enervare magno studio conarentur, et in laesionem eius diversis uterentur machinamentis, asserentes haereditates et villas eidem monasterio ab Ivone episcopo Cracoviensi in dotem concessas et inscriptas, velut eas, quae morte Ivonis episcopi sequuta, ad se iure successionis devolvendae erant, in sortem monasterii transferri et inscribi iure polonico non posse, anno tamen Domini 1231. quinto Kalendarum Octobris, ab omni lite, differentia et controversia cessarunt, abdicantes se et renuntiantes omni proprietati, titulo et ditioni et iuri, si quod illis in villis et haereditatibus praefatis quomodolibet competebat, suscipientes bona praefata et villas in eorum protectionem, tutelam atque defensam. Monasterii autem praefati de Mogila caeteris abstractis et alienatis, hae habentur villae, hique introitus, redditus et proventus, quaeque ne a monasterio de Mogila possint processu temporis abstrahi, abrumpi et alienari, eas in registro praesenti, qua potuimus studiosiori cura conscripsimus, pro memoria sempiterna.

Monasterium Mogila a vico Mogila non longe a monastèrio sito, vocabulum trahens, cognomen autem vico praefato dedit mons artificialiter in piramidis modum factus, villae illi imminens, in quo Vanda regina Poloniae filia Gracci a quo Cracovia appellationem sortita est, asseritur a veteribus, postquam se Diis immolando in fluvium Istulam praecipitasset, ab undis suffocata illuc usque lubrico amne devecta, fuisset sepulta; Poloni enim tumulum mortuorum *mogilam* suo idiomate appellant. Appellatur etiam monasterium praefatum Clara Tumba, quod illi nomen latina

indidit, situm in pratis et quadam valle ad fluenta Istulae prospectante, quae monasterio et amaenitatem et ligna necessaria ad focos subministrat. Tractus autem est fluvius Dlubnya de haereditate Byenczicze sumptus, et aggeribus coartatus, usque ad monasterium pro una parte deductus, pro alia vero parte in piscinam laboriose et industriose iuxta monasterium fabricatam, cavato monte arduo immissus, plures etiam alias piscinas arte in circuitu monasterii conditas, rigans; molendinum etiam intra septa monasterii, et aliud ad serrandum asseres conficiens, pluresque alias monasterio Clarae Tumbae conferens commoditates. Sumpti autem sunt fratres de monasterio Lubensi, et ad novum monasterium Clarae Tumbae per Ivonem episcopum Cracoviensem introducti. Fuitque autem monasterii Mogila primus abbas pater Petrus de Lubens, qui monasterium illud optima religione instituit; nec obscuriores fuerunt sui successores, quorum omnium usque ad hunc qui nunc praeest subnectemus nomina. Omnibus enim aliis monasteriis Cracoviensis dioecesis, et ut verius eloquar, totius regni Poloniae, suorum patrum segni oblivione abolentibus nomina, id unum caetera ea prosperitate suppergressum, ea in diem hanc concinavit.

Mogila, villa habens parochialem in se, Sancto Bartholomaeo Apostolo dicatam, ligneam, iuxta fluvium Dlubnya sita, cuius proprietas ad monasterium Clarae Tumbae pertinet. In qua sunt quatuordecim lanei cmethonales, et quilibet solvit ...... item ova, item gallos, item caseos. Item laborant duos dies in septimana, proprio curru aut aratro. Item laborant *powabam*. Item *osszyep* non solvunt. Item est ibi una taberna habens agros, et solvit una in strata publica octo marcas, altera sex marcas. Item hortulaniae, item praedium coenobiale, de cuius agris monasterium tollit decimam et nulli de illa respondet. Item molendinum unum in flumine Dlubnya et solvit... Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro monasterio Mogilensi, et valor eius aestimatur ad quindecim marcas. Donata monasterio per Ivonem episcopum Cracoviensem. Confinat cum Pleschow, Crzeslawicze, Byenczicze.

Dambye, villa sub parochia de Mogilya sita, cuius proprietas ad monasterium Clarae Tumbae pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit ..., item ova, item gallos, item caseos; item labor item *powaba*, item *osszyep*, item taberna, item hortulani, item praedium, item molendinum. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro monasterio Mogilensi, et valor eius aestimatur ad duodecim marcas. Vendita per Nicolaum abbatem consulatui Cracoviensi, et pro illis pecuniis monasterium Mogilense emit villam Lang. Confinat cum Mogila, Czirziny, Lang, Glambinow.

Czyrzyny, villa sub parochia de Mogilya sita, cuius proprietas ad

monasterium Mogilense pertinet. In qua sunt septem lanei cmethonales, et quilibet solvit unam marcam, item ova sexaginta, item gallos, item caseos. Item taberna habens agros, et solvit pro censu tres marcas. Item taberna alia iuxta pontem habens agros, solvit pro censu duodecim marcas, et duodecim capones. Item omnes cmethones villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro monasterio in Mogila, et valor eius aestimatur ad octo marcas.

Fons Salis in Magno Sale, id est in Wyeliczka oppido, ubi sales effodiuntur. Non habet autem monasterium Mogilense a multis annis huiusmodi fontem salis, dudum ab eo alienatum. Habet tamen in oppido Wyelyczka quatuor macella carnificum, quae forte in recompensam salis ibi habiti, monasterio consignata sunt. Item habet quatuor bancos salis grossi, et duodecim mensuras minuti, quae utraque monasterio Mogilae Vladislaus... Poloniae rex in eleemosynam perpetuo donavit.

Prandoczin, villa parochialem ecclesiam lapide quadro et opere vetusto fabricatam habens in se. In qua quondam comes Prandotha de domo Odrowansch monasterium Cisterciensium inchoaverat fundare, cuius proprietas ex donatione Ivonis ad monasterium Clarae Tumbae pertinet. In qua sunt quinquaginta lanei cmethonales, et solvit quilibet duodecim cum medio scottos grossorum bohemicalium, item ova sexaginta; item caseos non dant, item gallos seu capones non solvunt. Item laborant sex dies in anno pro monasterio. Item *powabam* non laborant, sed *rugowe*, ita quod quilibet hospes de minimo agro tenetur metere quinque diebus in messe. Item *osszyep* quatuor mensuras tritici, quatuor mensuras siliginis, et quatuor mensuras avenae, quae ad monasterium debent deduci. Item tabernae duae habentes agros, una solvit quinque marcas, alia tres marcas, octo scottos, et plebanus tollit pro lumine paschali tertium denarium, videlicet unam marcam et sedecim scottos. Item quaelibet taberna unum lapidem sepi. Item hortulani. Item praedium unum, de cuius agris soli tollunt ex scoltetia ordinatum, quam Nicolaus primus abbas pro quadringentis decim marcis latorum grossorum emit, aestimatum ad quatuordecim laneos. Item molendinum. Item de omnibus agris villae solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Mogila, et valor eius aestimatur ad quinquaginta marcas. Item plebanus habet ibi agros proprios praediales, videlicet medium laneum. Item scoltetia est ibi, habens laneum unum liberum. Item octo lanei liberi alias *wolny*, et quilibet solvit pro censu duas marcas. Item quatuor lanei, qui vocantur Powoszny, et quilibet solvit unam marcam. Item alii quatuordecim cum medio Oblowsczy, et quilibet solvit unam sexagenam. Confinat cum Kaczicze.

Kaczicze, villa sub parochia de Prandoczin sita, cuius proprietas

ad monasterium Clarae Tumbae pertinet. In qua fuerunt olim fratres Cistercienses primo collocati, et aedicula ex muro, quae et hactenus manet, fuit pro eis murata; huius villae, quae foecundam et uberem glebam habet, omnes laneos cmethonales deposuit, et antiquis praedialibus coniunctis, praedium insigne, et cui secundum difficulter reperitur, monasterium Mogilense fecit, et aliquot horreis amplis et protensis effectis, magnam vim frumentorum cuiuslibet generis illic servat et congerit, quae magis propriis colonis et aratro, quam cmethonum suffragio elaborata proveniunt. Decima etiam manipularis et canapalis villae praefatae, dum locata esset agricolis, ad monasterium Clarae Tumbae pertinebat; et ideo etiam nunc solum monasterium illam tollit, et in horreum suum inducit, et valor eius aestimatur ad viginti marcas. Lanei cmethonales ibidem sedecim, et solvit quilibet viginti scottos. Item taberna una habens agros, solvit pro censu duas marcas, item ova sexaginta, item molendinum bonum, quod solvit metretas pro monasterio, et duos porcos pro monasterio saginat. Confinat cum Prandoczin.

Pozakow, villa sub parochia de Prandoczin sita, cuius proprietas ad monasterium Clarae Tumbae pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit ...., item ova, item gallos, item caseos; item labor, item *powaba*, item *osszyep*, item taberna, item hortulani, item praedium, item molendinum. Item de omnibus agris villae solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro monasterio Mogilensi, et valor eius aestimatur ad ... marcas. Confinat ...

Prandoczin, Trusczyni, Pozakow, Cholowicze omnes istae quatuor villae pertinebant ad Prandoczin, et ad dominium et ad parochiam dictam, sed redactae sunt in unam, quae vocatur Prandoczin. Item omnes istae quatuor villae dant mensuram siliginis et mensuram avenae plebano pro mensalibus.

Janusszowycze, villa sub parochia de Prandoczin sita, cuius proprietas ad monasterium Clarae Tumbae pertinet. In qua non sunt aliqui mensurati lanei cmethonales, et quilibet solvit ...., item ova, item gallos, item caseos; item labor, item *powaba*, item *osszyep*. Item taberna una est ibi, habens agros, et solvit ......; item hortulani. Item praedium est ibi regium, de cuius agris decimatur ad monasterium Corporis Christi in Casimiria. Item molendinum est habens pratum, et solvit pro monasterio ... Item de omnibus agris villae solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio in Mogila, et valor eius aestimatur ad quinque marcas. Alienata; dominus rex habet illam. Confinat ...

Mychalowicze, villa sub parochia de Wyanczslawicze sita, cuius proprietas ad monasterium Clarae Tumbae pertinet. In qua sunt viginti

quatuor lanei cmethonales, et quilibet solvit quatuordecim scottos, item ova triginta, item gallos quatuor, item caseos duos; item labor, item *powaba*, item *osszyep;* item tabernae duae habentes agros, una solvit sex marcas, altera octo marcas. Item hortulaniae septem. Item praedium coenobiale, de quo pro se tollit decimam. Item molendina duo in flumine Dlubnya. Item de omnibus agris villae solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praebenda Cracoviensi, quae vocatur Czechowska, et valor eius aestimatur ad triginta marcas. Alienata; praepositus et monasterium Myechoviense tenet eam. Confinat cum ...

Sprowa, villa sub parochia de Sczekoczini sita, cuius proprietas pro una medietate ad monasterium Clarae Tumbae pertinet. Hanc villam sub tempore recenti et nostra aetate, Andreas Odrowansch palatinus et capitaneus Leopoliensis, contulit donatione perpetua monasterio Clarae Tumbae. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit ..., item ova, item gallos, item caseos; item labor, item *powaba*, item *osszyep*, item tabernae, item hortulani. Item praedium est ibi bonum, de cuius agris solvitur decima pro ecclesia in Sczekoczini. Item molendinum non est. Item de omnibus agris villae solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro .... Vendita est per monasterium anno Domini 1475 Pyenyaszek de Gywanowicze, pro trecentis quinquaginta marcis, et pro huiusmodi pecunia villa Oppathkowicze empta est pro monasterio Mogilensi.

Stronysszow, villa sub parochia de Gdow sita, cuius proprietas ad monasterium Clarae Tumbae pertinet. In qua sunt quinque lanei cmethonales, et solvit quilibet per tres fertones, item ova triginta; item gallos non solvunt; item caseos duos dant; item labores non faciunt, item *powabam* non laborant; item *osszyep* solvunt, duas mensuras siliginis et duas avenae et quatuor grossos. Item est ibi una taberna habens agros, et solvit ... Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro altari Sancti Vincentii in Ecclesia Cracoviensi, et valor, eius aestimatur ad quinque marcas. Item non est in villa praefata aliquod praedium, item non sunt hortulaniae. Item est ibi naulum in flumine .... quod solvit decem marcas. Confinat cum Pleschow et Plesszowsky Brzeg.

Glewyecz, villa sub parochia de Igolomya sita, cuius proprietas ad monasterium Clarae Tumbae pertinet. In qua sunt septem lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu unam marcam, item ova sexaginta, item gallos seu capones duos, item caseos. Item laborat quilibet unum diem in septimana, proprio curru aut aratro. Item *powabam* laborant. Item *osszyep* solvunt, duas mensuras siliginis et unam avenae. Item est una taberna habens agros, et solvit duas marcas. Item hortulaniae duae habentes agros,

et solvunt ..... Item non est in villa eadem aliquod praedium coenobiale. Item omnes agri villae praefatae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem, pro praebenda Cracoviensi, quae Karnyowska appellatur, et valor eius aestimatur ad sex marcas. Confinat ...

Sandowycze, villa sub parochia de Wroczirzisz sita, cuius proprietas ad monasterium Clarae tumbae pertinet. In qua sunt triginta lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu tres fertones, item ova sexaginta, item gallos seu capones duos; item caseos non solvunt, item laborat quilibet diem unum in septimana, proprio curru aut aratro. Item *powabam* laborant duos dies. Item *osszyep* solvunt duas mensuras siliginis et unam avenae et quatuor grossos. Item tabernae tres habentes agros, et quaelibet solvit duas marcas et sedecim scotos. Item hortulaniae sex, quae non solvunt censum, sed tantummodo unum diem pedestres in septimana laborant. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem, pro ecclesia in Grodzina, et valor eius aestimatur ad triginta marcas. Item est in eadem villa praedium bonum coenobiale, de cuius agris soli tollunt decimam. Item sunt ibi duo molendina in flumine ......, et unum solvit novem marcas, aliud octo marcas cum media. Confinat cum Nyegoslawicze, Wrocirzisz, Oppathkowicze.

Wrozyenycze, villa sub parochia de Pobyednik sita, cuius proprietas ad monasterium Clarae Tumbae alias Mogila pertinet. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu unam marcam; item ova sexaginta, item gallos duos; item caseos non solvunt. Item laborant duos dies in septimana de laneo, proprio curru aut aratro. Item *powabam* laborant. Item *osszyep* solvunt, duas mensuras siliginis et unam avenae et quatuor grossos. Item hortulaniae quatuor, habentes agros, et de omnibus decimatur manipulo in Pobyednik. Item taberna, una habens agros, et solvit unam marcam. Item praedium coenobiale est in eadem villa, de cuius agris monasterium de Mogila percipit decimam. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem, ecclesiae in Pobyednyk, et valor eius aestimatur ad quinque marcas, aliquando ad duodecim. Confinat cum Carnyow, Gorka, Tropysszow, Czulicze.

Przewosz, villa sub parochia ecclesiae de Mogila sita, cuius proprietas ad monasterium Mogilae pertinet. In qua non sunt aliqui lanei cmethonales, sed hortulaniae octo, et quaelibet solvit pro annuo censu de domo, unam marcam cum dimidia, et etiam ratione piscaturae. Item ova non solvunt, item gallos non, item caseos non solvunt; item *powabam* laborant, item *osszyep* non dant. Item taberna una habens prata, solvit duas marcas pro censu. Item hortulani non sunt. Item laborant pedestres dicti hortulani, quando eis mandatur. Item praedium non est, item

molendinum non est. Item post omnes agros solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio in Mogila, et valor eius aestimatur ad duas marcas. Confinat cum Rybythwy, Wylczasze, Zledzeiowycze.

Rybythwy, villa sub parochia ecclesiae Sancti Nicolai extra muros Cracovienses sita, cuius proprietas ad monasterium de Mogila pertinet. In qua sunt octo domus, non lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu mediam secundam marcam; item ova non dant, item gallos non solvunt, item caseos non solvunt. Item laborant quando eis praecipitur. Item *powabam* laborant. Item *ossyep* non solvunt, item non est praedium, item taberna una, quae solvit pro monasterio duas marcas et habet prata. Item hortulania una solvit mediam marcam et falcastrat foenum et colligit. Item post omnes agros solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopo Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad unam marcam. Confinat cum Byezanow, Mogila, Przewosz. Haec villa empta est pro monasterio Mogilensi pro trecentis sexaginta marcis, per Petrum Lipko abbatem Mogilensem.

Lang, villa sub parochia ecclesiae de Sancto Nicolao extra muros Cracovienses sita, et ad monasterium ibidem de Mogila pertinens. In qua non sunt aliqui lanei cmethonales, sed octo domus, et quilibet solvit mediam alteram marcam; item ova non dant, item gallos non solvunt, item caseos non solvunt. Item laborant quando eis mandatur, item *powabam* laborant; item *ossyep* non dant; item taberna non est; item hortulania una, quae solvit mediam marcam, non laborat, nisi foenum falcastrat et colligit; item molendinum, item praedium non est in eadem villa. Item post omnes agros cmethonum solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopo Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad decem marcas. Item est ibi lacus Nyeczyecza, quem monasterium Koprzywniczense, dum villam Lang obtinebat, propriis sumptibus paraverat, qui ad monasterium de Mogila pertinet, ex flumine Visla derivatus. Item est rubetum dictum Ostrow. Confinat cum Czyrzini, Dambye, Mogila. Per Petrum abbatem de Mogila, a Cunrado abbate et conventu Koprzywniczensi pro quadrigentis septuaginta quinque marcis, et media area in Cracovia comparata. Villa haec primum vendita fuit consulatui Cracoviensi per Cunradum abbatem Coprzywniczensem, sed abbati Mogilensi adiudicata fuit propinquitas.

Monyakowicze, sub parochia ecclesiae de Prandoczin sita, ad monasterium Clarae Tumbae alias Mogila pertinet. In qua sunt decem et octo lanei cmethonales, et quilibet solvit de laneo per duas sexagenas, item ova sexaginta; item caseos non solvunt, item gallos seu capones quatuor. Item laborant sex dies, arando, arpicando, metendo. Item *powabam*

laborant. Item *ossyep* dant, duas mensuras avenae et unam siliginis mensurae aequalis. Item taberna una habens agros; et solvit pro censu tres marcas sex scottos. Item hortulania una habens agros, et solvit unum fertonem. Item praedium ibi coenobiale habens quatuor laneos, redactum est in cmethones, et monasterium tollit de illis pro se decimam. Item molendinum est ibi, quod dicitur Barlog, et solvit duas marcas pro censu, quod per sortes Petrus abbas, una cum sorte Monyaczkowicze pro trecentis octuaginta marcis comparavit. Item post omnes agros solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio de Mogila, et valor ad quinquaginta marcas. Confinat cum Prandoczin, Obrazowycze, et Zyelyenicze. Haec villa pro monasterio Mogilensi empta est per plures sortes per Nicolaum abbatem, pro trecentis octuaginta marcis.

Szdzyslawycze, villa sub parochia de Racziborowicze sita, cuius proprietas ad monasterium in Mogila pertinet. In qua non sunt aliqui lanei cmethonales, sed tantum decem hortulaniae, quaelibet solvit pro censu novem scottos, item ova solvunt sexaginta; item gallos non solvunt, item caseos non; item laborant quatuor hortulani in quarta septimana unum diem, proprio curru aut aratro, alii singulis diebus unam diem pedestres. Item *powabam* non laborant. Item *osszyep* solvunt, unam mensuram siliginis et alteram avenae. Item taberna una habens agros, et solvit pro censu quinque marcas. Item hortulaniae non sunt aliae, praeter sex hortulanias prius descriptas. Item molendinum unum in flumine Dlubnya, quod solvit pro censu septem marcas, aliquando duodecim marcas. Item praedium coenobiale; de cuius agris solvitur ecclesiae in Racziborowicze; item post omnes agros solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro ecclesia in Racziborowicze, et valor eius aestimatur ad sex marcas. Confinat cum villis Racziborowicze, Mistrzowicze. Haec villa per plures partes et sortes empta est pro monasterio in Mogila, per Nicolaum primum abbatem Mogilensem.

In districtu Zatoriensi.

Ryczow, villa parochialem ecclesiam Sanctae Cruci dicatam habens in se, cuius proprietas ad monasterium Clarae Tumbae pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit, sed non aequaliter, secundum quantitatem agrorum, et proveniunt in summa duodecim marcae latorum grossorum; item ova, item gallos, item caseos; item laborant *morgi* sive *iutrzyny;* item *powabam*, item *osszyep* non solvunt; item tabernae, item hortulani, item praedium est coenobiale, de cuius agris monasterium pro se tollit decimam, item molendinum. Item de omnibus agris villae solvitur pecunialis . . . , .

Hanc villam emit Przemislaus Oppoliensis dux, donavit eam dum esset sylva. Confinat cum ....

POLUWSZE, villa sub parochia ecclesiae de Riczow sita, cuius proprietas ad monasterium Clarae Tumbae pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit ...., item ova, item gallos, item caseos; item labor, item *powaba*, item *osszyep;* item taberna, item hortulani, item praedium, item molendinum. Item de omnibus agris villae solvitur .... Hanc villam emit pro monasterio Mogilensi Thomas abbas Mogilensis, pro centum viginti marcis latorum grossorum. Confinat ......

ZYGODOWYCZE, villa sub parochia de Wosznik y sita, in flumine Othuska, cuius proprietas ad monasterium Clarae Tumbae pertinet. In qua sunt quinquaginta lanei cmethonales, et quilibet solvit ....., item ova, item gallos, item caseos; item labor, item *powaba*, item *osszyep*, item taberna, item hortulani, item praedium, item molendinum, item de omnibus agris solvitur ..... Multi lanei a flumine Skawa vorati sunt. Per Theodricum abbatem Mogilensem a milite Floriano comparata. Confinat cum .....

WOSZNIKY, villa habens parochialem ecclesiam in se, Sanctae Mariae dicatam, cuius proprietas ad monasterium Mogilense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit ...., item ova, item gallos, item caseos, item labor, item *powaba*, item *osszyep*, item taberna, item hortulani, item praedium. Item molendinum in flumine Skawa situatum, quod solvit pro monasterio ...... Item de omnibus agris villae solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro scholastria Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad duas marcas latorum grossorum. Item ecclesia in Wadowicz subest ecclesiae in Wozniky, ut filia matri, de eius permissione erecta. Confinat cum ..... Empta per Stephanum abbatem de Mogila 1323.

CANTHOROWYCZE, villa sub parochia de Racziborowicze sita, cuius proprietas ad monasterium de Mogila pertinet. In qua sunt septem cum medio lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu ....., item ova triginta, item gallos quatuor, item caseos; item laborant viginti quatuor dies; item *powabam* non laborant; item *osszyep* dant, duas mensuras siliginis et unam avenae. Item taberna una, quae solvit tres marcas de censu pro monasterio, et non laborat. Item hortulani non sunt, neque praedium, neque molendinum. Item de omnibus agris villae solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro ecclesia parochiali Sanctae Margarethae in Racziborowicze, et valor eius aestimatur ad duodecim marcas. Comparata est villa ipsa pro monasterio Mogilensi, pro quadringentis marcis latorum grossorum, per Johannem abbatem ruthenum, dictum Stecheer. Confinat cum Mistrzowicze, Prussy, Byenczicze.

Wykthorowycze, villa sub parochia de Racziborowicze sita, cuius proprietas ad monasterium de Mogila pertinet. In qua unus est cmetho laneum habens, et solvit unam marcam, item ova triginta, item gallos duos, item caseos duos; item laborat unum diem in septimana, proprio curru aut aratro item *powabam* laborat; item *osszyep* solvit, duas siliginis mensuras et unam avenae. Item taberna una, quae solvit duas marcas. Item hortulani. Item praedium coenobiale, de cuius agris monasterium percipit decimam, et nulli solvit. Item molendinum non est. Item de omnibus agris villae solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro ecclesiae Cracoviensis episcopatu, et valor eius aestimatur ad septem marcas. Confinat cum Racziborowicze. Haec villa pro monasterio Mogilensi empta est per Petrum Lipko de Cracovia abbatem, pro trecentis marcis.

Dambrowka, villa sub parochia ecclesiae de Bythom sita, cuius proprietas ad monasterium Mogilense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu ...., item ova, item gallos, item caseos; item labor, item *powaba*, item *osszyep*, item taberna, item hortulani, item praedium, item molendinum. Item de omnibus agris villae solvitur ...... Item scoltetia fuit in eadem villa, sed per monasterium Mogilense empta est pro centum et decem marcis. In terra Bithomiensi. Medietas huius villae empta est per Thomam abbatem Mogilensem, pro centum viginti marcis latorum grossorum, et medietas donata monasterio in eleemosynam. Confinat cum .....

Cracovia **urbs.** In civitate Cracoviensi habet monasterium Mogilense propriam curiam latam, et propriam domum lapideam, liberam ab omni censu civili, datia, exactione et tributo, prope hospitale de Spiritu Sancto sitam.

Bochnya, oppidum parochialem ecclesiam habens in se, cuius proprietas et dominium ad serenissimum Poloniae regem pertinet, in quo sales effodiuntur. Item in oppido praefato Bochnya habet monasterium de Mogila quinque macella carnificum perpetua. Item habet monasterium de Mogila alia duo macella carnificum in eodem oppido Bochnya, per consules et cives eidem monasterio donata et solvit .... Item habet unum speciale macellum carnificum in eodem oppido, per monasterium Mogilense pecunia minuta comparatum, de quo solvuntur monasterio annuatim ..... lapides sepi. Item habet monasterium Mogilense duo alia macella carnificum, ultra omnia suprascripta, partim vendita, partim monasterio in eleemosynam inscripta et donata, partim empta. Item habet censum septimanalem octo grossorum in zuppa Bochnensi et montibus. Item habet hortum in eodem oppido Bochnensi, qui solvit pro censu unam marcam; item sex grossos latorum grossorum habet in domo civili.

Decimae manipulares ad monasterium Clarae Tumbae alias Mogila pertinentes.

Szmrokow, villa sub parochia de Maiori Czaple sita, cuius haereditas et proprietas ad monasterium et praepositum Myechoviensem, ordinis S. Sepulchri Hyerosolimitani pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et de omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad quadraginta marcas; item taberna, item hortulani, item praedium est monasterii Myechoviensis bonum, de cuius agris solvitur decima manipularis abbati et monasterio de Mogila, et valor eius ad sex marcas.

Wązyrow, villa sub parochia de Prandoczin sita. In qua sunt lanei cmethonales, et de omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Clarae Tumbae, et valor eius aestimatur ad ..... marcas. Item taberna, item hortulani, item praedium .....

Cholyewycza, villa sub parochia de Prandoczin sita. In qua sunt lanei cmethonales, et de omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Mogila, et valor eius aestimatur ad ...... marcas. Item tabernae, item hortulani, item praedium.

Monyakowicze, villa sub parochia de Prandoczin sita, cuius proprietas et dominium ad monasterium de Mogila pertinet. In qua sunt quatuordecim lanei cmethonales, et de omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Clarae Tumbae, et valor eius aestimatur ad quinquaginta marcas, item taberna una habens agros, et solvit decimam manipularem monasterio in *gonithwam.* Item hortulania una habens agros, et solvit decimam manipularem pro monasterio in *gonithwam.* Item praedium est ibi coenobiale, quod pro monasterio Mogilensi etiam decimat.

Lankawa Martini, villa sub parochia de .... sita. In qua sunt lanei cmethonales, et de omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Clarae Tumbae, et valor eius aestimatur ad ..... marcas. Item tabernae, item hortulani, item praedium ......

Lankawa Jacobi, villa sub parochia de..... sita. In qua sunt lanei cmethonales, et de omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Clarae Tumbae, et valor eius aestimatur ad .... marcas, item tabernae, item hortulani, item praedium.

Przyssznyow, villa sub parochia ecclesiae de Gorzkow sita, cuius proprietas ad episcopatum Cracoviensem pertinet. In qua sunt octo lanei cmethonales, item una taberna habens agros, de quibus omnibus solvitur et

conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Clarae Tumbae, et valor eius aestimatur ad duodecim marcas. Item hortulaniae non sunt. Item praedium non est aliquod in villa praedicta. Item molendinum non est aliquod in dicta villa.

CLYEMYENCZYCZE, villa sub parochia de ..... sita. In qua sunt lanei cmethonales, et de omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Clarae Tumbae, et valor eius aestimatur ad .... marcas. Item taberna, item hortulani, item praedium, item molendinum.

COPRZYWNICZE, villa sub parochia de .... sita. In qua sunt lanei cmethonales, et de omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Clarae Tumbae, et valor eius aestimatur ad ...... marcas. Item tabernae, item hortulani, item praedium.

......, villa sub parochia de ..... sita, cuius proprietas ad ...... In qua sunt lanei cmethonales, et de omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Clarae Tumbae, et valor eius aestimatur ad .... marcas. Item taberna, item hortulani, item praedium.

MYKULOWYCZE, villa sub parochia de Szyanyecz prope Buszko sita, cuius haeredes .... et .... fratres nobiles de domo Pyankoschky. In qua sunt undecim lanei cmethonales, item sex hortulaniae habentes agros, item una taberna habens agros; de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio in Mogila, et valor eius aestimatur ad duodecim marcas. Item sunt in eadem villa duo praedia militaria, de quorum agris solvitur decima manipularis pro ecclesia parochiali in Szanyecz. Item est ibi unum molendinum habens agros, de quibus solvitur decima manipularis ecclesiae in Szanyecz.

Decimae manipulares monasterii de Mogila, donatae de mensa episcopali et consensu capituli eidem monasterio, per Ivonem Cracoviensem episcopum, anno Domini 1226.

DOBSZYCZE, oppidum habens in se ecclesiam parochialem Sancti Johannis Baptistae, muratam, cuius proprietas et dominium ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In quo sunt triginta sex lanei oppidanorum, et de omnibus solvitur et conducitur decima manipularis pro monasterio Mogilensi, et valor eius aestimatur ad quadraginta marcas, aliquando ad quinquaginta. Item praedium est ibi regium, de cuius agris noviter extirpatis, solvitur decima ecclesiae in Dobschycze. Item sunt ibi aliqui agri in montibus, de quibus decimam percipit manipularem praebenda Cracoviensis

Goreczska. Item advocatia est ibi, sed non habet agros. Item quilibet oppidanus de laneo, tenetur ecclesiae in Dobschicze solvere mensuram siliginis, mensuram avenae, ratione *meszne*. Item plebanus ibi habet agros speciales, pro suo praedio, solvit tamen decimam manipularem de duobus suis laneis praedialibus, pro monasterio Mogilensi in *gonithwam* iure spirituali in eo conquisitam. Item decimam canapi solvunt oppidani per quatuor ierugas. Item ex compositione arbitrali et perpetua, ecclesia et plebanus in Droginya non participant aliquid de decima in Dobschycze, in quam se dicebant ius habuisse, sed monasterium Mogilense solvit eis annis singulis duas marcas et octo mensuras siliginis, et integre decimam percipit.

Wynary, villa sub parochia de Dzekanowicze sita, cuius proprietas et dominium ad serenissimum principem Poloniae regem pertinet. In qua sunt tredecim lanei cmethonales, et de omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Mogilensi et valor eius aestimatur ad tredecim marcas; et licet ecclesia et plebanus in Dzekanowicze pro decima in Vinary, monasterium Mogilense vexassent, per sententiam tamen iuris definitivam victi sunt. Item taberna est una, parvos agros habens, de quibus decimat in *gonithwam* pro monasterio. Item hortulaniae non sunt. Item quilibet de laneo tenetur ecclesiae in Dzekanowicze duos siliginis et tres avenae choros, ratione *meszne*. Item praedium est regium, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali Sanctae Mariae in circulo Cracoviensi.

Rudnyk, villa sub parochia de Dzekanowicze sita, cuius proprietas et dominium ad serenissimum principem Poloniae regem pertinet. In qua sunt quinque lanei cmethonales, et de omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Mogilensi, et valor ad septem marcas. Item tabernae non sunt, neque hortulaniae, neque praedium. Item quilibet cmetho de laneo tenetur ecclesiae in Dzekanowicze parochiali duos choros siliginis et tres avenae, ratione *meszne*.

Kamyk, villa sub parochia de Dobschicze sita, cuius proprietas et dominium ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt quinque lanei cmethonales, et de omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Mogilensi, et valor aestimatur ad quinque marcas. Item tabernae non sunt, non sunt hortulaniae, neque praedium.

Krzinky, villa sub parochia de Dobschicze sita, cuius proprietas et dominium ad serenissimum principem Poloniae regem pertinet. In qua sunt tredecim lanei cmethonales, et de omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Mogilensi, et valor eius aestimatur ad quindecim marcas. Item taberna est una scolteti, quae decimat in *gonithwam* pro monasterio. Item hortulaniae non sunt, non est praedium.

Item scoltetia est ibi, habens duos laneos, de quibus solvitur decima manipularis in *gonythwam* pro monasterio in Mogila. Item quilibet cmetho de laneo, tenetur ecclesiae parochiali in Dobschicze et eius plebano, duos choros siliginis et tres avenae.

Nomina abbatum monasterii Clarae tumbae aliàs Mogila.

Primus abbas Petrus de Lubens 1220 et 31 qui emit duas villas Zrzaszowa et Trusczin, Sedit annis 16.

Henricus 1230, sub eius regimine villa Sandowicze donata est monasterio. Sedit annis 8.

Gerardus 1244. sub eius regimine decimae de Czirzin per Prandotham episcopum donantur. Sedit annis 8.

Alexander 1250. qui emit Czirzini pro triginta tribus marcis argenti. Sedit annis 16.

Hartlippus 1266 de Cracovia, sub quo Prandotha episcopus Cracoviensis dedicando ecclesiam, donavit monasterio in Dobschicze et Vinari decimas. Sedit annis 11.

Herinamius coepit 1277. Sedit annis 6.

Engilbertus 1283, sub quo dux Przemislaus Oppoliensis donavit sylvam Riczow, pro sex mansis in Spitkowicze. Sedit annis 8.

Teodricus 1291. Sedit annis 14.

Cristannus 1315, sub quo Johannes episcopus Cracoviensis donavit bibliam in duabus partibus. Sedit annis 9.

Stephanus de Cracovia 1320, qui emit Woszniky et Zigodowicze pro monasterio, sub quo donatur medietas villae Dambrowka. Sedit annis 9 1/2.

Johannes 1339.

Nicolaus primus 1356, iste emit scoltetiam in Prandoczin pro quadringentis decem marcis latorum grossorum, et duas in Szdzislawicze sortes. Sedit annis 16.

Petrus Lipko 1376. emit sortes in Szdzislawicze, Barlog, item emit villas Ribithwi et Wictorowicze. Sedit annis 14.

Nicolaus secundus 1390; iste emit certas sortes in Monyaczkowicze, Barlog et Szdzislawicze. Sedit annis 26.

Johannes Stecher 1404. ruthenus, nobilis de armis Trium tubarum, emit Cantorowicze. Sedit annis 22.

Paulus Pachborner de Cracovia, 1426 piscinam magnam consummavit, disciplinam regularem reformavit. Sedit annis 9 1/2.

Nicolaus quartus Ederer de Cracovia, 1436 emit domum Griffnyk. Sedit annis 4.

Dominicus de Cracovia 1439. huius tempore multae villae monasterii, et signanter Kaczicze, Prandoczin limitatae. Sedit annis 4.

Thomas de Cracovia 1461. emit medietatem villae Polwszye, reacquisivit Stronyszowa, longo tempore alienatam. Sedit annis 18.

Petrus Herszbergk de Cracovia 1475, sub eo medietas Sprowae et Slanczin donata per Andream Odrowansch, palatinum Leopoliensem, qua vendita, emitur Oppathkowicze. Sedit annis 14.

Martinus Mathiszpaskey de Cracovia.

CZIRZICZENSE,

Quintum monasterium Ordinis Cisterciensis in dioecesi episcopatus Cracoviensis consistens.

Fervorem devotionis singularis miles Theodorus palatinus Cracoviensis in Deum, et in religionem Cisterciensem amorem et affectionem propensiorem gerens, fidei et religionis atque generis insignis, de domo et familia Griffonum, quem difficultate nominis graeci, Polonorum lingva, volens Theodorum appellare, Cedronem, et omnes eiusdem nominis appellationem sortitos vocavit, cultum divinum amplificaturus, et sibi viam structurus in coelum, in villa sua haereditaria Ludzimirz prope Nowitharg oppidum, sub montibus sarmaticis seu polonicis sita, monasterium ordinis Cisterciensis, sub titulo et honore Sanctae Mariae, anno Domini 1234, sub pontificio Viszeslai Cracoviensis episcopi, et sub principatu Boleslai Pudici Cracoviensis et Sandomiriensis ducis, regni Poloniae monarchae, et de eorum speciali consensu fundat, erigit et locat, et tam praefatam villam Ludzimirz, quam nonnullas alias, sibi pro perpetua largitur et inscribit dote. Cui etiam praefatus Viszeslaus Cracoviensis episcopus, decimarum manipularium post omnes villas in Cracoviensi ditione et dote monasterio attributa locatarum et locandarum, ad mensam suam pertinentium, de consensu et annuentia capituli Cracoviensis adiecit et inscripsit donationem. Verum cum idem Theodorus palatinus Cracoviensis, principalis fundator, fratribus monasterii novi praedicti in Ludzimirz ex Italia et monasterio Andrzeov accersitis, a praedonibus saltus propinquos

monasterio infestantibus, vidisset impedimenta et spolia crebra inferri, decennio lapso postea, quam fundationem huiusmodi in Ludzimirz expleverat, in villam Czirzicz a Sulislao Johannis militis filio canonico Cracoviensi, pro centum marcis argenti comparatam, illud anno Domini 1245. ordinat transferri, in quo et diem hodiernum perseverat. Liberalitate deinde Vislai episcopi, Prandotha Cracoviensis episcopus, immediatus eius successor, imitata, de consensu capituli decimas manipulares mensae episcopalis, in villis Poszanowicze, Gosczachow et in Dlichow, item in Nigra Sylvà post centum mansos franconicos loco praedicto et coenobio inscripsit et perpetuo donavit. Tenuit autem monasterium praefatum Czirziczense haereditates et villas praedictas, sibi a Theodoro suprascripto in dotem perpetuam collatas et inscriptas, in quieta et in pacifica possessione annis multis, absque cuiusvis hominis obstaculo et impedimento, et villis praefatis ac decimis auctum, paululum a caeteris monasteriis sui ordinis in dioecesi Cracoviensi ante se fundatis, et in numero fratrum, et in proventu facultatum, caeterisque id genus dotalium rerum differebat. Verum cum unus abbatum monasterii praefati, quo securior adversus praedones in bonis iuxta Ludzimirz et Novitarg quoties illuc descensum facere oportuit consisteret, fortalitium ligneum erexisset, et tam ipse, quam sui successores abbates Czirziczenses, illo fortalitio in necessitatis articulo, pro sua et suorum tutela probe uterentur, succedens his ...... abbas Czirziczensis anno Domini 1380 ... sub tempore et regimine Ludovici Primi Poloniae et Hungariae regis, fortalitium praefatum Schefflary ... genere iudaeo, religione tamen christiana insignito, multa miranda fingenti, multifariis suis promissionibus inescatus, vir alioquin religiosus et frugi, sed credulus et simplex, et caliditatum fraudiumque iudaicarum parum gnarus, committit in gubernationem et tenutam, existimans illum pro ardore fidei orthodoxae recenti charactere initiato, sincere se in regimine fortalitii gesturum. At ille ad ingenia iudaica ab uberibus imbibita reversus, furtivam monetae officinam in eodem fortalitio constituit, et omnium vicinarum et propriarum, sed et longe positarum regionum coepit adulterinum cudere in aere, argento et auro numisma. Ea pernities cum diu latere nequisset, et tam a proceribus, quam vulgaribus regni Poloniae graviter et iniquo animo ut debebat fereretur, nihil tamen quamvis in communi regni dispendio in autorem consulebatur falsitatis, sed querela ad Ludovicum Poloniae et Hungariae regem, tunc apud Pannonias se continentem delata est, qui nuntiis et litteris abbatem Czirzicziensem requisivit, quatenus iudaeo et falsificatore a tenuta fortalitii Schefflari amoto, hostem communem pestemque publicam a se effugaret. Verum cum tardius quam periculi communis necessitas deposcebat, Czirziczensis abbas regis munia exequeretur, iudaeo ut reor imperium

abbatis implere detractante, Ludovicus Poloniae et Hungariae rex iusta indignatione et querelis assiduis polonorum permotus, Cracoviensi capitaneo Sandivogio de Schubino mandat, ut fortalitium rebelle expugnet, et officinam pernitiosam dissipet. Qui iussionibus regiis parens, e vestigio fortalitium Schefflary armorum gentibus obsessum expugnat, et in suam redigit potestatem, auctorem vero falsatae monetae iudaeum igni tradit, et tam fortalitium Schefflary, quam oppidum Novifori sive Novitharg, et villas ad illud pertinentes, videlicet Dambno, Ostrowyecz, Ostrowsko, Wylczepolye, Wachszmuth, Dlugepolye, Cluccoszowa, Poramba, Myedzwyedz, Podobin, Olszowka, Mszyana, Qwaszina, Ogonowka, Sal in Rabka, montem Gorcz, et alias possessiones et villas a monasterio Czirziczensi abstrahit, et fisco regio ob facinus laesae maiestatis appropriat. Abbas autem Czirziczensis tantam sui monasterii mutilationem aversurus, in Budam ad Ludovicum regem se contulit, et restitutionem fortalitii et villarum ab eo enixius postulavit. At rex Ludovicus bene eo sperare, et in penates proprios remeare iusso, usque ad sui felicem in Poloniae regnum adventum rem suspendit, duabus tantummodo villis, videlicet Ludzimirz et Krowszow, de quo in monasterio Czirziczensi habentur eiusdem Ludovici literae, restitutis; sed sub illo intermedio et abbas Czirziczensis in Poloniam redeundo, apud Sczawnicza monasterium sui ordinis langvens, diem obiit, et Ludovicus rex anno eodem fatis est exemptus, propter quod alienatio ipsa fortalitii et villarum amplius radicata et confirmata fuit. Succedens enim Ludovico, Vladislaus Secundus natione Litvanus Poloniae rex, dum nec per abbatem Czirziczensem, nec per milites de domo Griffonum monasterii fundatores, castri Schefflary, oppidi Novitarg et villarum peteretur restitutio, sed nec per ordinarios Cracovienses peteretur, primum castrum ipsum, oppidum et villas in levibus et facilibus pecuniarum summis, militibus Poloniae inscripsit, donavit et obligavit, ex post vero plerasque villas, credens suas regias et proprias, donatione aut temporali aut perpetua in milites distribuit, et haereditate sanctuarium Dei ex negligentia et dissimulatione episcoporum, abbatum et fundatorum, usque in diem praesentem possessum et usurpatum est, et fundatores coenobii, viri nobiles et insignes, in sua intentione et dote fraudati; quod ne in residuitate villarum, decimarum et aliorum proventuum monasterii Czirziczensis contingat, illarum descriptionem in praesenti registro, ad futurorum memoriam subnectimus.

Monasterium Czyrzyczense a viro nobili et spectabili Marco de Russcza palatino Cracoviensi et genus ex domo Griffonum ducente, apud villam Ludzimirz perprius fundatum, deinde in villam Czirzicz propter maiorem competentiam, quemadmodum in superioribus descripsimus

translocatum est, et secus villam praefatam Czirzicz, quae et Gora appellatur, et in sortem oppidi redacta est positum, novaque ecclesia pro novo monasterio cum suis officinis, sumptibus et impensis praefati Marci palatini Cracoviensis fabricata.

Czyrzycz alias Gora, villa habens in se parochialem ecclesiam, cuius proprietas ad monasterium Czirziczense pertinet. In qua sunt duo lanei cmethonales, et quilibet solvit . . . . . ., item ova, item gallos item caseos item labor, item *powaba*, item *osszyep*, item taberna, item hortulani, item praedium, item molendinum. Item agri villae solvunt decimam manipularem et canapalem, et conducunt pro . . . Confinat . . .

Pobrzaczin, villa sub parochia de Gora sita, cuius proprietas ad monasterium Czirziczense pertinet. In qua sunt duo lanei cmethonales, et solvit quilibet . . . ., item ova, item gallos, item caseos; item labor, item *powaba*, item *osszyep*, item taberna, item hortulani, item praedium. Item agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro monasterio Czirziczensi, et valor eius aestimatur ad tres marcas. Confinat cum . . . .

Abramowicze, villa sub parochia de Gora sita, cuius proprietas ad monasterium Czirziczense pertinet. In qua sunt duo lanei cmethonales, et solvit quilibet . . ., item ova, item gallos, item caseos; item labor, item *powaba*, item *osszyep*, item taberna, item hortulani, item praedium. Item agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem, pro monasterio Czirziczensi, et valor eius aestimatur ad tres marcas. Confinat cum . . . .

Pogorzany, villa sub parochia de Gora sita, cuius proprietas ad monasterium Czirziczense pertinet. In qua sunt duo lanei cmethonales, et solvit quilibet . . ., item ova, item gallos, item caseos; item labor, item *powaba*, item *osszyep*, item taberna, item hortulani, item praedium. Item de agris villae, decimae manipularis et canapalis perceptio diversificatur, nam de medietate tollit eam monasterium Czirziczense, de altera autem medietate tollit eam monasterium Szeczechoviense. Confinat cum . . .

Godusska, praedium notabile monasterii Czirziczensis, in tres campos divisum, et monasterio Czirziczensi proximum, sub parochia de Gora situm, ex quo monasterio Szeczechoviensi proveniunt plurimae commoditates et fructus, in quo gregum sunt et pecorum armenta. Item ex agris huiusmodi praedii monasterium Czirziczense non solvit alicui decimam manipularem, sed eam pro se tollit, et in horreum suum inducit.

Smykay, villa sub parochia ecclesiae de Gora sita, cuius proprietas ad monasterium Czirziczense pertinet, in qua non sunt lanei cmethonales, sed sunt agri in tres hortulanias distincti, item labores faciunt, unum diem

in septimana pro monasterio. Item de agris huiusmodi solvunt et conducunt decimam manipularem... Item tabernae non sunt, item molendinum non est. Confinat cum . . .

Krzyszkowycze, villa sub parochia de Wyeliczka oppido salis sita, cuius proprietas ad monasterium Czirziczìense pertinet. In qua sunt decem lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu mediam marcam, item ova triginta, item gallos duos, item caseos; item laborant agros pro vere et hyeme, arando, arpicando, serendo, metendo et conducendo. Item duplicem *powabam*, item *osszyep*. Item est una taberna habens agros, et solvit. . . ., item hortulaniae, item praedium coenobiale, de cuius agris . . . Item molendinum. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro Cracoviensi praebenda, quae Topolska appellatur, et valor eius aestimatur ad decem marcas.

Curdwanow, villa sub parochia ecclesiae Sancti Jacobi in Casimiria sita, cuius proprietas pro media parte pertinet ad monasterium Czirziczense; in qua non sunt lanei cmethonales distincti, sed sunt agri, in sex hortulanias divisi, et de tribus hortulaniis quilibet hortulanus solvit pro monasterio Czirziczensi unam marcam. Medietas autem villae pertinet ad monasterium Sanctae Crucis hospitalis in Cracovia, et alii tres hortulani solvunt monasterio hospitalis per unam marcam. Item est praedium unum ad monasterium hospitalis Sanctae Crucis in Cracovia pertinens, de quo solvitur decima manipularis ecclesiae Sancti Jacobi in Casimiria. Item hortulaniae praefatae sex . . . Confinat cum alia Kurdwanow eiusdem nominis, quae pertinet ad altare Nativitatis Sanctae Mariae in Ecclesia Cracoviensi, in capella mansionariorum. Item cum . . .

Bonpaszow, villa sub parochia ecclesiae de . . . sita, cuius proprietas ad monasterium Czirziczense pertinet pertinereque debet, sed villa praefata alienata et abstracta est a monasterio Czirziczensi, nec est nunc in eius possessione.

Mogylany, villa habens ecclesiam parochialem ligneam in se, cuius proprietas ad monasterium Czirziczense pertinet. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, et solvit quilibet pro censu mediam marcam, item ova, item gallos, item caseos; item laborat quilibet *iutrzini*, arando, arpicando et serendo agros monasterii, sata metendo, et in horreum coenobiale inducendo; item *powabam*, item *osszyep;* item tabernae, item hortulani, item praedium. Item omnes agri villae solvunt decimam manipularem et canapalem, et conducunt eam propriis curribus pro vicaria praebendae Cracoviensis, quae Dzyewyathelska vocatur, et valor ad septem marcas aestimatur. Confinat cum . . .

Glogoczow, villa parochialem ecclesiam habens ligneam in se, cuius

proprietas ad monasterium Czirziczense pertinet. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu octo scottos, item ova, item gallos, item caseos; item laborat quilibet *iutrzini*, arando pro vere et pro hyeme, arpicando et serendo agros monasterii, sata metendo, et in horreum coenobiale inducendo. Item *powabam*, item *osszyep;* item taberna, item hortulani, item praedium. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem, pro monasterio Czirziczensi, et valor eius aestimatur ad quinque marcas. Confinat cum . . .

Czysszow, villa sub parochia ecclesiae de . . . sita, cuius proprietas et dominium ad monasterium Czirziczense pertinet, pertinereque debet; sed villam hanc monasterium Czirziczense hactenus non possidet, sed vel desertata vel a monasterio Czirziczensi abstracta.

Sczyborzycze, villa sub parochia de Wyszoczicze supra fluvium Dlubnya sita, cuius proprietas ad monasterium Czirziczense pertinet. In qua sunt duodecim lanei, et quilibet solvit mediam marcam, item ova, item gallos, item caseos; item ratione laborum quilibet arat pro vere et hyeme *iutrzini* et arpicat, serit, metit, disponit et conducit; item *powabam*, item *osszyep;* item taberna, item hortulani, item praedium, item molendinum; item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem, pro episcopo Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad triginta marcas. Confinat cum . . .

Ludzimirz, villa parochialem ecclesiam habens in se, et in qua monasterium Czirziczense fuit fundatum, cuius proprietas ad monasterium Czirziczense pertinet. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, et quilibet solvit decem grossos pro censu, item ova, item gallos, item caseos; item labor, item *powaba*, item *osszyep;* item taberna, item hortulani, item praedium. Item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem, pro monasterio Czirziczensi, et valor eius aestimatur ad tres marcas. Confinat cum . . .

Nyedzelyska prata. Habet monasterium Czirziczense optima prata, unum milliare a monasterio Czirziczensi distantia, Nyedzeliska communi vocitatione appellata, quae aequipollent uni villae, ex quibus plures consvevit pro suo et advenarum usu, percipere commoditates.

Taberna in Magno Sale, ubi hodie Wyelyczka. Item monasterium Czirziczense habet habereque debet unam tabernam notabilem in Magno Sale, quae et Wyelyczka nunc oppidum dicitur, in quo sales effodiuntur, quae habet agros habereque debet, et quae pro censu annuo solvit solvereque tenetur monasterio Czirziczensi . . .

Drogynya, villa parochialem ecclesiam habens in se, cuius proprietas ad monasterium Czirziczense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et

quilibet solvit pro censu mediam marcam, item ova, item gallos, item caseos; item labor, item *powaba*, item *osszyep*, item una hortulania est, item scoltetia est, quae habet laneos. Item agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro ... Item iuspatronatus ecclesiae in Drogynya habet cum abbate Czirziczensi, praepositus Sanctae Hedvigis de Stradomya, alternatis vicibus, ratione villae Jugowicze, ad monasterium Sanctae Hedvigis pertinentis, de qua et post cmethones et praedium, datur decima manipularis in Droginya. Confinat cum ...

Brzoczowicze, villa sub parochia de Droginya sita, cuius proprietas ad monasterium Czirziczense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et solvit quilibet pro censu ..., item ova, item gallos item caseos; item labor, item *powaba*, item *osszyep*, item tabernae, item hortulani, item praedium. Item agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro ... Confinat cum ...

Popowicze, villa sub parochia de ..... sita, cuius proprietas pro una sorte ad monasterium Wanchoczense pertinet pertinereque debet ...

Decimae manipulares monasterii Czirziczensis.

Posznachowycze primum, villa sub parochia de Raczechowicze sita, cuius haeredes Stanislaus et Johannes germani de Brzeszye de domo Flammarum alias Zadora. In qua sunt lanei cmethonales et de omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Czirziczensi, et valor eius aestimatur ad .... item tabernae, item hortulani, item praedium, item molendinum.

Posznachowycze secundum, villa sub parochia de Raczechowicze sita, cuius haeredes Stanislaus et Johannes haeredes de Brzeszye de domo Flammarum. In qua sunt lanei cmethonales, et de omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Czirziczensi, et valor eius aestimatur ad ..... Item tabernae, item hortulani, item praedium.

Vydzga, villa sub parochia de Wysznyowa. In qua sunt lanei cmethonales, et de omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Czirziczensi, et valor eius aestimatur ad ..... ; item taberna, item hortulani, item praedium item molendinum.

Decimae fertonales monasterii Czirziczensis.

Lypnik Vilczkonis, villa sub parochia de Wysznyowa sita, cuius haeredes Johannes et Derslaus nobiles de armis ... In qua sunt lanei

cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima fertonalis pro monasterio Czirziczensi, et quilibet solvit laneus pro decima-unum fertonem monasterio, item taberna, item hortulani, item praedium . . .

Wysznyowa, villa parochialem ecclesiam ligneam habens in se, cuius haeredes Stanislaus et Johannes de Brzyeszye filii marsalci Nicolai de armis Flammarum. In qua sunt lanei cmethonales et de omnibus solvitur decima fertonalis pro monasterio Czirziczensi. Item quilibet laneus solvit pro decima unum fertonem; item tabernae, item hortulani, item praedium.

Yrzmanowa, villa sub parochia ecclesiae de Wysznyowa sita, cuius haeredes Stanislaus et Johannes filii Nicolai marsalci de Brzyeszye, de armis Flammarum. In qua sunt lanei cmethonales, et de omnibus solvitur decima fertonalis pro monasterio Czirziczensi, et quilibet laneus solvit pro decima unum fertonem; item taberna, item hortulani, item praedium.

Kobyelnyk, villa sub parochia ecclesiae de Wysznyowa sita, cuius haeredes Stanislaus et Johannes filii Nicolai marsalci de Brzyeszye de armis Flammarum. In qua sunt lanei cmethonales, et de omnibus solvitur decima fertonalis pro monasterio Czirziczensi, et quilibet laneus solvit pro decima unum fertonem; item taberna, item hortulani, item praedium.

Bona villaeque alienatae a monasterio Czirziczensi.

Schefflary, fortalitium et villa, per monasterium Czirziczense constructum, sub parochia de . . . sita, et tam fortalitium, quam villa ad monasterium Czirziczense pertinet, pertinereque debet de iure. Nunc tamen per violentiam utraque occupata sunt, et nomine ac titulo regis Poloniae tenet nunc Petrus Comorowsky de domo Ciphorum. In qua villa sunt lanei cmethonales, et solvit quilibet . . ., item ova, item gallos, item caseos; item labor, item *powaba*, item *osszyep*, item taberna, item hortulani, item praedium. Item omnes agri villae solvunt decimam . . . Confinat cum . . .

Nowitarg, oppidum habens ecclesiam parochialem in se, cuius proprietas pertinet pertinereque debet ad monasterium Czirziczense, quod hactenus nomine serenissimi Poloniae regis Petrus Comorowsky de domo Ciphorum tenet. In quo sunt lanei oppidanorum, et quilibet solvit . . . . . Item sunt in eodem oppido domus . . ., et de qualibet solvitur . . . . . Item macella carnium . . . Item omnes agri oppidanorum solvunt decimam . . . Item plebanus habet speciales agros, pro suo praedio. Item advocatia est in eodem oppido, quae pro suo iure habet . . . Confinat . . .

Wachszmuth, villa sub parochia de ... sita, cuius proprietas pertinet, pertinereque debet ad monasterium Czirziczense, quae hactenus tenetur ... In qua sunt lanei .... et quilibet solvit ...., item ova, item gallos, item caseos; item labor, item *powaba*, item *osszyep;* item taberna, item hortulani, item praedium. Item omnes agri villae solvunt decimam... Confinat cum ....

Wyelgepolye, villa sub parochia ecclesiae .... sita, cuius proprietas ad monasterium Czirziczense pertinet, pertinereque debet, sed abstracta est et alienata a monasterio Czirziczensi, et tenetur nunc ... In qua sunt lanei cmethonales, et solvit quilibet ..., item ova, item gallos, item caseos; item labor, item *powaba*, item *osszyep*, item tabernae, item hortulani, item praedium, item molendinum. Item omnes agri villae decimam ... Confinat ....

Clukoszowa, villa sub parochia ecclesiae ... sita, cuius proprietas ad monasterium Czirziczense pertinet, pertinereque debet; sed abstracta et alienata a monasterio Czirziczensi, et tenet eam nunc ... In qua sunt lanei cmethonales, et solvit quilibet ..., item ova, item gallos, item caseos; item labor, item *powaba* item *osszyep;* item tabernae, item hortulani, item praedium, item molendinum; item omnes agri villae decimam .... Confinat ...

Poramba, villa sub parochia ecclesiae ..... sita, cuius proprietas ad monasterium Czirziczense pertinet., pertinereque debet; sed abstracta et alienata est a monasterio Czirziczensi et tenet eam nunc .... In qua sunt lanei cmethonales, et solvit quilibet ..., item ova, item gallos, item caseos; item labor, item *powaba*, item *osszyep*, item tabernae, item hortulani, item praedium, item molendinum; item omnes agri villae decimam .... Confinat cum ...

Myedzwyecz, villa sub parochia ecclesiae de ... sita, cuius proprietas ad monasterium Czirziczense pertinet, pertinereque debet; sed abstracta est et alienata a monasterio Czirziczensi, et tenet eam nunc ..... In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit ..., item ova, item gallos, item caseos; item labor, item *powaba*, item *osszyep*, item taberna, item hortulani, item praedium, item molendinum; item omnes agri villae decimam .... Confinat cum ...

Podobin, villa sub parochia ecclesiae de ... sita, cuius proprietas ad monasterium Czirziczense pertinet, pertinereque debet; sed abstracta et alienata est a monasterio Czirziczensi, et tenet eam nunc ... In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit ..., item ova, item gallos, item caseos; item labor, item *powaba*, item *osszyep*, item taberna, item praedium, item molendinum; item omnes agri villae decimam ... Confinat ...

Olschowka, villa sub parochia de ... sita, cuius proprietas ad monasterium Czirziczense pertinet, pertinereque debet; sed abstracta et alienata

est a monasterio Czirziczensi, et tenet eam nunc...... In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit..., item ova, item gallos, item caseos; item labor, item *powaba*, item *osszyep*, item taberna, item praedium, item molendinum; item omnes agri villae decimam... Confinat cum...

Mszana, villa sub parochia de... sita, cuius proprietas ad monasterium Czirziczense pertinet, pertinereque debet; sed abstracta et alienata est a monasterio Czirziczensi, et tenet eam nunc... In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit..., item ova, item gallos, item caseos; item labor, item *powaba*, item *osszyep*, item taberna, item hortulani, item praedium, item molendinum; item omnes agri villae decimam... Confinat cum...

Kasszina, villa sub parochia ecclesiae de..... sita, cuius proprietas ad monasterium Czirziczense pertinet, pertinereque debet; sed abstracta et alienata est a monasterio Czirziczensi, et tenet eam nunc... In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit..., item ova, item gallos, item caseos; item labor, item *powaba*, item *osszyep;* item taberna, item hortulani, item praedium, item molendinum; item omnes agri villae decimam... Confinat cum.....

Ogonowka, villa sub parochia ecclesiae de.... sita, cuius proprietas ad monasterium Czirziczense pertinet, pertinereque debet. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit..., item ova, item gallos, item caseos; item labor, item *powaba*, item *osszyep*, item taberna, item hortulani, item praedium, item molendinum; item omnes agri villae decimam....... Confinat cum......

Dambno, villa sub parochia ecclesiae de.... sita, cuius proprietas ad monasterium Czirziczense pertinet, pertinereque debet; sed abstracta est a monasterio Czirziczensi, et tenet eam nunc.... In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit.....; item labor, item *powaba*, item *osszyep*, item taberna, item hortulani, item praedium, item molendinum, item agri villae solvunt decimam..., item ova, item gallos, item caseos. Confinat cum...

Ostrowyecz, villa sub parochia ecclesiae de... sita, cuius proprietas pertinet, pertinereque debet ad monasterium Czirziczense; sed abstracta est et alienata a monasterio, et tenet eam nunc... In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit..., item ova, item gallos, item caseos, item *powabam*, item *osszyep*, item taberna, item hortulani, item praedium, item molendinum, item labor, item omnes agri villae solvunt decimam... Confinat..

Ostrowsko, villa sub parochia ecclesiae de.... sita, cuius proprietas pertinet, pertinereque debet ad monasterium Czirziczense; sed abstracta est et alienata a monasterio Czirziczensi, et tenet eam nunc.... In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit..., item ova, item gallos, item caseos; item labor, item *powaba*, item *osszyep;* item taberna, item hortulani, item

praedium, item molendinum; item omnes agri villae decimam . . . Confinat cum . . .

Wylczepolye, villa sub parochia ecclesiae de . . . sita, cuius proprietas pertinet, pertinereque debet ad monasterium Czirziczense; sed abstracta est et alienata a monasterio Czirziczensi, et tenet eam nunc . . . . In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit . . ., item ova, item gallos, item caseos; item labor, item *powaba*, item *osszyep*, item tabernae, item hortulani, item praedium, item molendinum; item omnes agri villae decimam . . . Confinat cum . . . .

Sal in Rabka, ...

Mons Gorcz, ...

Primum monasterium ordinis Praedicatorum Sanctae Trinitatis in

CRACOVIA.

Locis et domibus religiosis, dotationem et temporalia bona habentibus, ex suo ordine et institutione utcumque cum suffragio altissimi, et supernae hyerarchiae descriptis, ad loca et domos ordinum mendicantium, et paupertatem altissimam, iuxta vitam Christi et apostolicam practicantium, stylum vertimus, et nostram humilem descriptionem etiam illis attribuemus, ut possint et eorum fundatores clarescere, et tempora sciri eorum fundationis. Cum et ordines ipsi ab universali ecclesia Dei approbati sunt, laudati atque admissi, et in monasteriis eorum atque coenobiis frequens et numerosus consistere consvevit numerus fratrum, non rescisior sed quandoque augustior quam in dotatis. Significat insuper et extollit clementia divina suo favore et propitiatione ordines praefatos, et personis vita doctrina et sanctimonia conspicuis ad aedificandum ecclesiam Dei idoneis, mirificat et illustrat. Plurimos etenim et scimus et legimus ex germine mendicantium ordinum rapto coelo, et in coelestium numerum translatos esse, et suis doctrinis atque scriptis in firmamento ecclesiae Dei luminaribus suis splenduisse, haeresibusque contra Dei ecclesiam insurgentibus, sua praedicatione et doctrina exterminium praebuisse; nec minorem profectum ecclesiae Dei et universae christianitati, quam ordines dotatos adtulisse, allaturosque propitio Deo. Cracoviensis autem ecclesia et dioecesis maximo illos favore et gratia tenetur complecti, quando ex illis duo ordines, praedicatorum videlicet et minorum, ad procurandam canonisationem beatissimi praesulis Stanislai Cracoviensis, maximos eorum conatus sudores et labores, quantum conniti potuit eorum humana fragilitas, impenderunt. Sed et frater Vincentius de Kelcze, de ordine praedicatorum nullatenus negligendus, sed praesenti scripto et memoriae inserendus est, qui martyre Beato Stanislao canonisato, et vitae illius historiam, et ad singulas horas nocturnas et diurnas, in honorem

eius ab ecclesia explendas, legendas, et canticas, suavi et spectabili modulatione, concinnaque ac diserta descriptione, primus composuit et descripsit, et altissimis cantibus et praeconiis suis, suapte stupendam atque admirandam insigniter nobilitavit, proprium decus cuilibet officio, cuilibet responsorio et antiphonae, divino ut reor spiritu inspiratus adiecit, adeo, ut non tantum nobis ex polonorum genere satis, et qui Sanctum Dei magno cultu, magna veneratione, ultra caeteros obligamur extollere, sed etiam exteris sit in admiratione. Sunt autem in dioecesi Cracoviensi mendicantium ordinum quinque genera, videlicet genus et ordo praedicatorum, genus et ordo minorum, genus et ordo fratrum de poenitentia beatorum martyrum, genus et ordo fratrum haeremitarum sub regula Beati Augustini viventium, et genus et ordo fratrum haeremitarum de monte Carmeli, de quibus omnibus adiuvante nos Domino, descriptionem nostram cum quanta poterimus integritate, faciemus, describendo eorum monasteria, loca et tempora, sub quibus in dioecesi Cracoviensi introducti sunt, et domus eorum atque loca, et a quibus personis fundati.

In describendis autem monasteriis mendicantium, descriptionem nostram ordiemur primum ab ordine praedicatorum, qui et tempore vetustior est quam caeteri, et ad Cracoviensem urbem, totius regni Poloniae metropolim, verticem et caput, prior a viro excellenti et insigni, spectataeque virtutis pontifice Cracoviensi Yvone de Konske ex nobili prosapia domus et familiae polonicae, quae se Odrowansch appellat, orto, introductus. Is enim cum in urbe Romana ageret, et Beato viro Dominico patri et fundatori ordinis praedicatorum primario, in Urbe commoranti, et declamationibus assiduis ad populum nitenti, singulari familiaritate coniunctus esset, cum et miracula in resuscitatione mortuorum stupenda, et varia alia sanctitatis opera ab eo fieri, carneis oculis vidisset, ordinis etiam ipsius Beatus Dominicus confirmationem, anno Domini 1217 a summo pontifice Honorio papa obtinuisset, dari sibi a Beato Dominico certum numerum fratrum, quos secum in Poloniam deduceret, et per quos ordinem praedicatorum in Poloniae regno, et praesertim in civitate Cracoviensi ordinem plantaret, suppliciter expetit. At vir Sanctus Dominicus spiritu illum divino docente, octo fratres iam ordinem et regulam suam professos illi dedit, quos pontifex Yvo Cracoviensis cum benignitate et profunda caritate suscepit, in Poloniam secum eos deduxit, videlicet fratrem Jaczkonem polonum nobilem de terra Oppoliensi, Henricum Moravin lectorem ambos praedicatores eximios. In itinere autem, ex Urbe in Poloniam redeundo, Yvo pontifex apud Carinthiam in Frisaco oppido constitutus, deposcentibus oppidanis in Frisaco et clero ac populo oppidi eiusdem, ut illis semen ordinis praedicatorum relinqueret, pia benignitate, sed polonis iniuriosa

usus, duos fratres ibidem reliquit, ex quorum germine Almania fratribus praedicatorum de per accidens populata est, et primatum erga Poloniam gerere coepit, et ex eo uno respectu et casu, provincialis Almaniae provinciali Poloniae praelatus est, et in locum secundum deiectus. Yvo autem Cracoviensis episcopus, in regnum Poloniae et in dioécesim Cracoviensem deveniens, et fratres praedicatorum secum adductos in magno cultu et reverentia habens, aliquanto tempore in curia sua episcopali ipsos in aedicula ad hoc specialiter aedificata, continuit, a festo videlicet Omnium Sanctorum, usque ad festum Annuntiationis Sanctae Mariae; in die vero Annuntiationis Sanctae Mariae anno Domini 1223 penes ecclesiam ligneam Sanctae Trinitatis, quae erat totius urbis Cracoviensis parochia, transferens parochiam in alium locum Sanctae Mariae, illos collocavit, et illis locum amplissimum, tam pro parochia quam pro coenobio et officinis eius contulit, aedificavitque monasterium. Primusque loci illius prior fuit Hyacintus alias Jaczko, canonicus Cracoviensis praefatus, qui et ipse de nobili stirpe familiae Odrowansch ortus, ordinem et habitum fratrum praedicatorum de manibus Beati Dominici corporeis Romae susceperat, et in ordine praedicto vitam monasticam et religiosam ducens, stupendis miraculis, tam in vita, quam in . . . . moribus claruit. Anno autem Domini 1224 praefatus Yvo episcopus Cracoviensis, ecclesiam Sanctae Trinitatis, in die Sancti Gregorii papae, sub praesentia Gregorii de Crescencia cardinalis, apostolicae sedis in regno Poloniae legati, consecrat, ubi Jacobus notarius cardinalis et natione romanus, habitum praedicatorum de manibus Jaczkonis accepit omni familia cardinalis illacrimante. Sub brevi autem temporum et annorum intervallo, omne regnum Polonicum locis et domibus fratrum praedicatorum mira celeritate impletum est, incipiendo ab Alpibus polonicis, qui Hungariam et Poloniam disterminant, usque ad mare oceanum, et omnes terras, omnesque sinus, quae et qui illo mari conterminant; celeriterque post sui fundationem, frater Gerardus natione polonus in provincionalem, per magistrum generalem ordinis praedicatorum Jordanum, crescente religione praedicta in regno Poloniae, anno Domini 1225 praefactus est. De quo et omnibus suis successoribus provincialibus Poloniae, usque ad modernum fratrem, videlicet Jacobum de Bidgostia sacrae Theologiae magistrum, virum et doctrina et nobilitate conspicuum, descriptionem nostram continuabimus; reor enim, eos omni memoria dignos, et ab universis polonici sangvinis filiis singulari laude venerandos, quorum vigilantia studio et opera, regni Poloniae corpus, quod sub primo rege Poloniae Boleslao Chabri stabilitum et adunatum fuit quantum ad ordinis eorum statum et caeremonias, quamvis id saepius tentabatur, nullius malignitate, caliditate, vel vafricie poterat lacerari; observantibus et magno studio ac vigilia custodientibus provincialibus Poloniae ordinis

praedicatorum, ne provincia ipsa adinstar corporis Polonici dudum effigiata, in aliqua provincia, monasterio, domo aut loco posset ab eius obedientia, esto quod regni poloniae proprietas ad alios principes et satrapas exteros pertracta sit, non permisit mutilari, quinimo etiam Russiae, Lithvaniae, Samogitiae et Valachiae oras et provincias regno Poloniae subiectas, et in regni eiusdem provincias redactas, suae subiecit et univit potestati et ditioni. In aliquibus autem scripturis reperi, quod Yvo Cracoviensis episcopus monasterium Sanctae Trinitatis ordinis praedicatorum in Cracovia anno Domini 1227, quarto calendas octobris in die Sancti Venceslai martyris, epacta duodecima, concurrente quarto, pontificatus sui anno decimo fundaverit et instituerit.

Nomina provincialium ordinis praedicatorum in regno Poloniae et eius provincia.

Frater Gerardus natione Vratislaviensis, studens Parisiensis, primus provincialis Poloniae, per Jordanum magistrum generalem ordinis Praedicatorum praeficitur anno Domini 1225, absque omni fratrum electione, hic Cracoviam veniens, primum ibi celebravit capitulum, de quo misit fratres recipere domos Vratislaviensem, Pragensem, Camyenensem, Sandomiriensem, Gedanensem, hic per visitatores theutonicos absolvitur ab officio 1233.

Jordanus ipse theutonicus genere, cum esset provincialis Lombardiae in magistrum eligitur 1220. Anno Domini 1232. frater Gerardus provincialis, per fratres Ottonem de Frisaco et Otthonem de Vienna theutonicos missos per magistrum Jordanum ex Bononia visitatores, ab officio provincialatus Cracoviensis in capitulo provinciali absolvitur.

Frater Theslaus, quondam custos ecclesiae collegiatae Mariae Sandomiriensis, eligitur ibidem et a praedictis visitatoribus, confirmatur in provincialem, qui expost in generali capitulo Parisiis celebrato, anno Domini 1208, per magistrum ordinis ibidem praesentem, ab officio obsolvitur. In eo capitulo frater Jaczek et frater Gerardus et frater Martinus Sandomiriensis fuere praesentes. In eo etiam capitulo definitor Poloniae primo ad definitionem capituli generalis est admissus.

Anno Domini 1238 fratres praedicatores tenuerunt capitulum generale Sandomiriae, ad eligendum novum provincialem, de quo cum concordare non possent, petierunt magistrum ordinis, ut daret eis alterius lingvae provincialem; sed cum nuntii ad generale capitulum Bononiam venissent, et mortem magistri Jordanis comperissent, definitores dederunt eis Henricum priorem de Lipsk provincialem, quia fratres poloni extraneum sibi dari petiverunt, qui anno 1240. absolvitur.

Quartus frater Gerardus theutonicus de Colonia, hospes ad capitulum Sandomiriense veniens, in provincialem est electus, et ibidem confirmatus; hic postea per visitatores missos a capitulo generali, Gabrielem scilicet hungarum, et Henricum theutonicum, ad petitionem fratrum in Brunane absolutus, anno Domini 1243.

Huius cum electio vitiosa reperta fuisset, anno Domini 1243 absolutus est; et frater Martinus de Sandomiria prior anno Domini 1244, Vratislaviae in capitulo generali eligitur, et confirmatur in die Purificationis, a magistro Johanne Bononiae.

Anno Domini 1248, Martino provinciali mortuo, vel ut quaedam annalia habent absoluto, frater Mikul studens Perusius eligitur, et a magistro generali confirmatur, in capitulo generali Pragae celebrato; hic petentibus fratribus, quia nimis iracundus erat, anno Domini 1249. a magistro Johanne in provinciali capitulo in Gradecz celebrato absolvitur, et Coloniam ad studium mittitur.

Anno Domini 1250 fratres poloni ordinis praedicatorum in Vratislaviam ad electionem convenientes, fratrem Simonem lectorem in provincialem eligunt, et confirmatur per magistrum Johannem.

1255. frater Simon ordinis praedicatorum provincialis Poloniae obiit, vel secundum alia annalia absolutus; post cuius mortem fratres Poloniae in Wrathivam ad generale capitulum convenientes, fratrem Johannem Bohemum, lectorem Pragensem elegerunt, et ibidem fuit confirmatus per magistrum Humbertum.

1256. Johannes bohemus provincialis Poloniae moritur, vel secundum alia annalia absolvitur Parisius a suis bohemis, et fratres Poloniae ad capitulum generale in Rathibor convenientes, fratrem Rainoldum in provincialem eligunt, et fuit ibi illico confirmatus.

Anno Domini 1260 frater Rainoldus provincialis Poloniae in Ploczensi monasterio moritur, secundum alia annalia Iglaviae. Mortuo Rainoldo frater Simon lector Vratislaviensis electus, confirmatur, et absolvitur post triennium, anno videlicet Domini 1263.

In locum Simonis frater Nicolaus gallicus in Poznania electus, per fratrem Martinum confirmatus est, hic Pragae in officio obiit 1266.

Obeunte Nicolao gallico, frater Sandomiriensis Johannes lector Rathiboriensis Pragae electus, per fratrem Martinum priorem Rathiboriensem confirmatus est, et anno Domini 1268 ab officio absolutus.

Successit illi frater Nicolaus Lombardus, in Capitulo Jablonnensi electus et confirmatus, in capitulo vero generali Pestensi provinciae Hungariae 1272. ab officio absolutus.

Substitutus est in locum Nicolai Lombardi frater Jacobus de terra Sandomiriensi, prior Culmensis, in capitulo Brunnensi electus; in eodem capitulo per Johannem magistrum ordinis confirmatus est, et Bononiae 1279 absolutus.

Frater Goslaus in Hüsth electus prima vice, confirmatus est, natione Vratislaviensis, lector, genere nobilis, eloquens, personatus, in capitulo Parisiensi absolutus 1279.

In eius locum Sdzislaus frater lector Gradiczensis bohemus in Sandomiria electus et confirmatus est, et in capitulo generali Pallentino per fratrem Michaelem priorem Rathiboriensem, definitorem capituli generalis 1291. absolutus.

Frater Goslaus praedictus secunda vice in capitulo Ploczensi electus est, et per tres seniores fratres in ordine confirmatus, per magistrum vero Stephanum in capitulo provinciali Pragensi 1293 absolutus.

Ad electionem futuri provincialis fratribus in Rathibor congregatis, frater Sdzislaus secunda vice electus est, Coloniae vero in capitulo generali, propter divisionem provinciae 1302 Bohemis se a Polonis solita arrogantia scindentibus, absolutus.

Frater Lipoldus Cracoviensis in capitulo Cracoviensi electus est, et per Sdzislaum fratrem bohemum praedictum confirmatus, quem ipse viceversa in Bohemia confirmavit in provincialem, absolutus est autem per fratrem Simonem definitorem in Januensi capitulo generali 1305.

Frater Peregrinus prior Vratislaviensis et Rathiboriensis frater, in Poswolc electus et confirmatus, in capitulo provinciali Cracoviae celebrato, per literam magistri, ad instantiam suam absolutus, et iterum in eodem capitulo reelectus, per magistrum iterum eo petente absolutus est.

Frater Nicolaus Afre, prior tunc Cracoviensis et vicarius provincialis, in eodem capitulo Cracoviensi postulatus, et per magistrum confirmatus, et in capitulo Lugdunensi absolutus, factus est poenitentiarius domini Papae.

Frater Lipoldus Cracoviensis, in capitulo Siradiensi secunda vice electus, per provincialem Saxoniae confirmatus est.

Frater Peregrinus Rathiboriensis tertia vice electus.

Frater Petrus de Columen electus .....

Frater Matthias Cracoviensis ......

Frater Przibislaus Plocensis electus ....

Frater Stanislaus Cracoviensis electus ....

Frater Petrus Komesa Vratislaviensis electus ......

Frater Johannes Bregensis theutonicus electus ......

Frater Petrus Komesa iterum secunda vice electus et confirmatus.....

Frater Petrus Wassirabe de Culmen theutonicus electus, post cuius mortem divisio in provincia inter Polonos et Almanos facta est. Fratres enim Poloni Nicolaum de Bresth in provincialem elegerant, qui expost in conventu Cracoviensi fuerat praedicator egregius, et inquisitor haereticae pravitatis, fratres autem et priores Almani elegerunt fratrem Nicolaum Bar de Osszwyanczin.

Frater Johannes monasterii de Oppathowyecz Sacrae Theologiae professor, vocatus Episcopellus, cum annis sex prioratum Cracoviensem rexisset, anno Domini 1411 in capitulo Syradiae celebrato, infra octavas Ascensionis electus, nobilis de domo Cholewa, qui post fundata ecclesia cathedrali in Chelm Russiae anno Domini 1417. secundus in ea episcopus, per Vladislaum Secundum Poloniae regem, cuius erat confessor, ordinatus est; mortuus est in eodem episcopatu anno Domini 1440. Hic tempore sui provincialatus suscepti in Kostay, Lowicz, Sroda, Hrodlo, Hrubyeszow conventus Nicolaus de Pnyewy, et absolutus est per Magistrum ordinis ad instantiam Nicolai de Oppol Falkemberg et Andreae venatoris, de Rathibor, propterea quod paraliticus fuerat.

Promoto Johanne Episcopello in episcopum Chelmensem, magister Johannes Frankstey frater de conventu Frankstey anno Domini 1440 ..... electus, et absolutus per magistrum ordinis.

Frater Johannes advocati Sandomiriensis lector electus est absoluto Johanne Frankstey et anno Domini 1441. in Sandomiriensi coenobio mortuus et ibi sepultus.

Frater Jacobus de Bidgostia, sacrae Theologiae professor, natione nobilis de domo Godzyamba, prior Cracoviensis anno Domini 144 .... concorditer electus in capitulo generali in Syradiensi conventu tento, apud Cracoviam paraliticatus anno Domini 1478, tertia Mai moritur et sepelitur in monasterio Sanctae Trinitatis ordinis praedicatorum, die dominica infra octavas Corporis Christi.

Mortuo Jacobo de Bidgostia de conventu Vratislaviensi, frater Albertus de Syeczin, de terra Dobrinensi, sacrae Theologiae professor, in capitulo generali in Lublin pro die Sancti Martini celebrato, electus, et per magistrum generalem Leonardum de Perusio Romae confirmatus 1478. nobilis de domo Powalya.

PRADNIK, villa sub parochia ecclesiae Sancti Nicolai extra muros Cracovienses sita, cuius proprietas et dominium ad monasterium Thincziense pertinet. In qua fuit et est scoltetia perpetua, singulares habens in se

proventus infra describendos; quam frater Jaroslaus ordinis praedicatorum episcopus Laodiczensis, et suffraganeus multis annis ecclesiae Cracoviensis, pro certa pecuniae quantitate ex suo officio et laboribus quaesita, apud eius verum haeredem et possessorem anno Domini 1400 ... pro monasterio Sanctae Trinitatis ordinis praedicatorum in Cracovia emit, solvit et comparavit. Cuius infrascripti sunt proventus.

Taberna in Pradnik, iuxta fluvium Pradnik sita, ad scoltetiam in Pradnik perpetuo pertinens, habens agros et prata, quae pro monasterio Sanctae Trinitatis annis singulis solvit duodecim marcas.

Molendinum et piscina, in flumine Prandnyk, etiam ad scoltetiam pertinens, de quo solvuntur annis singulis octo marcae; sed quatuor cedunt pro monasterio Thinicziensi, et quatuor pro monasterio Sanctae Trinitatis in Cracovia.

Quinque lanei cmethonales. Item in eadem villa Pradnyk sunt quinque lanei cmethonales, qui alias erant de sorte et proprietate monasterii Sancti Francisci fratrum minorum; sed fratres praedicatores pro certa summa pecuniarum dictos quinque laneos emerunt, et quilibet laneus solvit duas marcas, pro abbate vero Thincziensi quilibet solvit sedecim grossos latos.

Praedium scoltetiale, in quo sunt tres lanei pertinentes ad monasterium Sanctae Trinitatis, et arendant eos fratres et solvuntur eis per arendatorem decem marcae. Item scoltetus tenetur dare abbati quolibet anno prandium, aut pro prandio unum fertonem, cmethones autem omnes et singuli eiusdem villae, non solum qui pertinent ad fratres praedicatores, sed etiam alios dominos, tenentur dare duo prandia, aut quilibet cmetho de laneo tres grossos pro prandio.

Item notandum, quod per monasterium Sanctae Trinitatis in Cracovia fluebat fluvius Rudawa, et habebat dictus fluvius in se notabile molendinum in utero monasterii, et erat molendinum illud fruiferum, et multa monasterio afferens emolumenta.

Secundum monasterium Ordinis Praedicatorum in oppido Sandomiriensi, et extra muros.

Sandomiriense monasterium ordinis praedicatorum, habet duo loca eiusdem ordinis praedicatorum, unum in antiqua civitate Sandomiriensi extra muros, quod Yvo Cracoviensis episcopus anno Domini, 1226 ecclesia parochiali Sancti Jacobi totius antiquae civitatis demolita et extincta, et ecclesia

Sancti Pauli pro parochia fundata et erecta, atque sufficienter dotata, fundat, erigit, et creat, et fratribus ordinis praedicatorum consignat; praefata autem parochialis ecclesia Sancti Jacobi asseritur fundata ab Adleida Dominicella, virgine religiosa et devota, filia Casimiri filii Boleslai Krzywousti olim Cracoviensis et Sandomiriensis ducis, ac Poloniae regni monarchae, quae in virginitate Deo serviens, cum anno Domini 1211. octava Decembris diem obiisset, in eadem ecclesia Sancti Jacobi sepulta requiescit. Habet autem monasterium praefatum Sancti Jacobi pro conditione mendicitatis et paupertatis suae, fructus et obventiones infrascriptas:

Vinea et **pomarium**, iuxta monasterium sita, et fratres monasterii propriis manibus vineam excolunt et pomarium, et pro sacrificiis missarum habent sufficientiam vini ex vinea sua.

Vinea altera et braseatorium circa illam, prope monasterium Sancti Jacobi sita, item hortus circa braseatorium, quae omnia emit Johannes Scolteti provincialis Poloniae in suburbio, versus Sanctum Paulum, sub parochia ecclesiae Sancti Petri in Sandomiria, et praefata vinea cum braseatorio et horto locata est sub annuo censu, et solvit monasterio duas marcas.

Hortulaniae quatuor usque ad fluvium Locussza protensae, quarum proprietas ad monasterium Sancti Jacobi pertinet, et nulla aliquid solvit de censu, sed quaelibet pedestri labore unam diem in septimana laborat.

Theloneum Sandomiriense. Item Vladislaus Secundus natione Lithvanus Poloniae rex, procurante et intercedente fratre Johanne ordinis praedicatorum, episcopo Chelmensi, qui erat confessor regius annis multis, dedit donavit et perpetuo inscripsit in theloneo suo regali monasterio Sancti Jacobi et fratribus eius, decem marcas communis pecuniae, per priorem et fratres monasterii singulis annis levandas, quem censum prior et fratres Jancti Jacobi pacifice retinent et percipiunt, et praefato Vladislao regi ratione beneficii accepti, perpetuum anniversarium, vigilias videlicet novem lectionum et unam missam defunctorum voce sonora singulis septimanis in anno agunt.

Golabycze, duo praedia quondam advocati Sandomiriensis, pro monasterio Sancti Jacobi empta, et eidem monasterio Sancti Jacobi incorporata et unita. Quorum primum emit Andreas de Brzescz prior praefati monasterii Sancti Jacobi, aliud vero Johannes Advocati provincialis Poloniae, pro certa pecuniae quantitate, pro monasterio etiam praefato Sancti Jacobi, apud Andream Schuchi, tunc advocatum Sandomiriensem, et locantur praedia praefata, atque arendantur annis singulis, pro decem marcis communis pecuniae, et sunt sita sub parochia ecclesiae Sancti Pauli. Item

de praedictis duobus praediis solvitur decima manipularis cantoriae Sandomiriensi, non tenentur tamen ad ducturam praefatae decimae, neque ad solutionem decimae canapalis.

Schuchorzow, villa sub parochia ecclesiae de Sancto Paulo sita, habens novem laneos cmethonales qui quondam erant civiles civitatis Sandomiriensis liberi a qualibet expeditione. Hanc villam frater Johannes Advocati ordinis praedicatorum provincialis Poloniae, pro quingentis florenis hungaricalibus emit, et monasterio Sancti Jacobi incorporavit. In qua etiam sunt duo lanei praediales, omnes tamen agri locati sunt annua locatione, et solvit quilibet unam marcam, et non faciunt aliquos labores, item non solvunt gallos, neque avenam. Item de omnibus agris, tam cmethonalibus, quam praedialibus dictae villae solvitur decima manipularis cantoriae Sandomiriensi. Ad ducturam autem eius non tenentur, neque ad solutionem canapi.

Molendina duo in Visla ad proprietatem Sancti Jacobi pertinentia, in quibus et brasea et siligo civitatis Sandomiriensis molebantur, et ex quibus monasterium magna emolumenta percipiebat, ab antiquis principibus Poloniae eidem monasterio donata; frater Andreas etenim provincialis Poloniae, ex bono respectu, ut inferius describemus, a praefato monasterio vendidit et alienavit, ea tamen libertate reservata, quod fratres utriusque monasterii praedicatorum, videlicet S. Jacobi et Beatae Mariae Magdalenae, non tenentur dum molunt propria frumenta aut brasea in Sandomiriensibus molendinis ad redditionem mensurarum.

Item notandum quod monasterium Sancti Jacobi tempore insultus Tartarorum, aliquoties fuit desolatum et exustum, et quadraginta sex fratres ordinis Salve Regina decantantes, a Tartaris pro uno tempore et una die occisi, locusque illo sangvine fratrum et aliorum fidelium celebris est et sacratus.

SANDOMIRIENSE

monasterium secundum ordinis praedicatorum,

in dioecesi Cracoviensi et in veteri oppido Sandomiriensi intra muros eius, Sanctae Mariae Magdalenae honori dicatum, situm est, quod frater Andreas Rutheni provincialis Poloniae ordinis Praedicatorum et qui in monasterio Sancti Jacobi sepultus requiescit, anno Domini . . . . . fundavit, ut haberent fratres ordinis sui de monasterio Sancti Jacobi, tempore gwerrarum diverticulum, in quo se et res ac clenodia monasterii conservarent. Venditis

itaque duobus molendinis in flumine Visla, quae illis munifica antiquorum principum largitio contulerat, pro notabili pecuniarum summa, ex quibus monasterium Sancti Jacobi brasea et frumenta percipiebat, emit aream in civitate Sandomiriensi, et tam ex proprio aere, quam ex eleemosynario, ecclesiam in honorem Sanctae Mariae Magdalenae de latere cocto, et coenobium pro fratribus praedicatoribus fabricavit; vir singularis providentiae, qui necessitati periculosae semper impendenti et in praesens et in futurum prospexit. Cuius quidem monasterii aliquas possessiones et proventus, tenues tamen describemus.

Hortulania una, sub parochia ecclesiae Sancti Pauli sita, quam monasterio Sanctae Mariae Magdalenae Bartho vitricus eiusdem ecclesiae perpetuo donavit, de qua colonus ipsius nihil laborando, solvit monasterio pro annuo censu mediam marcam.

Secunda hortulania, adiacens monasterio, sub parochia ecclesiae de Sancto Paulo sita, quam monasterio Sanctae Mariae Magdalenae legavit perpetuo Woyek oppidanus Sandomiriensis, cuius colonus nihil laborans, solvit pro monasterio mediam marcam.

Tertia hortulania, sub parochia ecclesiae Sancti Pauli sita, quam Johannes Advocati provincialis praedicatorum Poloniae, propria pecunia pro monasterio Mariae Magdalenae comparavit; cuius colonus nihil laborans, solvit pro monasterio mediam marcam.

Domus acialis in oppido Sandomiriensi, in circulo, prope lapideam etiam acialem Johannis de Czisszow, olim castellani Cracoviensis, empta pro monasterio Sanctae Mariae Magdalenae per Johannem Advocati provincialem Poloniae, pro viginti quinque marcis, sub parochia Sandomiriensi sita, et arendata solvit pro monasterio Sanctae Mariae Magdalenae unam sexagenam.

Macellum in oppido Sandomiriensi, donatum monasterio Sanctae Mariae Magdalenae per Annam viduam relictam olim ...., de quo solvuntur monasterio praefato tres lapides sepi puri, et media marca census annui.

Piscaturae. Leszthko Niger Cracoviensis, Sandomiriensis et Syradiensis dux, et regni Poloniae monarcha, caritatem munificam satagens fratribus praedicatoribus, dedit et inscripsit perpetuo pro fratribus monasterii Sancti Jacobi, et consequenter pro fratribus etiam Sanctae Mariae Magdalenae, qui videntur unum monasterium et unum corpus esse, libertatem in flumine Visla duo milliaria sursum, et duo milliaria infra Vislam, a civitate Sandomiriensi inchoando, piscandi quoscunque pisces, de quo habetur privilegium eiusdem Lestkonis efficax et clarum. Fratres tamen

utriusque monasterii neglexerunt et negligunt ius et libertatem huiusmodi possidere.

OSSZWANCZIN

quartum monasterium ordinis praedicatorum,

In oppido regio Osszwanczim, notabili fabrica murorum, latere coctili aedificatum. . . . . .

OPPATHOWYECZ.

quintum monasterium ordinis praedicatorum,

In oppido Oppathowyecz monasterii Thincziensis, iuxta confluentiam fluviorum Vislae et Dunayecz situm, quod cooperante et instante Lestkone Nigro Cracoviensi, Sandomiriensi et Syradiensi duce et regni Poloniae monarcha, Thomas monasterii Thinicziensis abbas, de consensu sui conventus, anno Domini 1283 duodecima Augusti die, fundavit et erexit, et nonnullos agros et terras eidem monasterio a se fundato, pro cultura et pro hortis pomariisque attribuit.

BOCHNENSE

sextum monasterium ordinis praedicatorum,

In oppido regio Bochnya in quo sales effodiuntur, in dioecesi Cracoviensi situm, et honori . . . . . dicatum . . . . .

LUBLINENSE

septimum monasterium ordinis praedicatorum,

In oppido regio Lublin et in dioecesi Cracoviensi situm, honori quoque Beatissimi Stanislai pontificis et martyris Cracoviensis dicatum, quod

Casimirus Secundus Poloniae rex anno Domini 1342 fundavit et erexit, et aream latam et spatiosam pro coenobio et officinis eius et pro habitatione fratrum circa muros oppidi, ad partes orientalem et meridionalem dedit, contulit et inscripsit, ecclesiamque ex cocto latere fabricavit. Cuius quidem monasterii aliquos proventus describemus. Refertur autem a sciolis et veteribus, quod erat oratorium vetus sub titulo Sanctae Crucis ligneum, in quo Casimirus Secundus monasterium fundavit.

Trzesznyow, villa sub parochia ecclesiae de Lublin et prope oppidum sita, cuius medietas pertinet ad monasterium Sancti Stanislai in Lublin, quam emit pro dicto monasterio, et perpetuo donavit, frater Philippus ordinis praedicatorum, episcopus Kyoviensis, pro certa pecuniae quantitate; donavit et idem Philippus episcopus eidem monasterio ornatum, seu casulam de axamito rubeo, et calicem bonum deauratum, qui in eodem monasterio Lublinensi sepultus requiescit. Alteram autem medietatem eiusdem villae Trzesznyow habent milites. Item in parte, quam tenent fratres monasterii Sancti Stanislai, non sunt lanei distincti, sed totam medietatem villae colit monasterium proprio aratro per colonum. Item decimam manipularem solvunt ecclesiae parochiali in Lublin Sancti Michaelis. Item altera pars villae solvit decimam manipularem in Lublin. Confinat cum oppido Lublin, Jakubowicze, Ponykwada et Swydnik.

Hortus primus, e regione monasterii, versus fluvium Bistrzicza situs, ad monasterium Sancti Stanislai pertinens, in quo est braseatorium et locatum est Gregorio Goscz ad vitam, et solvit de eo quatuor marcas

Hortus secundus, a regione monasterii, versus fluvium Bistrzicza situs, ad monasterium Sancti Stanislai pertinens, qui locatus est Closz ad vitam, et solvit de eo unum fertonem.

Hortus tertius, e regione monasterii, versus fluvium Bistrzicza situs, ad monasterium Sancti Stanislai pertinens, qui locatus Trix, et solvit de eo unum fertonem.

Hortus quartus, e regione monasterii, versus fluvium Bystrzicza situs, qui locatus est Stanislao Pyrzchala, qui solvit unum fertonem.

Hortus quintus, e regione monasterii versus Bystrzicza situs, ad monasterium Sancti Stanislai pertinens, quem solus prior colit, et necessitates pro coquina monasterii supplet.

Macellum primum in oppido Lublinensi, quod monasterio Sancti Stanislai ordinis praedicatorum Laurentius alias Lorincz donavit advocatus Lublinensis.

Macellum secundum in oppido Lublinensi, quod monasterio donavit Laurentius alias Lorincz advocatus Lublinensis.

Macellum tertium, in oppido Lublinensi, quod monasterio donavit Laurentius alias Lorincz advocatus Lublinensis; et de quolibet solvuntur quatuor lapides sepi, una sexagena et quatuor grossi.

Ratione donationis praefatorum trium macellorum, per advocatum Lublinensem factae, agit monasterium perpetuum anniversarium circa altare Sancti Laurentii et Sanctae Mariae Magdalenae, singulis quartis feriis, cantando missam pro defunctis.

Czwartek, item habent duos hortos donatos eis per cives Lublinenses, et de quolibet solvuntur tres grossi.

Praedium et **lapidea** Krydlar in oppido Lublin, quae omnia solvunt quatuor marcas monasterio Sancti Stanislai singulis annis, pro certa autem pecuniae summa comparatus praefatus census, domini Petri olim castellani Lublinensis, emptus apud Jacobum Creydlar et uxorem eius, ratione cuius monasterium agit circa altare corporis Christi anniversarium, pro praefato Kurowskowsky, legendo singulis septimanis feria secunda missam defunctorum, et aliam feria quarta, et tertiam feria sexta.

Notandum, quod monasterium Sancti Stanislai in Lublin ordinis praedicatorum habet tam notabilem portionem ligni Dominici latam et obrotundam, quod nec Roma nec Hyerusalem nec Constantinopolis nec Parisius, nec Aquisgram, nec quaecumque alia civitas in orbe catholico tantae quantitatis massam de ligno Dominico habere dinoscitur, quae in eodem monasterio Sancti Stanislai Lublinensi conditur, et a Christi fidelibus suppliciter adoratur, per quod etiam clementia divina plurima ostendit miracula et prodigia, in sanatione langvidorum. Modus autem, qualiter portio ligni Dominici tam illustrissima, monastério Sancti Stanislai provenerit, talis fertur fuisse. Fuit quidam ruthenorum et Kyoviensis primarius dux Gregorius, colens iustitiam et diligens veritatem; hic cum propter praeclaras suas virtutes et ingenium docile, praestans et gloriosum, principibus, satrapis et nobilibus Kyoviensibus et Russiae odiosus, gravis et onerosus esset, a principatu suo et sede Kyoviensi cum consorte sua Marina et filio suo Gygnatio pulsus, et de Russia exiliatus, ad Casimirum Secundum Poloniae regem se contulit cum coniuge et pignore, qui eum benigne et humanissime suscepit, ipsumque et uxorem suam et filium suum Gignatium magnifico et liberali sumptu, data ei apud oppidum et arcem Lublinensem honesta residentia, usque ad mortem tractavit. Hic itaque dux Gregorius Kyoviensis et totius Russiae, dum adhuc in principatu resideret, praedictum lignum Dominicum cum coniuge sua Marina et filio suo Gignatio et consorte capiteanatus sui Kyoviensis Theodoro, argento et auro cooperiit, et ornavit, et tam nobilissimum clenodium in regnum Poloniae secum deferens, pro perpetuo et maximo dono illud monasterio

Sancti Stanislai moriens dereliquit. In quo morte secuta, sub altari Sanctae Crucis, mortuus cum coniuge sua Marina, sepultus requiescit.

SZMYGRODENSE

octavum monasterium ordinis praedicatorum.

In oppido Szmigrod sub Alpibus Sarmaticis, qui Poloniam et Hungariam disterminant situm, cuius proprietas ad Przybkonem militem et filios eius Johannem et Jacobum de domo et familia Srzenyawa pertinet.

ORDO MINORUM.

Primum monasterium ordinis Minorum Cracoviense.

Sacratissimus ordo Minorum, qui et Beati Francisci appellatur, principalem et ipse in ecclesia Dei tenet locum, et singulari dignus praeconio, cum nec alienae regulae, nec alteri legislatori ut ordo Praedicatorum, sed propriae innixus, proprium etiam habet Sanctum Franciscum suae regulae legislatorem; mira quoque Dei benignitate actum est, ut uterque ordo Praedicatorum scilicet et Minorum, ad faecundandam universalem ecclesiam Dei, sub uno ferme tempore, a viris quidem diversis Dominico hispano de Calorega, et a Francisco italo de Asisio, sed uno eodemque spiritu pollentibus, idemque commercium et sponsionis vinculum perpetuum cum sancta et alta paupertate habere voventibus, oriretur, ut et ipsi institutores ordinum, pro uno et eodem tempore vixerunt, seque ipsos corporalibus oculis Romae videndo, familiariter pertractaverunt, ab uno quoque fere summo pontifice confirmationem suorum ordinum et petierint, et confirmaverint; novam quoque stupendam et admirabilem formam elegerint, transactis saeculis nunquam auditam, nec visam, quam etiam gentiles et hostes fidei christianae venerare et colere coguntur; et quamvis uterque ordo, tam videlicet Praedicatorum quam Minorum, per totum fere mundum sui tentorii funiculos diffundens, frequentissima ubique habet monasteria atque loca, ordo tamen Beati Francisci seu Minorum, in coenobiis suis copiosior est, qui in Terra sancta, et in civitate sancta Hyerusalem propria habet domicilia, atque loca, fratribus quoque Beati Francisci maxima a Saracenis et Soldano Aegypti rege servatur libertas, maximus quoque et honos et cultus, quod nulli alteri religioni, quantumcumque famosae videmus contigisse. Ambigua autem vertitur certatio inter ordines praedictos de prioritate, quis prior ordo primum coeperit, et quis prioritatem rapuerit. At nos cum fiducia et correctione asseremus, quod ordo Praedicatorum praeripuit ordini

Minorum ne esset primus, ordo vero Minorum praeripuit ordini Praedicatorum ne esset unus, et cum unum habeant praepositum paupertatis et praedicandi votum, alter tamen, videlicet Praedicatorum ordo, in refellendis haeresibus corvina pollet calliditate, alter vero, videlicet ordo Minorum, in perferendis passionibus et adversis, columbinam redolet simplicitatem; sicque uterque maximis fulminibus impletus, ecclesiam Dei continua foecunditate plantat et rigat incrementum, praestante Deo. Praefatus autem ordo Minorum in regnum Poloniae anno Domini 1257. per Boleslaum Pudicum Cracoviensem Sandomiriensemque ducem et Poloniae monarcham introductus est, annis plus quam viginti posterius, quam ordo Praedicatorum, et primus illi locus primusque conventus datus est in civitate regia, et in Poloniae metropoli, Cracoviae, per praefatum Boleslaum ducem, eius primarium fundatorem, qui miro devotionis modo religioni praefatae et ordini afficiebatur, qui et ecclesiam et monasterium a primis fundamentis fabricavit et iecit, et turrim in medio chori et corporis altissimam, debili tamen innixam fundamento, quae sub aetate mea magna mole corruit, sustulerat, et non in ecclesia cathedrali, ut caeteri reges et principes, sed in praefato monasterio Sancti Francisci sibi deligens sepulturam in choro eiusdem monasterii, in parte laeva humatus requiescit. Sub brevi autem tempore ordo Minorum in regno Poloniae et in dioecesi Cracoviensi auctus fuit, et duobus locis virginum in Zawichosth et in antiqua Sandecz, notabilibusque clenodiis et ornamentis insignitus; accesserat etenim ad famam et amplitudinem eius, quod et Salomea germana soror Boleslai Pudici et relicta olim Colomani Hungariae regis, filia Leschkonis Albi Cracoviensis et Sandomiriensis ducis, item Cunegundis filia Belae Hungariae regis et relicta Boleslai Pudici Cracoviensis et Sandomiriensis ducis, item Jolenta soror germana eiusdem Cunegundis et relicta Boleslai Pii Calischiensis ducis, morte maritorum sequuta, praefatum ordinem ingressae, omnia fere loca eius munificis donationibus et libertatibus extulerunt. Habet autem assertio veterum, quod ecclesia Minorum in honorem Corporis Christi principaliter dicata fuerit, sed Casimirus Secundus Poloniae rex, condito oppido Casimiriensi et ecclesia parochiali Corporis Christi in eo fundata, a ministris et fratribus Minorum obtinuit, ut titulo prisco Corporis Christi abrogato, appellationem et denominationem Sancti Francisci, quam in hanc diem obtinet, sortiretur. Sub quo quidem rege Casimiro cum differentia et concertatio inter duo monasteria, Sanctae Trinitatis Praedicatorum et Sancti Francisci Minorum, quod prius pro divinis matutinibus surgere et sonare campanam deberet quaestio exorta, et ad regis decisionem perducta fuisset, et pars Praedicatorum vetustatem allegaret hospitii, pars vero Minorum iure refelleret dignitatis, sententiis

consiliariorum variantibus, et lite in longum diei extracto, tandem unius hominis delirantis sententia, quo Casimirus rex pro deliciis tanquam fatuo utebatur, accepta est, ut videlicet id monasterium prius rem divinam ageret, priusque sonaret campana, quod prius et magis mature surrexisset; ad cuius consultationem et regiae interpretationis, et consiliariorum directa est sententia.

Monasterium Sancti Francisci, in Cracoviensi urbe a Boleslao Pudico Cracoviensi et Sandomiriensi duce fundatum et erectum, in parte occidentali situm est, et unam plateam civitatis Cracoviensis sibi confrontatam, a suo nomine *braczska*, id est fratrum intitulavit; et quamvis per praefatum Boleslaum Pudicum fuisset in muris et in testitudinibus consummatum, campana tamen magna turri monasterii imposita, et in diebus solennibus pulsata, adeo quatiebat muros ecclesiae sibi iunctos, ut ex maximo motu omnes testitudines caderent una nocte. Propter quod veteri monasterio in magna parte demolito, parietes medii et paries occidentalis, eleemosynis fidelium et signanter .... Klethnar mercatoris Cracoviensis, muri praefati monasterii de novo fabricati sunt, et monasterium praefatum magna ex parte in suis ruinationibus refectum.

ZAWICHOSTENSE.

Secundum monasterium ordinis Minorum in dioecesi Cracoviensi in oppido sanctimonialium de Sancto Andrea ordinis Sanctae Clarae in Zawichost situm, quod etiam Boleslaus Pudicus Cracoviensis et Sandomiriensis dux, et regni Poloniae monarcha anno Domini 1257 erexit et fundavit, et tam ecclesiam monasterii, quam monasterium et omnes officinas eius ex coctili latere fabricavit, quae omnia videmus ad ruinam magnam redacta esse; fundato siquidem et dotato sanctimonialium monasterio in praefato oppido Zawichosth, et aedificata ecclesia et monasterio pro virginibus in honorem Sanctae Helizabeth, necesse quoque erat aedificare et construere monasterium virorum, eandem regulam et ordinem professorum, qui apud sorores et sanctimoniales rem divinam agerent, et sanctimoniales Zawichosthenses in cura animarum et administratione spiritualium procurarent; quae omnia providit praefatus Boleslaus Pudicus, et collegium duodecim fratrum ordinis Minorum ibidem instituit, et tam sanctimonialium monasterium, quam fratrum, calicibus et ornamentis, caeterisque clenodiis ecclesiasticis implevit. Quamdiu autem religio sanctimonialium in Zawichosth duravit, praedictum quoque monasterium fratrum Minorum in Zawichosth,

a sanctimonialibus Zawichosthensibus in temporalitate sustentatum, in suo decore permansit; postquam vero sanctimoniales ex Zawichosth, propter subitas et clandestinas invasiones Tartarorum et Lithvanorum, in regnum Poloniae, primum in Skala supra fluvium Prandnik, et exinde in Cracoviam ad Sanctum Andream translatae sunt, ab eo tempore monasterium fratrum in Zawichosth deteriorari et ruinari coepit, nec potest solitum numerum fratrum pro collegio, propter egestatem observare; nullos enim habet introitus neque proventus, nulla praedia, nullos agros, sed sola stipe quotidiana in maxima paupertate et maximis defectibus vivunt. Unum tantummodo habent hortum, monasterio eorum annexum, in quo pomarium et vinea, quam soli excolunt, et vino ex illa proveniente rem divinam in sacrificiis utcumque sustentant, habent et medium laneum agrorum inter oppidanos in eleemosynam eis donatum, de quo et *podwodas* et omnia tributa solvere coguntur, et qui eos magis excruciat onere, quam reficit fructu, et decimam ex eodem ....

ANTIQUA SANDECZ.

Tertium monasterium ordinis Minorum in dioecesi Cracoviensi in oppido Antiqua Sandecz situm, quod etiam Boleslaus Pudicus Cracoviensis et Sandomiriensis dux et regni Poloniae monarcha, ad instantiam et petitionem sponsae suae Kunegundis, virginis et foeminae beatae, sanctimonialium monasterio sub titulo Sanctae Trinitatis, ordinis Sanctae Clarae in oppido Antiqua Sandecz erecto, fabricato et dotato, in honorem Beatissimi Stanislai Cracoviensis episcopi anno Domini 12 ... in parte occidentali oppidi erexit et fundavit, calicibusque et ornamentis implevit, collegiumque duodecim fratrum illuc instituit, qui ex propinquitate loci et rem divinam apud sanctimoniales agerent, et saluti earum in administratione spiritualium providerent. Non habet etiam monasterium praefatum aliquos proventus, sed precaria eleemosyna vivit, et sanctimonialium Sandeczensium sustentatione.

NOVAE CIVITIS KORCZINENSIS.

Quartum monasterium ordinis Minorum in dioecesi Cracoviensi in oppido Korczin, quod Nova Civitas nuncupatur, iuxta fluvium Nyda situm, quod Boleslaus Pudicus cum nobilissima coniuge sua

Cunegundi zelum magnum ad ordinem Beati Francisci habentes, anno Domini 1257. erexerunt et fundaverunt, et collegium duodecim fratrum Minorum illic posuerunt, rem divinam et horas canonicas voce sonora expleturum. Praefatus insuper Boleslaus Pudicus dux, sumptu liberali et magnifico, ecclesiam in honorem Sancti Stanislai martyris gloriosi, item monasterium et cellas, atque habitacula pro servis Dei, omnes officinas monasterii cocto latere et pulcherrimo modo aedificavit, quae omnia iam in magna parte ruinata sunt, nec tanto tempore instaurata; nullos enim habet praefatum monasterium Novae Civitatis census, nullos introitus, sed de stipe continua et de eleemosynis vivit.

BITHOMIENSE.

Quintum monasterium ordinis Minorum in dioecesi Cracoviensi in oppido Bithom, cuius proprietas ad Conradum ducem Olyeschniczensem pertinet, quod anno Domini ... dux Olyeschniczensis et Bithomiensis ... erexit et fundavit, et coenobium fratrum Minorum, qui rem divinam et canonicas horas illic explerent, instituit, ecclesiam quoque monasterii, item et monasterium, cellasque eius, pulchro modo fabricavit. Non habet etiam aliquos proventus et censum monasterium praefatum, sed ex stipe quotidiana et eleemosynis fidelium vivit, quod apud dioecesim Cracoviensem fratres conventuales ordinis Minorum primum et exclusit et eiecit, et fratres eiusdem ordinis de observantia suscepit; qui monasterio in suum regimen suscepto, quodam tempore ad mensam sedissent pransuri, panis quoque a guardiano et fratribus diligenter ubique mendicatus, pro refectione fratrum non possit haberi. Mulier quaedam cum vehementia spiritus adveniens, cophinum eis magnum plenum recentibus et noviter in clibano coctis panibus attulit, et familiam Dei refecit, asserens se tanta violentia spiritus impulisse ad ferendum panes pro servis Dei, ut in currendo festinandoque videretur sibi pennigero volatu cucurrisse. Apparebant etiam post ingressum eorum in dictum monasterium, dum matutinale officium ageretur, humanorum corporum habitu Sancti Francisci indutorum formae ignem vomentes flammiferum, officium matutinale suo strepitu et clamore saepius perturbantes, quae tandem per guardianum et fratres loci per nomen Christi adiurati, responderunt se animas eorum fratrum conventualium esse, qui quondam monasterium illud incolebant; et quoniam negligentius officia nocturna et diurna ordinis et perfunctorie implebant, in cruciatibus purgatorii ignis constituti, explere illa in loco quo deliquerant, scrupulosius et devotius coguntur, purgationis tempore eis constituto, ad perennes sedes transituri.

NOVAE SANDECZ.

Sextum monasterium ordinis Minorum in dioecesi Cracoviensi in oppido Nova.Sandecz situm est, et per Venczeslaum Primum Poloniae et Bohemiae regem fundatum et erectum, anno Domini ...... Is siquidem Venczeslaus Poloniae et Bohemiae rex, cum utrumque regnum, polonicum videlicet et bohemicum Vladislao Loktek duce Kuyaviensi excluso, pacifice sortitus, et apud Gnesnensem civitatem coronatus fuisset in Poloniae regem, ex Gnezna in Cracoviam divertens, et Cracoviensem terram peragrans, cum regionem Sandeczensem venisset, contemplato loco, cum esset vir industrius et factivus, villae Kamyenicza episcopalis pro civitate aptissimo, quam duo fluvii Dunayecz et Kamyenicza circumfluunt et ambiunt, data Cracoviensi episcopo commutatione, castro videlicet et oppido Byecz, et villis Rozumberk cum suo districtu pro villa Kamyenicza, Novam Sandecz illic fundat et erigit, quam iam videmus et murorum turriumque ambitu, et populorum frequentia, in oppidum insigne excrevisse. Fundavit itaque et tunc condita civitate nova, novum monasterium fratrum Minorum, prope curiam regiam, versus occidentem sitam, et collegium duodecim fratrum illic locavit, qui horas canonicas nocturnas et diurnas, res quoque divinas voce sonora explerent, quod et tunc et processu temporis muris et in ecclesia et in aliis muris fabrefactum est.

LELOVYENSE.

Septimum monasterium ordinis Minorum in dioecesi Cracoviensi conventuale in oppido regio Lelow situm, quod excellentissimus princeps Casimirus Secundus Poloniae rex fundavit et erexit in civitate Loloviensi, anno Domini 1357. et ecclesiam conventualem lapideo muro, et aliquam partem monasterii etiam lapide fabricavit; absolvissetque universum opus muro, nisi illum mors parum sperata occupasset, et conventuales fratres Minores ex monasterio Sancti Francisci Cracoviensi sumptos, in dictum monasterium introduxit, qui rem divinam et horas canonicas nocturnas pariter et diurnas decantarent. Non habet monasterium praefatum aliquos census aut proventus, sed ex eleemosynis et stipe quotidie emendicata vivit.

Ordo seu religio fratrum sub regula Beati Augustini militantium, qui se fratres de Poenitentia Beatorum Martyrum appellant.

CRACOVIENSIS.

Boleslaus Pudicus Cracoviensis et Sandomiriensis dux, et regni Poloniae monarcha, inter plurima pietatis et devotionis suae in Deum et in Sanctos eius opera, sub temporibus et diebus regiminis sui, ordinem fratrum, qui se appellant fratres de Poenitentia Beatorum Martyrum, album habitum et crucem rubeam in mantellis clausis deferentes, anno videlicet Domini 1200 . . . . . in regnum Poloniae primus introduxit; antea siquidem religio ipsa apud Polonos ignota erat, sed tunc primum Polonis nota esse coepit. In civitate autem regia Cracoviensi, praefatus Boleslaus Pudicus dux contulit fratribus locum in parte occidentali civitatis, et in honorem Beati Marci Evangelistae, ex coctis lateribus ecclesiam illis fabricavit et testudinavit, habitacula etiam pro servis Dei suis sumptibus construxit, et duodenarium fratrum numerum, qui in ecclesia praefata Sancti Marci assiduis precibus et obsecrationibus, et rem divinam voce sonora agerent, et horas canonicas nocturnas et diurnas horis consvetis explerent. Ob defectum autem personarum, doctrinam et maturitatem habentium, et tenues effectus religionis, tenuem quoque factivitatem in se habentium, religio praefata in regno Poloniae funiculos sui tentorii, iuxta atque aliae religiones mendicantium, dilatare nequivit. Sed duobus tantum locis in Cracoviensi dioecesi, videlicet in Cracovia ad Sanctum Marcum et in Trzczana contenta, in toto regno Poloniae amplius se non extendit, intra unam dioecesim tantummodo Cracoviensem coarctata. Provincialis vero ordinis praefati Johannes natione bohemus, regno Bohemiae miserabiliter peste haereseos infecto, et monasterio sui ordinis in Praga diruto expulsus, Cracoviam adveniens et in monasterio Sancti Marci praefato annis pluribus residentiam faciens personalem, et religionis rigorem induxit, et monasterium praedictum

Sancti Marci aliquot clenodiis et Sanctorum reliquiis nobilitavit. Contulit enim in monasterium praefatum calicem magnum deauratum . . . Non habet autem monasterium praefatum aliquas possessiones, introitus aut proventus, sed sola stipe emendicata iuxta professionem suae religionis, de suffragiis et eleemosynis fidelium vivit.

TRZCZANA.

Secundum monasterium fratrum ordinis de Poenitentia Beatorum Martyrum in dioecesi Cracoviensi, in districtu Czirziczensi consistens, quod anno Domini . . . fundatum est per . . . . et praedicta villa Trzczana pro eius perpetua subsistentia dotatum, ea qualificatum conditione, ut duodenarius numerus fratrum continuo resideat, et rem divinam atque horas canonicas diurnas et nocturnas voce sonora decantet. Incorporata autem eidem est monasterio Trzczana ecclesia parochialis ibidem in Trzczana, cum omnibus suis decimis et proventibus, habetque dictum monasterium fontem baptismalem, et praepositus pro tempore vacationis, illic ab ordinario Cracoviensi instituitur, et curam animarum parochiae et fratrum gerit, oneraque parochialia et iura dioecesana suffert, faciens etiam subventiones frequentes monasterio et fratribus Sancti Marci in Cracovia.

Trzczana, villa habens parochialem ecclesiam in se, cuius proprietas ad monasterium eiusdem loci in Trzczana pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae; item quilibet laneus solvit pro censu . . .; item labor, item *osszyep;* item ova, item gallos, item caseos, item molendinum, item praedium est ibi unicum coenobiale, de cuius agris nulli solvit decimam manipularem, sed eam pro se tollit et in horreum suum inducit.

CRACOVIENSIS

Ordo et religio Fratrum eremitarum Beati Augustini, in dioecesi et urbe Cracoviensi.

Kazimirus Secundus Poloniae rex, fundata civitate Casimiria et ex suo nomine appellata, vastitatem eius et infrequentiam sacris saltem templis et locis impleturus, monasterium fratrum eremitarum, sub regula Beati Augustini, sub paupertate et mendicitate viventium, anno Domini 1363 in die Sancti Martini episcopi, in praefato oppido Casimiriensi, dato notabili spatio et pro monasterio et pro templo, fundat, novumque ordinem fratribus ex Praga praefati ordinis accersitis, apud regnum suum Poloniae fundat. Templum insuper altae et pulchrae habitudinis, et tectum ex cocto latere Jasszko de Melsthin castellanus Cracoviensis, de domo Leliwa, datis trecentis marcis fabricat; in quo fratres ordinis praefati et rem exequerentur divinam, et horas canonicas tam diuturnas, quam nocturnas personarent, illudque Beatae Virgini Catherinae intitulat et dedicat. Quod quidem templum eiusque monasterium in processu temporum et dierum, per fratrem ... de .... dicti monasterii priorem, notabilibus fabricis murorum, quae etiam in praesentiarum cernuntur, fuit adornatum, sed aere casuali et alieno... Gnevosius enim de Dalowycze succamerarius Cracoviensis, miles nobilis de domo et familia Strzegomya, thesaurum suum et clenodia, pecuniam quoque et aliam nobilem supellectilem, per Gwilhelmum ducem Austriae, qui in regem Poloniae mortuo Ludovico Poloniae et Hungariae rege assumptus fuerat, et cui Ludovicus ipse Poloniae et Hungariae rex, filiam suam Hedvigim minorem natu, in consortem vivens adhuc cum regno Poloniae tradiderat, et cum qua Gwilhelmus ipse dux Austriae in Cracovia diebus quindecim, priusquam Jagello dux Lithvaniae ad regendum regnum Poloniae accersitus fuerat, matrimonialiter habitabat, sibi et fidei suae creditum, aliis etiam conditionibus congregatum et quaesitum, duobus filiis minorennibus et impuberibus distractionem illius veritus praesertim

a filio natu maiori Gnevossio insolenter se iam gerente, et qui usque ad nostra tempora vivens, sub certis temporibus in dementiam incidebat, sed nec uxori propriae .... ne in alterius viri transiret amplexus, audens credere, illud in monasterium praefatum Sanctae Catherinae, et in fidem atque curam prioris monasterii secretius quo poterat, nonnisi una virgine antiqua, quae suae consortis erat pedisequa, et quam sibi rebatur fidelem, in cista satis lata et ampla deposuit, data eidem virgini ab omnibus obseraculis dictae cistae clave, data insuper instructione et mandato, ne cuiquam mortalium depositum vulgaret, sed rem usque ad perfectam aetatem filii sui natu minoris Johannis, quem et nos novimus militem satis legalem, et qui patri videbatur, sua prudenti indole patrem expressurus, nonnisi perfectae aetatis filio Johanni thesaurum praedictum et cistam, in qua continebatur, sibi tanquam paternam haereditatem, et in illius necessitates, atque utilitates servatum, et revelatura et ostensura. Transeuntibus autem et effluentibus in tali mora annis et temporibus plurimis, cum praedictus frater ... prior monasterii Sanctae Catherinae a relicta Gnevossii succamerarii frequentius requirens, an aliquod depositum apud se et monasterium suum habuissent, et matrona ipsa constanter aliquid virum suum, aut se habere inficiaretur; credens praedictus prior, iam nullum conscium depositi superesse, et existimans se opus bonum agere, si thesaurum praefatum et depositum in salutem eorum quorum fuit, in profectum et necessitatem templi et monasterii convertisset, fundum cistae rupit, et omnem thesaurum et supellectilem illi auferens, muros notabiles templi et monasterii, eiusque officinas construendo convertit, non sine admiratione mortalium, qui prioris praefati ignorantes unde sumptus procederent, quasi providentiam et industriam mirabantur. Dum vero Johannes praefatus Gnevossii aetatem perfectam impleret, virgo illa antiqua deposito et secreto filio Johanni patefacto, ad monasterium Sanctae Catherinae cum eodem Johanne venit, sed cistam violatam et fractam reperiens, et quo thesaurus in ea conditus, conversus esset, diligentius inquirens, a priore praefato responsum accepit, omnem illum thesaurum et supellectilem in templi et monasterii necessitates, falsa opinione deceptum, quod nemo illius haeres et superstes extiterit, expendisse, se nudum et pauperem atque mendicum fore nec sufficere ad illius thesauri, aut alicuius eius partis solutionem, eo quoque responso usus praefatus Johannes Gnevossii, in sua spe et deposito paterno deceptus et illusus, non sine cordis sui grandi amaritudine discessit, recuperationem tanti depositi amplius, cum eam existimaret impossibilem, non requirens.

Habet autem monasterium praefatum villam unam eidem monasterio a Sbigneo de Brzeszye regni Poloniae marsalco donatam, dictam Wroblowicze.

Wroblowycze, villa sub parochia de Sancto Jacobo in Casimiria sita, cuius proprietas ad monasterium Sanctae Catherinae ex donatione Sbignei de Brzeszye regni Poloniae marsalci pertinet. In qua sunt duo tantummodo lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu . . .; item duae hortulaniae habentes agros; item solvit quilibet de laneo ova, item caseos, item gallos. Item omnes cmethones sex tantum dies per annum universum laborant proprio curru aut aratro. Item taberna una habens agros, de quibus decimatur praeposito Sancti Jacobi. Item praedium coenobiale est, de cuius agris decimatur praeposito Sancti Jacobi. Item omnes agri villae cmethonales, praediales, tabernarum, hortulaniarum solvunt decimam manipularem et canapalem pro praeposito Sancti Jacobi, et valor ad sex marcas. Confinat cum Wrzoszowicze, Luschina, Raysko, Swoszowicze.

Taberna Wroblowycze, per Stanislaum de Crzeslawicze nobilem pro monasterio Sanctae Catherinae, pro sexaginta marcis coempta, habens agros et prata, et solvit pro censu quatuor marcas, laborat sex dies in anno; ova, gallos et decimam . . .

Hortulania in Blonye, duo lanei agrorum extra muros oppidi Casimiriensis, quae omnia Vladislaus Secundus Poloniae rex anno Domini 1394 monasterio Sanctae Catherinae in eleemosynam contulit et privilegiavit, de quibus solvuntur pro monasterio sex marcae pro censu, et decima de laneis praefatis.

Wyeliczka, oppidum regium, in quo sales effodiuntur, et habet illic monasterium Sanctae Catherinae in montibus, quatuor salicidas sive fossores, per Michaelem Longum militem, consulem Cracoviensem et advocatum de Wyeliczka, cum consensu Vladislai Secundi Poloniae regis monasterio Sanctae Catherinae perpetuo donatos et inscriptos, de quibus pro monasterio Sanctae Catherinae . . .

ELKUSCH.

Secundum monasterium ordinis eremitarum Beati Augustini in dioecesi Cracoviensi.

Casimirus Secundus Poloniae rex praefatus montibus plumbi apud Slawkow et Bithom oppida, arescentibus continue et deficientibus, suis vero regiis apud villam Elkusch repertis, feracitatem plumbi fundentibus, oppidum in praedicta villa fundavit, muroque et turribus illud circumdedit, ecclesia quoque parochiali in honorem Sancti Andreae erecta, monasterium quoque fratrum eremitarum Beati Augustini, in honorem Sancti . . . . muris

contiguum anno Domini 13 ... constituit, et templum fabricavit, duodecim quoque fratres praefati ordinis stipe et eleemosyna mortalium emendicata, in profunda paupertate victuros, et rem divinam horasque canonicas diurnas et nocturnas expleturos voce alta et sonora. Erat autem sub diebus nostris in praefato monasterio frater ordinis eiusdem et loci, dictus Georgius de .., in sacerdotali ordine constitutus, vir industrius et ad quaerendum plumbi metalla naturali instinctu totus intentus; hic dum de licentia sui superioris, ad quaerendam plumbi mineram in montibus Elkuschiensibus, annis pluribus diutius invacasset, et investigationi suae ac spei felices venae atque uberes votivae, respondissent, ex arte illa, quaesitu et labore diuturno exercitio, agitata ditatus est plurimum et vulgarem atque communem appellationem sortitus a communi populo dives monachus, cum tamen professione mendicus esset, non secus, quam albus corvus appellabatur. Is tamen omnes pecunias ex huiusmodi labore quaesitas, in profectus et fabricam monasterii in Elkusch, et in necessitates fratrum in praedicto monasterio degentium, sed et horum, qui in Cracovia apud Sanctam Catherinam consistebat, convertebat, eius quoque sumptibus et impensis, ecclesia monasterii praefati, et monasterii habitacula et officinae, fuerunt notabiliter insignita et adaucta in suis fabricis et structuris.

XANSCH.

Tertium monasterium Fratrum Eremitarum Beati Augustini in dioecesi Cracoviensi et in oppido Xansch consistens, quod Jaszko haeres de Melsthin castellanus Cracoviensis, cum genitrice sua nomine Offka, anno Domini 14 ..... fundavit, et pulchro muro ecclesiam aedificans et testitudinans, etiam officinas monasterii et habitacula pro servis Dei suis sumptibus et impensis construxit, duodenariumque numerum fratrum mendicantium, et regulam Beati Augustini ex professione observantium, illuc introduxit, qui singulis diebus et rem divinam explerent, et horas canonicas diurnas et nocturnas voce sonora decantarent; illudque calicibus, crucibus, ornatibus, libris, tabulis, caeterisque clenodiis exornavit, in dotem quoque et relevationem fratrum et monasterii praefati, aliquos agros et introitus inferius describendos donavit, contulit et inscripsit.

Agri superiores. Succedens parenti suo Jaszkoni de Melsthin castellano Cracoviensi, Spitko de Melsthin palatinus Cracoviensis, qui cum in praelio magno, quod Wythawdus Alexander dux magnus Lithvaniae cum Tartarorum gente et eorum duce .... commiserat, cum pluribus insignibus baronibus et regni Poloniae militibus, fortiter dimicando

cecidit, donavit monasterio in Xansch agros superiores oppidi Xansch, cum suis pratis penes stratam publicam, qua itur versus Myechow, et per privilegium suum donationem huiusmodi confirmavit anno Domini 1381.

Agri inferiores. Morte Spitkonis de Melstin palatini Cracoviensis, in praelio Tartarico ad fluvios Worszkla et Zymnawoda sequuta, Helisabeth relicta praefati Spitkonis palatini, filia Woydefiemrich baronis de Hungaria, agros inferiores oppidi Xansch, cum suis pratis, post hortos civitatis Xansch iacentes, monasterio fratrum eremitarum Beati Augustini in Xansch donatione perpetua in eleemosynam contulit et appropriavit.

Medietas molendini in Xansch. Considerans insuper praefatus Spitko de Melsthin palatinus Cracoviensis, monasterium in Xansch egestate gravi pressum esse, volensque illud et fratres eius ampliori eleemosyna, pro eius sustentatione reficere, molendini sui haereditarii et paterni in oppido Xansch et in flumine ..... siti medietatem et portionem, medietate sibi reservata, monasterio in Xansch fratrum eremitarum contulit, donavit, appropriavit, ut haberent fratres monasterii praefati, quo vitam defenderent.

Hortus. Praefatus etiam Spitko de Melstin palatinus Cracoviensis, pietatis suae liberalitatem et ardorem ostensurus in monasterium praefatum, donat eidem monasterio hortum foecundum, sub monasterio et versus agros superiores monasterii situm. In quo monasterium huiusmodi olera singula serens, frugem necessariam percipit ex eodem.

CRACOVIENSIS.

Ordo et religio fratrum Carmelitarum mendicantium, sub regula Beati Augustini viventium, qui a Beato Elia propheta in monte Carmeli in Judeorum regione habitante, fertur coepisse exordium, a quo et fratres ordinem praefatum professi, Carmelitas se vulgato nomine appellant.

Vladislaus Secundus Poloniae rex, et Hedvigis regina consors sua gloriosam Dei genitricem Virginem Mariam Matrem Redemptoris et festum Visitationis, qua visitavit Helisabeth, quod tunc recenter et nusquam alias, scismate in ecclesia Dei annis quadraginta, peccatis hominum exigentibus viguit, et quod concilium Constantiense extinxit, Urbanus Papa Sextus in sua obedientia nominatus, primus instituit et celebriter colere a populo mandavit, singulari devotione et cultu honoraturi, templum Virgini Benedictae praefatae, et monasterium extra urbem Cracoviensem, in parte occidentali iuxta cerdones, quod hactenus vocatur ad Arenam constituunt, muroque insigni templum, quod morte Hedvigis reginae semiperfectum remansit, fabricant, et in titulum Visitationis Beatae Virginis Mariae dedicant, ad novum quoque monasterium, quod et hactenus id cognomen obtinet, novum ordinem novamque religionem, nunquam antea in Polonia visam aut satam, pro honore nominis divini et amplitudine religionis christianae, regnique Poloniae conservatione et bono statu, anno Domini 1397 introducunt. Cui aliquos hortos contiguos et vicinos, pro ampliori fratrum subsistentia et suffragio, conferunt et donant in proprietatem. Fuit autem ecclesia monasterii praefati gloriose a fundamentis incepta, in choro quidem et sacristia in toto completa et absoluta, in corpore vero fundamenta et initia habens nobilia, cura fratrum monasterii praefati, largitione et eleemosynis fidelium consummata.

Wyelyczka. Intelligens deinde Vladislaus Secundus Poloniae rex

praedicti monasterii Sanctae Mariae in Arena fundator, ex sola mendicatione et eleemosynis, monasterium Sanctae Mariae in Arena, et fratres in eo degentes non posse subsistere, dotem aliquam illi impensurus, viginti marcas annui census in zuppis Wyeliczensibus et Bochnensibus, anno Domini 1413, monasterio praefato donat et inscribit, tam diu per fratres monasterii percipiendas, quousque illis ipse rex, vel sui successores Poloniae reges, de censu perpetuo viginti marcarum in altero loco providerent; cuius donationis tale est privilegium.

Vladislaus Dei gratia Poloniae rex Lithvaniaeque princeps supremus et haeres Russiae etc. etc. Significamus tenore praesentium quibus expedit universis, quia laudes divinas cupientes adaugere, et fundum monasterii extra muros civitatis nostrae Cracoviensis, ad honorem Visitationis Beatae Mariae Gloriosae Virginis fundati et erecti, gratiosius adampliare, ut fratres eiusdem monasterii et conventus, nostris suffulti munificenciis, orationibus liberius vacare poterint, et Creatoris nostri clementiam iugiter pro nobis exorare, speciali zelo devotionis recensi, desiderantes operibus pietatis extremum iudicium districti iudicis praevenire, et de his, quae nobis Altissimus in terris contulit, centuplum accipere, et demum aeternae vitae praemium obtinere, fratribus monasterii praedicti de viginti marcis annui census, in Zuppis nostris Bochnensibus et Wyeliczensibus salis, providimus et providemus, tenore praesentium mediante, mandantes tibi Petro Pykarano moderno, et aliis, qui pro tempore praedicti salis fuerit zupparius, quatenus receptis quittationibus fratrum praedicti monasterii Beatae Mariae, ipsis, singulis quatuor temporibus cuiuslibet anni, quinque marcas ad rationem nostrarum zupparum praedictarum dare et assignare, nulla obmittas ratione tam diu, quousque annua pensione seu censu viginti marcarum, praedicto monasterio perpetuis temporibus incorporando, curabimus providere. Harum, quibus sigillum nostrum appensum est testimonio literarum. Datum in Zarnowyecz feria tertia post dominicam Laetare anno Domini 1413.

Loca ordinis Minorum de Observantia

CRACOVIENSIS PRIMUS.

Cum sacra Beati Francisci religio, in fervorem devotionis, quam illi Beatus Franciscus insuderat lentesceret, vel ut verius dicam langvesceret, et tam in conversatione et vita, quam in habitu et moribus, in regionem dissimilitudinis sui primarii institutoris suaeque professionis et regulae divertisset, fastusque mundanos et saeculares sectaretur, suscitavit Dominus in diebus et aetatae nostra virum de Senarum civitate ortum Bernardinum nomine, qui religionem ipsam professus, sanctimonia vitae, et signorum ac prodigiorum stupendorum in vita claresceret; cui etiam Dominus alterum virum aequa sanctitate et prodigiis fulgentem, Johannem de Capistrano genere Neapolitanum, et nobilitate clarum adiunxit, quorum praedicatione, continua vita, doctrina et prodigiis omnis Italia, omneque regnum Neapolitanum, omnesque ...... et Siciliae regiones adeo clarescebant, fulgebantque, ut non secus illos in vita, quam beatos et sanctos veneraretur et colerent. Offerebantur Sancto Bernhardino in vita quinque ecclesiae cathedrales, videlicet Senensis, Perusina et Urbinensis, omnes tamen non secus atque virus perosus et aspernatus in profundissima paupertate vitam ducens, et diem mortis suae approximare sentiens ex Senis iam aeger et langvidus Senensibus ne quicquam dehortantibus et declamantibus, in regnum Neapolis ivit, et duobus fratribus latera eius sustentantibus in Aquilegiam pervenit, illicque in vigilia Ascensionis Domini diem obiit, tanto miraculorum acervo in vita et post mortem coruscans, ut septimo post diem sui obitus anno, Romae a Nicolao papa Quinto, Johanne de Capistrano comite suo et socio individuo, canonisationem suam omnibus viribus sollicitante, in die Nativitatis Sanctae Mariae anno Domini 1440 ...... canonisaretur. Post cuius canonisationem et mortem Beatus frater Johannes de Capistrano socius suus parum ducens Italiae, Napu-

liae et Mediolani partes, suo rigasse dogmate, ad partes ultra montanas ex Italiae oris descendens, et in Almaniae, Panoniae, Moraviae, Bohemiae et Poloniae regnis verbum Dei fiducialiter, fulgens doctrina, vita, prodigiis et exemplis praedicasset, in civitatem Vratislaviensem metropoli Gneznensi subiectam, et ad regni Poloniae corpus olim pertinentem cum comitatu suo pervenit. Fama autem eius et vitae sanctimonia atque doctrina, Sbigneus tituli Sanctae Priscae, Sanctae Romanae Ecclesiae presbyter et cardinalis, et episcopus Cracoviensis illectus, Johannem Dlugosch seniorem canonicum Cracoviensem secretarium suum in Vratislaviam transmisit, qui eum licet renitentem recusantemque, instinctu tamen Spiritus Dei violentatum et iussum atque coactum, Cracoviam in die Beati Augustini anno Domini 1450 ..... perduxit, cui et illustrissimus Casimirus rex Poloniae et serenissima genitrix sua Zophia et praefatus Sbigneus episcopus Cracoviensis, et omnis militia atque baronia, et omnis clerus et populus Cracoviensis, iuxta ac numen aliquod divinum ac coeleste suscepturi, ad septimum lapidem et amplius obviam processerunt, excellentem illi honestatem, qualem et ipse nunquam se in vita sua vidisse aut sensisse asserebat, impendentes adeo, ut dictu Valerii, quod de Scipione superiori scripsisse illum constat, sibi competat, Dii immortales hominibus si se offerant, plus venerationis non essent accepturi. In adventu itaque tam sancti tamque celeberrimi viri, licet Casimirus Poloniae rex loca plura, quae viro Dei parum idonea videbantur, obtulisset, Sbigneus cardinalis et episcopus Cracoviensis praefatus, in praedio et area fratris sui germani Johannis de Oleschnicza palatini Sandomiriensis, in suburbio Stradomia sita, anno eodem fundavit et erexit, ex lignis quoque et trabibus monasterium et cellas pro servis Dei aedificavit, ac praesente adhuc fratre Johanne Capistrano in Cracovia in ecclesiam sub titulo Sancti Bernhardini consecravit et benedixit, quae postea suis pecuniis et sumptibus ex muro coctili in decus praefati Sancti Bernhardini fuit et aedificata et consecrata. Et ab illo tempore ordo fratrum Minorum de Observantia ab ipso primum Johanne Capistrano plantatus et fundatus, in regno Poloniae et pertinentiis eius coepit clarescere, dilatari et diffundi. Praefatus autem Johannes Capistranus, cum in Poloniae regno et civitate Cracoviensi verbum evangelicum disseminando, multas praeclaras virtutes ostendisset, ex Polonia egressus in Pannoniam se contulit, et Turcarum caesarem Mahometh maximis viribus, maximis potentiis Albam regalem in Rascia quam Thaurinum veteres vocavere ad confluentiam Danubii et Savae situm obsidentem et nocte atque interdiu oppugnantem, sola oratione et intercessione in castro milites exhortans et declamans, in quo nec tunc Johannes de Hunyath regni Hungariae gubernator potentiam Thurci veritus consistere audebat,

turpissima fuga fugere et absaedere, omnibus bombardis et machinamentis relictis coegit; soluta vero obsidione et Alba- regali liberata, inde discedens, in Ulac oppidum Panoniae perveniens, deploratis per horas aliquot miserabilibus et tristibus casibus universo superventuris orbi et qui mox eo mortuo secuti sunt, et quos sibi Dominus per visum ostenderat, spiritum Redemptori suo reddidit et in monasterio fratrum Minorum in Vlak sepultus requiescit, pro suis excellentissimis et clarissimis operibus dignissimus canonisatione.

Non habet monasterium Sancti Bernhardini in Cracovia aliquos, proventus nec aliquas possessiones, hortos tantummodo habet tres devotione et largitione fidelium sibi donatos et monasterio eorum contiguos, quos variis arboribus frugiferis seruit et plantavit; sola quoque eleemosinarum largitione et stipe vivunt, numerum ut communiter sexagenarium frequenter vero et centenarium fovens et pabulans, et monasterium illud et eius officinas, in suis structuris et officinis, mira et celeri fabricatione foecundans.

THARNOVIENSE

secundum monasterium de observantia Ordinis Minorum in dioecesi Cracoviensi.

Secundum monasterium de observantia ordinis Minorum in dioecesi Cracoviensi in suburbio oppidi Tharnow et extra muros eius versus partem meridionalem situm, quod Johannes Amor de Tharnow castellanus Woyniczensis nobilis de domo Leliwa et cives Tharnovienses anno Domini 14 . . . sub titulo et honore Sancti . . . . fundaverunt et erexerunt, ecclesiamque et monasterii officinas ligno extruxerunt, cum muro fabricare non liceret, ne esset in firmamentum hostibus contra oppidanos, dando fratribus et monasterio areas et hortos, in quibus amplo spatio ecclesiam et monasterium et habitacula pro servis Dei et vineae et pomeria diversis arborum generibus conserta, consistunt. In eo quondam monasterio frater Johannes Spitkonis de Melsthin ordinem Minorum in aetate viridi et omnibus mundi illecebris spretis ingressus, quamvis ex procerum et satraparum regni Poloniae altum et generosum duceret sanguinem, subito ex adolescente, divite, delicato et potente, in virum alterum mutatus, in praefato monasterio Tharnoviensi singulis fratribus, qui peste et epidine tunc contacti erant, mira sedulitate et assiduo studio, in singulis eorum necessitatibus deserviens, venena quoque, sordes non perhorrescens, funera quoque sepeliens, ad extremum et ipse tabe veneni et epidimiae infectum se sentiens, imagine passionis Christi arrepta,

et utroque lacerto constricta, horis aliquot tam diu lachrimabiliter oravit fuditque devotissimas preces, quousque spiritus corpus linquens, ad aeterni Remuneratoris conspectum cum Sanctis animabus in aevum consessurus, terras relinquens transiit; in eodem monasterio Tharnoviensi sepultus, requiescit.

Non habet monasterium Tharnoviense praefatum aliquas possessiones, census, redditus, sed secundum regulam Christi sub Sanctis Apostolis constitutam, stipe emendicata et eleemosynis vivit.

LUBLINENSE

tertium monasterium Ordinis Minorum de observantia in dioecesi Cracoviensi.

In suburbio oppidi Lublin extra muros eiusdem in parte occidentali versus fluvium Bistrzicza situm; a consulibus et civibus Lublinensibus in fundo et horto Jacobi Quanta consulis Lublinensis, qui illum a Stephano de Lublin presbytero hospitalis Lublinensis, cuius erat hortus haereditarius, pro certa pecuniae quantitate coemens, in opus tam sanctum et meritorium perpetua contulit donatione anno Domini 1459, in honorem Omnipotentis Dei et sub titulo Beati Pauli Apostoli sub pontifictu Thomae Cracoviensis episcopi erexerunt et fundaverunt. Cui quidem monasterio alii duo horti, quorum unum donavit Matthias Kuninoga consul Lublinensis et alterum Nicolaus de Lublin Christini custos Scarbimiriensis et altarista Cracoviensis, annexi sunt, in pulcherrima pomeria redacti. Ex ecclesia autem lignea in primitiis fundationis constructa, processu dierum ecclesia lateritia, Christi fidelium eleemosynis et praesertim praefati Jacobi Quanta, permittente Casimiro tertio Poloniae rege, licet consulatu Lublinensi maxime resistente et contradicente, ne esset hostibus in praesidium, anno Domini 1473 nonnullaeque officinae eiusdem monasterii, fabricatae sunt et muratae. In quo collegium de triginta fratribus assidue manet, horas canonicas nocturnas et diurnas, rem quoque divinam voce sonora peragens, in salutem omnium Christi fidelium vivorum et mortuorum.

Non habet autem monasterium praefatum aliquos census aut possessiones, sed largitione et eleemosynis fidelium vivens, Christo Domino continuum exhibet famulatum.

INDEX

nominum personarum, locorum etc.

IN TOMO TERTIO

LIBRI BENEFICIORUM

OCCURRENTIUM.

STUDIO

THEOPHILI ŻEBRAWSKI

conscriptus.

INDEX

NOMINUM PERSONARUM, LOCORUM etc.,

in tomo tertio Libri Beneficiorum occurrentium.

A.

B.

D.

E.

F.

G.

H.

I.

J.

L.

Ł.

M.

N.

O.

Q.

R.

S.

T.

U.

V.

W.

X.

Y.

Z. Ż.

NOTABILIA

IN TRIBUS TOMIS LIBRI BENEFICIORUM.

A.

Absque die (id est ultra dies in septimana debitos). Ducturas faciunt ad rationem dierum in septimana debitorum, praeter ducturam foeni, quod in Cracoviam absque die conducunt. I. 34. — tenentur absque die colligere et in casulas congregare foenum. I. 537.— faciunt auxilia, alias *pomoczy* absque die. I. 624.

Accuties (exacuatio instrumentorum, quibus fossores et salicidae utuntur): ... altare.... habet quinque grossos septimanatim de accutie, et hoc quando sectores (salis) laborant, II. 109. — de accutie fabrorum decem octo grossos. II. 109.

Adamascum (tela damascena). Stamina de adamasco I. 606. — praeter purpuras auro intextas, aut pannos adamascinos.... I. 615.

Advocatus ad expeditionem generalem servire tenetur in equo valenti, lorica et balista, et defensionem pro oppidanis assumere I. 322. 621.

Agri. Omnes agri.... tam praediales sive curiales, quam cmethonales, tabernarum et molendini, solvunt decimam manipularem ex integro ecclesiae parochiali... I. 17.— non sunt tamen agri demensurati in laneos, nec distincti more aliarum haereditatum, in tres campos.... I. 25. — .... curiam.... habentem agros praediales in tres campos distinctos. I. 151.

Alchymia. Thesauros.... omnes in opera alchymiae et nigromanciae distrahens...... I. 229.

Alleca, alleces (allec, halec, halex, polo. *śledź*). De quolibet vase allecum, a quinquaginta halecibus, duodecim alleces.... III 13.— decem alleca ex quolibet allecum vase venundando.... III. 361.

Almutium (pol. *mucet*). Quilibet praelatus et canonicus ecclesiae Sandecensis habeat almutium de vario, et vicarius de aspergillinis pellibus..... I. 570. — ad instar aliorum canonicorum superpelliciatus et almuciatus.... I. 201.— vicecustos... debet almuciatus incedere,.... I. 386.— ut.... octo vicarii nonnisi superpelliciati et aspergulinis pellicibus almuciati in ecclesiam ingrediantur. I. 556.

Ambasiatores (ex ital. *ambasciatore*, legatus; polo. *legat, poseł*). De consensu nostrorum ambasiatorum.... III. 98.

Apum alvearia, vide mellificia.

B.

Barchracht, barchrat, barkracht, barkrat (germ. *Bergrecht*):... specialem montem foveam seu *schybam*... propriis sumptibus aperuerat; ratione cujus *schyby* sibi census..., qui *barchrath* dicitur, perpetuo debebatur. I. 256.— censum terrestrem...., qui solis fovearum novarum impensoribus et salium repertoribus debetur, *barchrat* vulgari vocabulo appellatum.... III. 31. 34. — si quis propriis sumptibus et labore novum montem reperierit, habet ipse singulis hebdomadis unam sexagenam latorum grossorum Pragensium, jure perpetuo et haereditario per zuparios Vielicienses.... sibi et suis posteris solvendam; qui census.... vocatur *barkracht*. III. 119.

Barczy (*barcie*, mellificia sylvestria) II. 481.

Bassum (ex ital. *bassa*, locus demissus, pol. *nizina*) I. 406.— ad locum bassiorem (depressiorem) I. 448.

Biographia B. Stanislai epi. Crac III. 446.

Blech (solarium, locus soli expositus, in quo tela linea dealbatur) I. 580. III. 118.

Blonie (*błonie*), campus compascuus. I. 160.

Bochenkowe: de tribus laneis, qui vocantur *bochenkowe*, solvuntur monasterio quinque marcae. 1. 207. — item *bochenkowe* duae marcae, sex grossi, — item *bochenkowe* mediam sexagenam I. 208.— item *bochenkowe* unus ferto I. 209.

Borra (polo. *Bór*, sylva pinea).

Bos:.... ut quilibet parochianus, sive mas ille fuerat, sive foemina, diem obiens, bovem aut vaccam daret ecclesiae pro sepultura. III. 163. — unum bovem satiunt. III. 384.

Brascatorium, vide braxatorium.

Bravium (brabeum) III. 337.

Braxatorium (locus in quo cervisia coquitur; pol. *browar*). I. 400. 432. 433. 636.— III. 40.— braxantes seu coquentes cervisiam, braxatores (pol. *piwowary*) I. 274. 433. 516. 634.— braxantes medonem I. 274. — braxatura, (ex ital. *brassatura*) braxare, (ital. *brassare*) II. 141. III. 311. 378.

Brascum (pol. *słód*, hordeum pro coquenda cervisia praeparatum): molendinum.... in quo oppidani...... tam brasca sua molunt,....... I. 517.— brascum...... in molendino advocati tenetur molere. I. 622.

Brila (*bryła*, gleba, grumus terrae) III. 356.

Brodlo (*brodło*, riguum) II. 174.

Buczina (*buczyna*, sylva faginea, lignum fagineum) I. 622.

Buk (fagus) III. 356.

Bursa canonistarum I. 188. — bursa pauperum I. 247. — bursa pauperum artistarum I. 515.

Buthowe (in autographo legimus *guthowe*) vide *guthowe*.

C.

Canapus (cannabis, pol. *konopie*): decima canapalis (de cannabe).

Cantorowstwo (*kantorostwo*, agri et sylvae ad cantoriam spectantes) I. 25.

Capecia, capena sive sexagena (pol. *kopa*) I. 622. II. 165.

Capones. Dant quatuor capones......, solvit pro censu duos capones......, I. 7. 8.... 155 et alibi.

D.

E.

F.

G.

H.

I.

K.

L.

M.

N.

O.

P.

R.

S.

T.

U.

V.

W.

Y.

Z.

QUAEDAM DE MANUSCRIPTIS LIBRI BENEFICIORUM

ET DE IIS, QUI EJUSDEM LIBRI EDENDI OPERAM SUSCEPERUNT.

Expleta editione tertii ac ultimi tomi Libri Beneficiorum Dioecesis Cracoviensis, pauca adhuc verba de autographo, transumptis, ac manuscripto ad usum typographiae praeparato, proferre nobis liceat. — Volumina, quae hodie lucem aspexerunt, in originali asservantur in archivo Illmi Capituli Cathedralis Cracoviensis. In opere hoc genuinum esse laborem Dlugossi nemo inficias ibit, quanquam vix credere possumus, ut auctor totum Librum Beneficiorum propria manu conscripserit, sed potius praesumere non dubitamus, ab ipso unus pluresve amanuenses ad scribendum adscitos fuisse; opus enim tam enorme, tot ecclesiarum vastissimae quondam dioecesis descriptionem complectens, vires unius hominis plurimis iisque gravissimis negotiis aliunde distenti, superat; praesertim cum circa unamquamque ecclesiam scitu necessaria non erant praesto singillatim suppeditata, sed sensim adveniente aliqua notitia supplebantur: unde in originali conspicimus appendicula in marginibus, vel inter lineas, vel etiam in separatis paginulis, quae in tomo 1mo et 3tio pauciora, in 2do vero frequentiora occurrunt. Non levis itaque suspicio oritur, utrum seriori tempore post mortem Dlugossi non sint quaedam intrusa; legimus enim in tomo 1. pag. 481 annum 1493, et pag. 650 annum 1488 citatum; in secernenda tamen scriptura ab aliis locis, nullum evidens discrimen attendimus, quamobrem conjicimus haec loca vel mendum scriptoris involvere, vel saltem post obitum Dlugossi ab eodem amanuensi, qui auctorem in scribendo adjuverat, inserta fuisse. Adsunt quidem nonnullae descriptiones ecclesiarum in ipso autographo, licet veteri, negligenti tamen et diversa a communi totius operis scriptura notatae, e. g. in tomo 2do pag. 479. villa Myercz seriori tempore intrusa esse videtur, uti jam in suo loco animadversionem fecimus; ad ejusmodi loca recensemus etiam in tomo 2do pag. 87. „Erectio ecclesiae parochialis in Mironieze“, item in eodem tomo pag. 396 ad 402. „Ecclesiae parochialis in Gawluschowicze etc.“ et alia exigua numero et minoris momenti; verum tamen descriptiones hae suspicionis haud expertes, utrum vivente auctore insertae fuerint, ratione sui objecti et antiquitatis non sunt ceteris postponendae.

Ex autographo Libri Beneficiorum confectum est transumptum seculo XVII. jussu procul dubio Illmi Capituli Cathedralis Cracoviensis eo fine, ne pretiosissimum originale tuendorum ecclesiae jurium gratia frequenti usui, expositum, aliquam destructionem pateretur. A quo autem sit scriptum, nec ex ipso transumpto nomen scriptoris reticente, nec ex actis capitularibus de eodem silentibus, notitiam depromere potuimus; attamen ex comparatione characteris scripturae dicti transumpti, cum actis capitularibus ejusdem aevi, facile conjicere possumus, imo certissimis indiciis perspectum exploratumque habemus, transumptum hoc scripsisse notarios capitulares; et quidem tomum 1mum et 2dum scripsit Jacobus Ptaszyński art. liber. mgr. Phiae dr., actorum capituli cath. Crac. notarius, plebanus in Bieżanow, qui munere notarii a die 8 Maji 1615 a. usque ad diem obitus sui 11 Aprilis 1631 a. functus fuit. (Acta Capituli anno citato). Duo haec volumina sedulo ac fideliter ex originali conscripta in eo potissimum meritum scriptoris adaugent, cum ordinem, qui in specificatione fundorum ecclesiasticorum saepe saepius inversus reperitur, debito modo restituit. Tomum III i. e. „Monasteriorum" scripsit successor suprafati Lucas Groblicki art. mgr. et Phiae dr., plebanus in Bieżanow, qui in officio notarii capitularis a die 25 Aprilis 1631. ad diem resignationis suae 10 Novembris 1640 permansit (Acta Capituli anno citato).

Transumptum memoratum tribus tomis constans ad usum Editorum libentissime ab Illmo Capitulo Catedr. Cracov. concessum, Cl. Simon Dutkiewicz manu propria totum et integrum transcripsit; dein manuscriptum hoc cum ipso autographo collatum et emendatum est ab ARndo Joanne Pietrzykowski Praeposito capellae regiae Jagellonicae, viceprocuratore Capituli Cathedr. Crac., qua occasione omnia serioris aevi additamenta, quae ex transumpto irrepserant, omissa sunt et exterminata. Sic adaptatum manuscriptum typis mandatum est, correcturam typi Cl. Marcel. Studziński professor Philologiae in c. r. gymnasio Cracoviensi perfecit.— Indicem vero nominum personarum, locorum et rerum notabilium in hoc opere occurrentium, Cl. Dr. Theophilus Żebrawski maxima cum diligentia et summo labore concinnavit.

Denique non est nobis praetermittenda mentio de manuscripto Visliciensi, a Cl. Josepho Lipiński de Strzalkovia rara promptitudine animi curatoribus edendorum operum Dlugossi commodato, cui pro hac benevolentia gratias exhibere nostri officii esse duximus. Codex hic pergameneus in 4to constat 59 foliis recentiori tempore paginatis; in principio reperitur: „Inventarium de rebus ecclesiae „Collegiatae Sanctae Mariae Visliciensis in thezauro ejusdem repertis de anno Dni „1480. per D. Johannem Goslawski Canonicum Cracoviensem et Custodem Visli-„ciensem factum et conscriptum". continet 26. paginas. — A 27. ad 90. paginam notata sunt excerpta ex Libro Beneficiorum, ecclesiam cathedralem et collegiatarum respicientia, inter quae descriptio ecclesiae collegiatae Visliciensis in toto suo tenore transcripta est ex autographo Libri Beneficiorum, de aliis vero ecclesiis tantum exordium inchoatum, quod hisce verbis: „de „beneficiis vero ejusdem ecclesiae in originali videatur", vel similiter, terminari solet.— Ex hisce apparet manuscriptum hoc non esse originale, sed vetus transumptum labentis seculi XV. ex autographo Libri Beneficiorum, scriptura in eodem minuta, plurimis in locis pallida et penitus detrita, differt tamen charactere a scriptura inventarii in principio codicis collocati.— A 95 ad 108 paginam inser-

ta sunt: „Statuta Praelatorum et Canonicorum ecclesiae Collegiatae S. Mariae Vi„sliciensis", in quibus condendis DLUGOSSUS particeps fuit; legimus enim statim in exordio: „Ideo de anno Domini 1443. feria quinta in die Assumptionis Beatae „Mariae, venerabiles et honorabiles viri Dni praelati et Canonici omnes in Capi„tulo Collegiatae ecclesiae Visliciensis in eadem sedentes, videlicet Dnus JACOBUS „de OLYESCHNYCZA custos, Dnus JOHANNES DLUGOSCH de NYEDZIELSKO cantor.... „statuerunt et laudaverunt.......".— Quatuor sequentibus paginis a 111 ad 114. Statuta Vicariorum ejusdem Collegiatae inveniuntur. Sunt etiam in codice isto, praesertim in inventario et statutis quaedam additamenta serioribus temporibus scripta, quatuor vero folia omnino vacua conspiciuntur. Manuscriptum hoc opportunam praebet notitiam ad complementum biographiae DLUGOSSI, quam in initio Tomi I. Operum omnium eiusdem Auctoris collocabimus.

Exemplar informacionis et avisamenti
quod et qua parte Vngarie moriturus reliquit.

In nomine sancte Trinitatis et individue unitatis. Ja Sztorunya gdy
szem umrzecz ymyal prothe szem tho kazal popyssacz ze
by tho na moy dusszy nyezostalo. Napyrwey szyla pytny
ze do Krakowa, a z Krakowa do Nowego Sandcza. A oz szand-
cza Nowego do Starego Mnyasty sa sz Starego myasta do Ry-
trea, a pod thym zamkiem pod Rytrem, sztogy yedna kerz-
ma a yeden aylyn, a tam yedna woda wpada zo gor
dzyecz Ostrego ka. Poszlugnyze wodze thoy, a gdyzy pomyey
a gdy budzesz wyzsse dalyeko thegdy przyydze tham dru-
ga woda z Czyrwoney Reky, opusz thy naprawo a szlugy
they nalewo, a tha gydzy asz do wyrzchu a potho thym
wyrzchem yest Lugka a tha woda gydze przesz nya. A
they wodze yasszkynya podzyemna. A gydzysz yedno
okyyanye, a potthem tha woda szmyydzoszth bo tham gory
ya zemrowal Czysszem. Sa thu gdze wszamyen glowye,
thuwszem poramal drzewnye do yednych dolynu aby nyktho nye
poznal, a thu nad tha dolyna yest yeden potoczek, zo gy zowa
Szmrecha wystoka sa thu stoy wydzaszy y dwynaszczy napyssane
spolyczy mi pyecz y muss possyagnycz albo zo masz y twyyandz
a tham yest kaganyecz y mysska. A gdy natho mieszczecz przy-
dzesz poklakny a day Bogu chwala. Yl yestly czna pan Bog
vpamyanta moy dusszyge nyezapamyathay. Sa tho yest
dobro yako grosz y yako Szyemyca. A wsythko yako Bog a tho
panu Bogu polyeczam.

Corrigenda et addenda.

In indice tomi primi.

	looo	lege
Benediktowicze,	vil.	(Bieńkowice) vil.
Chrobersky Joh.	cano. Crac.	vicar.
Ciołek arma.	393.	493.
Fossorum arma.	81. 82. 83.	81. 82.
de **Garbow,**	can. Crac.	vicar.
de **Gorka** Andr.	" "	"
de **Grodzeoz**	" "	presbyter.
Habdank ar.	336. 388. 408.	336. 408.
de **Ilkusoh**	can. Cra.	vicar.
Jastrzębiec ar.	535.	536.
Kadłubek	174.	174. 236.
de **Kanthy**	can. Cra.	vicar.
Kopsczowye	81. 82..	81—83.
de **Kosthen**	decr. doct. can. Cra.	decr. doct.
Liga	can. Cra.	presbyter.
Łodzia ar.	370.	370. 542. 589.
Mischka	can. Crac.	vicar.
de **Myleyow**	" "	"
Nieskurzow	s. p. d. Bachowice	s. p. d. Baćkowice
Piwko Joh.	can. Crac.	vicar.

	loco	legé
Plomien ar.	282.	382. 514.
Pobodze ar.	41. 42. 56.	41. 56.
Podegrodzye	32. 405.	405.
de **Przelank**	can. Cra.	vicar.
de **Przyeworsko**	" "	"
de **Pylzno**	" "	"
de **Schietessa**	" "	"
de **Sozeglycze**	" "	"
Siepraw	h. e. p.	h. e. p. prope Myślenice.
Srzeniawa flu.	129. 539.	129. 178. 539.
— ar.	149. 179. 219.	149. 219.
Starykoń	174. 454.	175. 545.
Swietlik, Swyethlik	can. Cra.	vicar.
de **Szolyecz**	" "	"
de **Szyepraw**	" "	"
Topor ar.	340. 352.	340. 341. 352.
de **Zarnowieo**	can. Cra.	presbyter.
Zborowsky	Kornicz	Kornicz 499.
de **Zyelyechlinno**	can. Cra.	vicar.

Adde.

In indice tomi secundi.

	loco	lege
Gryf, ar.	210. 227.	210. 219. 227.
Hołobok, ar.	290.	290. 331. 333. 353. 402.
Kornicz, ar.	230.	231.
Leliwa, ar.	6. 9.	6. 7. 9.
Łukawa	s. p. d. Sandomirz	h e. p. prope Sandomirz.
Mędrostki, ar.	39.	38. 39.
Nabra, ar.	144. 158. 308.	144. 154. 233. 308.
Osthoya, ar.	49. 143.	49. 82. 143.
Ossoria, ar.	(Osorya alias Starza) 85. 363. 544.	(Osorya alias Szarza) 85. 111. 112. 129. 130. 239. 240. 363. 544.

	loco	lege
Półkozic	357.	356.
Scharza	(Starza....)	(Szarza).
Starykoń	24.	26.
Sthypcza	(?)	(Szpica).
Syrokomla, ar.	552 569.	552.
Szarza, ar.	111. 112. 129. 130. 239. 240.	85. 111. 11 129. 130. 239. 240. 363. 544.
Tres Tubae	arma	(Trąby) arma.
Zadora, ar.	114. 180.	114. 129. 180.

Adde.

Babbatum supra babbatum, et supra ea crux, arma 144.

Odechów, vil. h. e. p. prope Skaryszów 525—527. 529.

Szpica, vil. s. p. d. Łęczna (nunc s. p. d. Puhaczów) 549.

Trąby, arma 127. 131. 196. 348. 393.

Włoszczowice, vil. s. p. d. Piotrkowice 395.

Wręby (Korczak) arma.

